Classicorum auctorum e vaticanis codicibus editorum. curante Angelo Maio.
Romae : [s.n.], 1833

http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708

HathiTrust

www.hathitrust.org

Public Domain, Google-digitized
http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

We have determined this work to be in the public domain, meaning that it is not subject to copyright. Users are free to copy, use, and redistribute the work in part or in whole. It is possible that current copyright holders, heirs or the estate of the authors of individual portions of the work, such as illustrations or photographs, assert copyrights over these portions. Depending on the nature of subsequent use that is made, additional rights may need to be obtained independently of anything we can address. The digital images and OCR of this work were produced by Google, Inc. (indicated by a watermark on each page in the PageTurner). Google requests that the images and OCR not be re-hosted, redistributed or used commercially. The images are provided for educational, scholarly, non-commercial purposes.

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

UNIVERSIDAD COMPLUTENSE
5324724708

Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

7ª = 7675

~~177-1-62923~~

~~Ah-I-B.~~

V. — 1.ª 9

Digitized by Google

Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

87+88 (rojo)
C 47
Y

Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

CLASSICORUM AUCTORUM

E VATICANIS CODICIBUS EDITORUM

TOMUS V.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

Scriptura notaria



Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

FA
8100
R. 165.016

CLASSICORUM AUCTORUM

E VATICANIS CODICIBUS EDITORUM

TOMUS V.

COMPLECTENS AUCTORES ALIQUOT DE RE GRAMMATICALI, CARMINA CHRISTIANA, ET ALIA QUAEDAM.

CURANTE

ANGELO MAIO
VATICANAE BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

ROMAE
TYPIS VATICANIS
M·DCCC·XXXIII·

Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

b 23706569
i 35280402

Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

EDITORIS PRAEFATIO.

DE VIRGILIO MARONE

GRAMMATICO.

De augenda grammaticorum et glossariorum editione.

1. In multis latinarum litterarum capitibus, quae doctorum hominum labor et industria nondum satis illustravit, duplex illud est *de antiquis grammaticis* et *de lexicis* seu *glossariis*, quorum ingens numerus in annosis bibliothecarum codicibus adhuc desidet: quam ego rem et in aliis sive superioris sive inferioris Italiae urbibus passim perspexi, et Romae in vaticana omnium principe bibliotheca quotidiano usu compertam habeo. Neque vero hactenus hanc doctrinae partem neglexi: edidi enim Frontonis exempla elocutionum, Placidi glossas, Minutianum de orthographia, Maximinum de re metrica, et Martyrii fragmentum. Sed haec quidem brevia fere specimina sunt prae illis copiis, quas partim prelo decrevi subiicere, partim idonea narratione ad communem notitiam perferre. Constitueram autem huic volumini, quod re grammaticali magnam partem refersi, duplicem disputationem praeponere, *de grammaticis* scilicet et *de glossariis* seu *lexicis vaticanis*; et pri-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

mum *de latinis*, deinde etiam *de graecis*; tractationem sane mihi iucundam, legentibus utilem, dilatandae arti grammaticae linguaeque utrique peridoneam; sed quia tot codicum descriptiones, operum facienda excerpta, auctorum pandenda notitia, operosiorem diuturnioremque lucubrationem postulant, ampliandum est. Nunc ut praesenti volumini quantum opus est praeloquar, de grammatico Virgilio incipiam dicere, homine hactenus ignotissimo, quippe quem fere nullus typis editus auctor, quod ego sciam, vel novit vel commemoravit.

Codex neap. Virgilii grammatici.

2. Neapoli anno 1829. bibliothecam regiam cursim invisens, postulavi veterem latinorum grammaticorum codicem, quem vir cl. Cataldus Iannellius in catalogo a se edito n. 35. diligenter suo more enarrat. Est enim optimae notae liber, saeculo circiter undecimo scriptus, magnumque grammaticorum numerum continens partim adhuc ineditorum; quos inter animum meum praecipue commovit claritate ipsa nominis VIRGILIUS MARO: quem quum cupide lectitarem, quantum sermonis duritia offendebar, tantum copia eruditionis peregrinoque magisterii genere delectabar. Mox ad opus exscribendum incumbens, festinatum sane imperfectumque exemplar mihi conficiebam, quod sequentibus annis Neapolim redux absolvi utcumque atque recensui: qua quidem re nihil propemodum difficilius expertus sum: etenim codex tanta prisci librarii

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

barbarie et inscitia corruptus fuit, ut nullum ferme vocabulum non sit vitiatum: mihi vero et Neapoli celeriter propter arctum tempus lucubranti, et Romae procul codice coniectanti, non mediocris hercle molestia permultaeque dubitationes atque anxietates tolerandae fuerunt. Nihilominus ne sic quidem despondi animum; sed sicuti Cavensem geographum paucis horis exscriptum edidi, ita hunc grammaticum raptim transcriptum, dein quanta absens potui meditatione expolitum, typis trado. Neque me obiurgandum magnopere puto, si forte menda varia erroresque a criticis aliquando deprehendentur; primum quia vetus reapse scriptura plerumque ita se habet; deinde quia codicis manu versandi brevius iusto, ut dixi, tempus nec idoneam satis commoditatem peregrinans homo sum nactus: quare qui codicem lente et pro libito tractare queunt, ii sane ἀγαθὴν τύχην laudent; mihi tamen benigne ignoscant, si quod ipsi elimatius facere poterant, ego impari conditione infirmatus rudius praestiti. Interim quod hunc fructum ex nobilissima et urbe et bibliotheca retulerim, gaudeo.

3. Nunc ut aliquam Virgilii grammatici notitiam tradam, quatuor mihi hactenus de illo testes sese obtulerunt, quorum primus est codex neapolitanus, alter codicis romani fragmentum in angelica PP. Augustinianorum bibliotheca, tertius Gainfredus grammaticus adhuc ineditus, quartus

Virgilii notitia.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

denique Abbo floriacensis in suo commentario ad Victorii aquitani calculum aeque inedito. Et codex quidem angelicus atque Gainfredus Virgilii tantummodo nomen, eiusque operum grammaticalium excerpta tradunt (1); Abbo autem patriam quoque Virgilii revelat Tolosam (2), quam urbem omni tempore scholarum nobilitate claram fasti docent. Ceterum neque apud Maurinos litterariae Gallorum historiae auctores, neque apud alia doctissimae gentis monumenta Virgilium hunc memoratum vidi. Quare superest, ut reliquam eius notitiam nonnisi e scriptis eiusdem, quae nunc eduntur, hauriamus. Atque is in primis natione se gallum manifeste demonstrat p. 32. quo loco de quodam dicit *gallus noster;* deinde p. 44: *multi nostrorum maxime gallorum.* Et paulo post: *in quibusdam gallorum nostrorum scriptis.* Habemus igitur hominem gallum Tolosae civem. Virgilii nomen medio etiam aevo in Gallia non est mirandum: complures enim apparent alii, v. gr. apud Cointium in ecclesiasticis Francorum annalibus et, apud Bouquetium rer. gall. et franc. script., nec non apud Mabillonium in annalibus Benedictinorum. Virgilius diaconus litteras episcopi ravennatensis ad Gregorium I. PP. detulit. (3) Ad Virgilium arelaten-

(1) In hac mea editione pp. 18. 27. 28. 35. 65. 96. 98. 114. 124.
(2) Apud me in hoc volumine pag. 349.
(3) Registr. lib. VI. ep. 24.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sem episcopum scribit idem Gregorius (1). Ennodius, qui saeculo sexto meunte floruit duos memorat temporis sui Virgilios, alterum in epist. 33. sic: *Virgilius sublimis vir, tam sanguine quam honestate praecipuus, imponi sibi Ravennam excurrendi necessitatem plurimum deflet.* Id ad nostrum grammaticum pertinere vix puto. Alterum in epigram. 118 – 122 Virgilium Ennodius nominat, quo loco designari nostrum (quem Ennodius, ut mos morbusve est hominum litteratorum, despiciebat fortasse vel odio prosequebatur) valde suspicarer, nisi eum poëtam Ennodius, non grammaticum, diceret: quamquam versus quoque Virgilium nostrum factitavisse non est dubitandum. Sic ergo Ennodius:

In tantum prisci defluxit fama Maronis,
Ut te Virgilium saecula nostra darent.
Si fatuo dabitur tam sanctum nomen homullo,
Gloria maiorum curret in opprobrium.
Captivo stultus congaudet stemmate vates;
Non est Virgilius, dicitur esse tamen.
Externo quotiens vocitaris nomine demens,
Si tibi sunt sensus, prospice ne venias.
Cur te Virgilium mentiris pessime nostrum?
Non potes esse Maro, sed potes esse moro. (2)

Virgilii nostri pater videtur Aeneas grammaticus: hic enim filium suum Virgilium dicit p. 50. 84. 94. 100. 128, qui postremus locus rem magis fortas-

(1) Lib. cit. ep. 53.
(2) A graeco μωρὸς *stultus*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

se conficit, ubi et cognomen filio imponit *Maro*, *quia in eo antiqui Maronis spiritus rediviveret*; et statim avi Martulis aeque grammatici mentio consequitur. Aeneam vicissim Virgilius ter saltem p. 60. 74. 127. *meum* appellat; nusquam tamen *patris* nomine indigitat: quare haud scio an opinari adhuc liceat magistrum tantummodo fuisse, non parentem, Virgilii Aeneam. Etenim Aeneam magistrum suum diserte dicit Virgilius p. 74. Insuper Virgilii nostri magister a teneris unguiculis Virgilius asianus fuit, qui p. 124. *puerulo notas charaxavit*. Verumtamen adulescens praeceptorem audivit decennio Gratianum grammaticum, ut lego in epitome p. 143: item Cornelium grammaticum nobilissimum, quam rem ipse narrat p. 38. Quin etiam p. 117. magistros suos appellat Sulpiciam quandam et Istium, pro quibus ego Sulpicium legere malim atque Histrium. Denique adulescentem se interfuisse conventui grammaticorum haud minus triginta, ait in epitome p. 140. Condiscipulos suos ipse memorat p. 23. Latomium; et p. 38. duos filios Iuliani Donatum ac Donem.

Virgili scripta varia, et religio.

4. Virgilii scripta hactenus mihi nota sunt. I. De octo partibus orationis epistolae totidem ad Iulium Germanum diaconum, quae nunc eduntur. II. Epitomarum grammaticalium epistolae quindecim ad Fabianum puerum in Africam missarum, ut ex p. 3. intelligimus. Has quoque ex neapolitano codice ex-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tulimus, ab ipso Virgilio in priore operé commemoratas p. 21. 36. 57. 59. 68. 84. Ex his aliquot locos p. 18. 27. 28. 35. 65. mutuatus est Gainfredus grammaticus apud me ms. in membranis, de quo anglico homine, qui extremo saeculo duodecimo claruit, in disputatione mea de grammaticis vaticanis locuturus sum. Idem tamen Gainfredus p. 96. 98. 114. epistolas quoque ad Germanum scriptas legebat. III. Epistola grammaticalis ad discipulum Donatum Romam missa p. 106. IV. Liber commentariorum de mundi creatione adversus paganos p. 92. V. Paedagogus liber poëticus cuius initium refert Aldhelmus in hoc volumine meo p. 520. et 546. Ibi enim Virgilium potius grammaticum quam epicum intelligere malo. VI. Scriptum quoddam p. 9. 90. VII. Opuscula ab Abbone floriacensi laudata p. 349. Christianum fuisse Virgilium multis locis apparet, immo perspicue ipse dicit p. 3. Ea tamen tempora adhuc decurrebant, quibus ethnici passim supererant. Nam et Fabianus, ad quem noster scripsit epitomas, ex gentilitate ad baptismum accessit p. 4; et p. 32. gallus quidam auctor baptizatus dicitur; et p. 49. 110 Lupum christianum noster memorat; et p. 38 Donem condiscipulum, prius rhetorem et grammaticum, postea fidelem presbyterum.

5. Virgilii grammatici aetas nondum satis explorata mihi est; coniecturas tamen proponam, De Virgilii gramm. aetate.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ob quas in sexto christianorum temporum saeculo collocandus videtur, dominantibus nempe in Gallia primae stirpis regibus. Nam 1. Iulius germanus, ad quem grammaticale opus mittitur, videtur mihi sanctus ille Germanus, qui parisiensis saeculo VI. fuit episcopus celeberrimus; in cuius vita a Venantio Fortunato scripta (1) dicitur is ordinatus diaconus tertio aetatis lustro. Porro et praenomen Iulius, quamquam apud Fortunatum non legitur, attamen in Gallia iam inde a Iulii Caesaris expeditionibus fuisse satis pervulgatum, alibi dixi (2). 2. Pag. 23. mentio fit Rigadis reginae, quae videtur mihi Rigunthis Chilperici I. filia, Reccaredi uxor, quae saeculo VI. vixit. Saltem hinc demonstratur, Virgilium nostrum saeculo VI. non esse antiquiorem. 3. Pag. 90. Maximianum *nostrum* appellat, id est aequalem sodalemque, ut satis apparet; quem hominem ad praedictam aetatem pertinere, mox probabiliter demonstraturus sum. Nihil dico de Donatis; nam certe Iuliani filium Donatum, Virgilii nostri discipulum, nemo profecto seniorem illum Hieronymi stridoniensis magistrum putabit, cuius aetate mentio Rigadis reginae fieri non poterat.

Auctores apud Virg. citati.

6. Profecto ad revelandam grammatici Virgilii aetatem catalogus apprime videretur idoneus aucto-

(1) Apud Bolland. T. VI. maii pag. 778.
(2) Praef. ad Iul. Victorem rhetorem pag. 69.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rum ab illo commemoratorum, qui sane sunt plurimi; sed quia plerique sunt nobis obscurissimi, parum lucis hactenus suppeditarunt. Nihilominus is catalogus a me perscriptus heic recitabitur, tum eruditionis gratia, quae non parum tot nominibus augetur, tum ut his paulatim a viventium doctorum indagine expensis, grammatici nostri aetas liquidius, ut spero, innotescat. Ac primo mirari licebit recenseri in his Catonem, Ciceronem, Horatium, Lucanum, Maevium, Terentium, Varronem, atque Virgilium, quorum nemo tamen ad priscam illam classicamque aetatem pertinet, ut ipsorum prolata verba demonstrant. Quid ergo? Sine dubio haec nomina adscititia sunt; eo prorsus modo quo in Caroli magni academia, duo post saecula, fictis nominibus sese docti homines vocitarunt: erat enim Carolus David, Alcuinus Samuel, Angilbertus Homerus, Riculfus Damoetas, regiae puellae Gisla Lucia, Guntrada Eulalia, ne plures nominem: quem morem lepidum sodalitia doctorum hominum nescio quomodo saepe adamarunt, et romana poëtarum Arcadia hodie retinet, in qua pastores non solum nomina fingunt, verum etiam patrias ac patrimonia. Neque est cur quisquam apud nostrum Virgilium tot nova doctorum hominum miretur nomina: est enim temporis summa edacitas, et res praeteritas lubrica inrepens, ut ait quidam apud nostrum grammaticum, rap-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tat oblivio. Quis sine Ovidii elegia de ponto IIII. 16. tot latinos poëtas nobilissimi exulis contemporaneos cognosceret ? Quis tot rhetores sine Senecae suasoriis ac controversiis? Quis tot doctos unius temporis Gallos sine Ausonii carmine de Burdigalae professoribus ?

AUCTORES
APUD VIRGILIUM GRAMMATICUM MEMORATI.

AEMILIUS rhetor scriptura notaria utens pag. 101.

AENEAS grammaticus p. 23. 24. 50. 60. 65. 70. 73. 74. 80. 81. 83. 84. 94. 98. 100. 109. 127. 128. 139. Rhetor et grammaticorum poëtarumque peritissimus doctor p. 30. Praeceptor Virgilii nostri p. 74. 135. In libro de omnium artium virtute *ibidem.* Scribit ad Virgilium nostrum p. 75. Primus auctor scindendi phona p. 100. Historiam belli mithridatici enarrat p. 107. Trium Iulianorum, quos habuit praeceptores, libros arte notaria descripsit p. 127.

AFRI SCRIPTORES p. 87.

AFRICANUS AUCTOR quidam p. 30.

AFRORUM SCHOLAE p. 72. 106.

ALEXANDER p. 103. *(Alexander Virgilii interpres apud Servium ad aen. VIII.* 330. *)*

ANDREAS p. 92. *Andreas orator citatur etiam ab Al-*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

dhelmo p. 521. *Andreae oratoris carmen extat. Vide coll. pisaur. T. VI. p.* 276.

ANDRIANUS in solvendis problematibus eruditus p. 89.

ANONYMUS gallus christianus contra gentes scribens p. 32.

ANONYMUS poëta p. 94.

ANONYMUS scriptor p. 10. 139. 147.

ANONYMUS lacedaemonicus in libro phalangis p. 43. (*Neque enim lacedaemonicus videtur nomen proprium.*)

ANONYMUS poëta Alexandri macedonis viventis laudator p. 118.

ARISTOTELES p. 113.

ASPOZIUS p. 99. *Fortasse* Aspasius, *cuius orthographiam vidit in indice codicum tarvisianorum Montfauconius diar. ital. p.* 76.

BALAPSITUS nicomediensis, qui libros christianae legis e graeco vertit in latinum iubente Virgilio nostro p. 127.

BIENTIUS in epistola p. 44.

BREGANDUS lugenicus p. 75.

CATO iunior p. 26. 63. 64. 101. 120. 145. Rhetor elegantissimus p. 110. Poëta p. 146.

CATONIUS africanus in epistola ad Romanos de pace p. 55.

CHROMAS historicus p. 60. 61.

CICERO iunior p. 20. 31. 69. 101. 102. 104. 105. 120. 132. 135. Inventuosissimus in omni arte

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

p. 14. Cicero noster p. 26. *Ergo gallicanus videtur.*

CORNELIUS rheginus (*nam* rheginus *videtur mihi patriam significare non cognomen*) vir eloquens, graecae et hebraicae linguae promptissimus interpres p. 38. 39. Donati, Donis, et Virgilii nostri praeceptor *ibid.* Librum elegantissimum edidit de verbi statu p. 40.

CUSSINUS grammaticus p. 126; *si sana lectio est.*

DON p. 26. 133.

DONATUS p. 26. Iuliani filius, rhetor et grammaticus, postea fidelis presbyter p. 38. Frater Donati iunioris p. 87. 111.

DONATUS Iuliani filius, frater Donis, condiscipulus Virgilii nostri p. 38.

DONATUS iunior, Virgilii nostri discipulus p. 111. 118. Confudit doctrinam de coniunctione p. 87. Municeps Iulii Germani p. 119.

DONATUS senex p. 57. 72. 106. 119. In quodam carmine p. 28.

DONATUS troianus, Romuli aequalis, qui mille annos vixit, et innumerabilia opuscula reliquit p. 123. (*Fabulosum hunc esse Donatum, nemo non videt, quamquam eius dicta referuntur.*)

FABIANUS poëta p. 139.

FASSICA femina sapiens et scholastica p. 24.

GABRITIUS p. 28.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

GALBARIUS in immenso volumine de commentariis creati saeculi p. 77.

GALBUNGUS scholarcha p. 6. 7. 12. 14. 22. 23. 24. 26. 38. 39. 42. 56. 71. 75. 81. Aequalis Virgilii nostri p. 6. 94. In libro laudis clarorum rom. imperatorum et militum p. 55. In epistola ad Gargilium (vel Virgilium) asianum p. 90. In laudibus defunctorum p. 102.

GALBUNGUS veteranus quidam indus (vel potius italus) p. 23.

GALERIUS grammaticus Virgilii nostri aequalis, qui Virgilii asiani quinque volumina de statu regali ex graeco vertit in latinum sermonem p. 55.

GALLIENUS in quadam epistola p. 31.

GERGISSUS poëta in commentariis de sole luna astris et arcu caelesti p. 111.

GLENGUS grammaticus p. 22. 38. 74. 99. In expositione de diis p. 90. Pater Maximiani, qui fuit aequalis Virgilii nostri, *ibidem.*

GRACCHUS orator. Vide ORATOR.

GRAMMATICI triginta in conventu p. 140.

GRATIANUS grammaticus p. 143.

GREGORII duo grammatici p. 38.

GREGORIUS aegyptius, qui tria milia librorum de Graecorum historiis conscripsit p. 127.

HILARIUS p. 104.

HISTORIAE Graecorum p. 1.

HISTRIUS hispanus historicus, aequalis Virgilii nos-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tri, immo magister, ut videtur, p. 127. Num est Aethicus Ister?

HOMERUS p. 133.

HORATIUS iunior p. 62. 80. 133. 136.

ISTIUS (idem, ut puto, qui Histrius) Virgilii nostri magister p. 117.

IULIANI tres, arabs, indus, africanus, praeceptores Aeneae grammatici p. 127.

IULIANUS grammaticus pater grammaticorum Donati et Donis p. 38.

IULIUS doctor, Aneae et Virgilii nostri coaetaneus p. 70.

IULIUS GERMANUS diaconus, ad quem opus suum Virgilius noster scribit p. 1. Epistolographus p. 3. Sacrorum voluminum sagax inquisitor p. 6.

LAPIDUS orator in Asia minore, Virgilii nostri aequalis, p. 114.

LAPSIUS (*num idem* Lapidus?) orator, qui scripsit XVII. epistolas interpretationum p. 4.

LATOMIUS, condiscipulus Virgilii nostri, in carmine quereloso p. 23.

LUCANUS iunior p. 77. 101. 103. 145.

LUCIUS grammaticus p. 102.

LUPUS athensis (*num* atheniensis?) christianus grammaticus et poëta, Virgilii nostri aequalis, p. 49. 110.

MACERONTO graecus p. 10. (*Mauronti quidem duo appellantur apud Alcuinum.*)

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

MARO sapiens, qui prope diluvium vixit p. 127.
MARTULIS (vel Martialis) Virgilii nostri avus, in arte grammatica diligentissimus p. 128.
MAEVIUS qui carmen in octo partes orationis edidit p. 79. *Maevii antiquioris obitum in Cappadocia adnotat Hieronymus in Chronico.*
MAXIMIANUS Glengi grammatici filius, Virgilii nostri sodalis, p. 90. *Hunc puto carminum quae extant sub Maximiani nomine auctorem; qui quoniam gallus erat, confusus aliquando est ab imperitis cum Gallo Virgilii epici mantuani aequale, ita ut eius carmina Gallo tribuerentur. Maximiani nugas grammaticales, ut de puerorum manibus excuteret, scripsit suas Alexander de Villa Dei. Sed tamen hic nugator Maximianus, recentior homo rectius creditur.*
MITTERIUS hispaniensis grammaticus p. 12.
ORATOR graecus (nisi est Gracchus orator) p. 59.
ORIGENES africanus ethnicus in volumine super statu hominis p. 41. 121. *De Origene scriptore ethnico, Ammonii et Longini magistro,* legatur *Harlesius introd. ad hist. L. G. T. II.* 2. 53.
OSSIUS grammaticus p. 77.
PLASTUS poëta p. 61.
PERICHIUS grammaticus p. 77.
QUINTILIANUS computarius p. 29.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

RECTIUS (Rheticius aut Rhemmius?) p. 31.
REGULUS cappadox grammaticus p. 45. 46.
SAGILLIUS germanus poëta in libello de mari et luna p. 112.
SALTOR a quo Virgilii grammatici codex perscriptus p. 95.
SARBON pater Glengi in Rigadis reginae cantico p. 23.
SARRICIUS Ciceronis iunioris pater p. 24.
SCRIPTORES LEPORICI p. 112. 113.
SEDULIUS romanus grammaticus p. 45. 46.
SERENUS cantor p. 44.
SERVILIUS p. 23.
SULPICIA (*cod.* Sulpita) Virgilii nostri magistra p. 117. *Multo iunior igitur haec Sulpicia quam illa quae scripsit contra Domitianum.*
SUFPHONIAS hebraeus p. 20. (*Locus citatus haud legitur in vulgato textu prophetae.*)
TARQUINIUS persa p. 1.
TERENTIUS scholarcha p. 6. 22. 24. 27. 38. 39. 40. 56. 104. 105. 131. 140. In quarto dispositionum grammaticarum p. 28.
TERENTIUS Terentii filius p. 32.
TERENTIUS Marcillius in quodam volumine ad titulum I. p. 53.
VARRO iunior p. 105. 141. Poëta p. 109.
VIRGILIUS asianus cappadox p. 26. 101. 126. Virgilii troiani discipulus, et Virgilii nostri magister p. 124. In quarto dispositionum in genesim li-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

bro p. 23. In quinque voluminibus de statu regali p. 55.

VIRGILIUS troianus, seu troianae scholae doctor p. 26. 101. Donati auditor p. 124. Contra Romanos scribens p. 63; ad Aviceanum p. 102. Volumina eius LXX. de ratione metri p. 124. epistola eius ad Virgilium asianum de verbi explicatione, *ibidem*.

VIRGILIUS nescio quis p. 90.

VITELLIUS poëta in laude Matronae uxoris suae p. 112.

VOLUMNIUS (M) p. 103. (*Si ita in codice legendum est.*)

AUCTORES

IN FRAGMENTIS POST VIRGILIUM MEMORATI.

P. 150--152. Actius, Afranius, Astigius, Caper, Caesar, Cato, Cicero, Comminianus (1), Historia antiqua, Pacuvius, Plautus, Plinius Secundus, Sallustius, Terentius grammaticus iunior, Varro.

7. Nunc si Virgilii nostri latinitatem consideremus, ea non solum plurimorum novitate vocabulorum, quae tamen indolis latinae sunt, legentes percellit, verum etiam celticis, ut puto, fran- Virgilii latinitas.

(1) Comminianus grammaticus adhuc supererat in codice monasterii Centulensis, teste catalogo apud Dacherium spicil. ed. nov. T. II. p. 311.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

cicis vel quomodocumque borealibus, mysticis quoque, vel ut ipse Virgilius loquitur, philosophicis et arcani studio excogitatis vocibus ad portentum abundat. Eius loquelae priscum aliquod indicium haud scio an apud ipsum Frontonem sit de feriis alsiensibus, ubi dimidiatis quandoque verbis utitur, vel iis certe quae a vulgi usu recedunt. Quatuor latinitatis genera Isidorus orig. IX. 1. nobis narraverat, quorum postremum mixtum appellavit. Terentius grammaticus (1) Virgilii nostri ferme aequalis, fastidiri iam veterem sermonem, novaque verba generari aiebat. Hispericorum faminum auctor a me in hoc volumine editorum, itemque Atto vercellensis in polyptico, quod ego item in sexto scriptorum veterum volumine edidi, nunc plane nova, nunc turbata studiose, et arcana latinitate loquuntur. Iamvero Virgilius noster p. 36. 99. 100. duodecim statuit esse genera latinitatis; idque facit p. 124 Virgilii asiani magistri sui verbis, qui librum nobilem de duodecim latinitatibus scripserat, eoque semper sermonis genere utebatur p. 126. Duodecim haec latinitatis genera agnoscit etiam praedictus hispericorum faminum auctor; ait enim p. 483: *bis senos exploro vechros qui ausonicam lacerant palatham*, qui totus locus ob eruditionem huiusmodi considerandus est. Nuper vero dum quin-

(1) Apud Gainfredum grammaticum ms. p. 151.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tum virgilianae epitomes caput, in quo mirus est tractus de his duodecim latinitatis generibus typis committerem, sane plurimum aestuabam, quia scriptura codicis neapolitani tam est corrupta, ut nullum fere sensum probabilem extundere possem.

Fragmentum romanum Virgilii gramm.

8. Ecce autem laboranti mihi suppetias insperatas tulit codex romanus saeculi, ut puto, undecimi in angelica PP. Augustinianorum bibliotheca conservatus, qui inter cetera opuscula, Virgilii quoque nostri fragmentum exhibet, quod ex eius ter quina epitome a nescio quo eclogario detractum fuit. Rei notitiam cl. V. Faustino Arevalo debeo, qui in praestante sua Sedulii editione append. V. p. 426. et de codice loquitur, et breve illud fragmentum fideliter recitat. Ego vero angelicum codicem meis oculis lustrans, reapse hanc gemmulam decimo loco inter alia opuscula aspexi. Sic ergo eclogarius. *Incipiunt epitomae Virgilii Maronis. Latinus, a quo latinitas. Hic vir magnus fuit et potens belli regiis temporibus.* Breviatus hic locus ex primo epitomes capite p. 98. desumptus fuit. Sequitur in angelico codice. *Latinitatis genera sunt duodecim. Prima latinitas usitata. Secunda asena* etc. quae pertinent ad epitomes caput quintum p. 124 – 127. usque ad verba *unitate Dei alti.* Ibi quippe desinit fragmentum Virgilii angelicum, inter aliena scripta conclusum: praecedit enim carmen super Prosperi

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

epigrammata a me vulgandum p. 386; sequitur Augustini locus de novem musis. Angelicum, qui fuit card. Passioneii, codicem lectitaverat ante Arevalum cl. Mingarellius, qui virgilianum fragmentum vel non vidit vel neglexit, sed tamen Damasi epigramma indidem extulit, et cl. Amadutio in romanis anecdotis T. II. vulgandum concessit, quod deinde in Damasi editiones transferendum erit. Sed interim doleo quod mendose Amadutius sextum versum semipede auctum contra regulas metri dederit, et contra syntaxin quoque grammaticalem sic: *unde cave, frater, vanis ne te subdere curis;* quum tamen codex a me inspectus habeat rectissime: *unde cave, frater, vanis te subdere curis.* Hoc igitur virgilianum capitulum in neapolitano codice ab antiqui amanuensis inscitia pessumdatum, ope angelici codicis restituimus; ita tamen ut neapolitani quoque lectiones bonas et incrementa omnia retinuerimus.

Virgilii nova vocabula.

9. Nunc ne plura de Virgilii latinitate dicam, vocabula eius singillatim attexam, quae lexicographi nostri pleraque ignorant; manualia, inquam, intelligo lexica, seu quae sunt in populari eruditorum usu: nam glossaria quaedam, puta philoxenianum, Placidi quoque glossae a me editae, latinitatis fines latius proferunt. Deinde illa etiam exotica ponam vocabula, quae neque classicam, neque ullam, nisi asiani Virgilii, latinitatem decent.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

LATINITAS NOVA EX VIRGILIO MARONE GRAMMATICO.

accumulativus p. 42.
adorus *vel* adoris 69.
adsimilativus 87.
aequiperator 3.
affectativus 27.
affirmabilis 56.
affla, ae 97. 116. 130; *sed* alippha 126.
agglomo, is 113.
alteralis 139.
alto, as 112. *Confirmatur vocabulum Sidonii.*
anterioritas 92.
anthropeus 94.
appense 73.
aput, *ligneum instrumentum* 91.
ardibilis 61.
articulum, *neutro genere*, 30. 31.
aspirativus 86.
atramentor, aris 99.
audatus, us 98.
aumatio, onis 122. (1)

bessus, us *feritas* 120.
brevellus 36.
bucinum 140.

caelestim 72.
cantamentum 112.
cantatella 112.
cantharum, *camera* 137.
cantilicum 106. (*nisi est mendum pro* canticulum.)
capiesco 130. *nisi est pro* capesso.
capitas, atis 121.
carmentum, *carmen* 23.

(1) Dixi alibi videri mihi *aumatium* significare *horreum*. Nunc video in oratione S. Benedicti archiep. Mediol. apud Murator. S. R. I. T. IV. p. 77. a. inter Mediolani splendida aedificia recenseri *palatium imperiale*, *theatrum*, *aumatium*, *thermas*, *viridarium*, *arenam*. Muratorius tamen in anecdotis lat. T. I. p. 233. sine distinctionis virgula scribit *theatrum aumatium*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

carminulum 130.
cata, *canis femina* 7.
catizo, as 97.
charaxo, as 13. *et alibi.*
clamatorie *adv.* 75, *nisi potius legendum est* clamatorio.
cliventes 18. *pro* clientes?
coaeternaliter 5.
coëuntia, ae 121.
cogitamentum 117.
commentaticius 51.
componderatio 62.
componderatus 86.
comptose 145.
computarius 29.
commutativus 27. *et alibi.*
confusibilis 51.
confusibilitas 112.
confusibiliter 10. 63.
conglobero, as 138.
congluten 130.
congruatus 49.
connumeratio 96.
consentivus 49.
consipo 59.
construmentum 97.
consuetudinarie 48.
consuetudinaris 82.
consuetus, us 34.
consultate 32.
contradicus 36.
contrarior, aris 97.
contuebilis 77.
corniatus 39.
credo, *pro* iuro 63.
criposcius 50.
cuiatim 138.

deacutus 135.
declinamentum 23.
decorosus 62. *confirmatur vocabulum Senecae.*
defido *pro* diffido 29.
deosculate *adv.* 72.
dictura, ae 58.
directo, as 130.
discredo 25.59.63. *etiam apud Iul. Valerium de rebus Alex. III.* 58.
dissentivus 49.
distinctivus 81.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

disyllabatus 16. 67.
docenter 71, *nisi est mendum pro* decenter.
dualitas 125.

edocte *adv.* 73.
ego *verbum pro* vivo 13.
eloquentiola 2.
emulis *pro* utilis 98.
emulitas, *pro* utilitas 113. *Sic etiam p.* 102. *pro* mulitas *legendum censerem* emulitas, *nisi p.* 111. *legeretur* mulier a mulitudine.
epita ex graeco ἔπειτα 87. 88.
ergum *pro* causa 15. 75. (*Notum est* ergo.)
examentum *pro* examen p. 9.
expressorium, *pars orationis* 69.
extreme *adv.* 85.

fanisfaris *vel* fanisfariis 36.
farium 36.
fiducialius *adv. comp.* 3.
firmate *adv.* 72.
flammosus 117.
florisso, as 47.
foederamen 42.
fortim 72.
fulgoreus 126.

gammula 130.
garrissimus 134, *nisi est mendum.*
gladiatus, a, um 80.
gladio, as 80.
glifia, ae 43.
glifius 101.

hasto, as 80.
helus, a, um *pronomen* 138.
hyperbaticus, a, um 76.

iecto, as 147.
illice 30.
incastratura 85.
incontuibilis 77.
indapis, e, 45.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

infiens 112.
inmotabilis 4.
inmotatio 39.
inspero, as 134.
intercapito, as 5.
interno, as 97.
intuibilis 61.
inventuosissimus 14.
ipseve *adverb.* 138.
irreprehensibiliter 25.
istice 30.

laetamen, *pro* laetitia 9.
laetities 9.
lampaditas 122.
leporia, ae 113.
leporicus 112. 113.
libraria *pro* bibliotheca.
liniatus versus 109. 110.
locute *adv.* 72.
lucido, as 64.
lurculus 94.

machira, *puto pro* machaera 18.
magnissimus 131.
manifestatim 48.
meatim 138.
mederius 109.
mentiuncula 113.
midissimus 131.
mitro, as 80.
monosyllabatus 67. *Sic enim malo, quam* monosyllabatim.
motabiliter 91.
mulitas 102.
mutifico, as 40.
multipertitus 132.
multissimus 132.
mulitudo 121.
mus *pronomen* 138.

natabundus 81.
nexura 85.
nullifico, as 40. (*V. Forcell. voc.* annihilo.)

obliviose *adv.* 55.
observamentum 91.
octenus *pro* octonus 5.
ogdualis, e 5.
omnimodatim 97.
omnipraesim 95. *adv. ut videtur.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

origo, *plur.* origona, *velum navis* 137.
pansura, ae 43.
patisso, as 47.
pecto, as 121.
pensatura, ae 108.
perdecens 84.
perextensus versus 110.
peroptimus (1) 74.
perorditus 68.
perpessior, oris 52.
person, onis 75.
perstus 69.
pervento, as 60.
philosopho, as 28.
phonum 11. 67. 100. *et alibi.*
plastum 97.
plastus 116
pleri *pro* plerique 22.
pluvio, as 122.
positans 82.
praeiudicatorius 61.
praelativus 18.
praesentim 84.
prolitas 102. *Confirmatur Apuleii vocabulum.*
prophetor, aris 12.
proprius *pro* primus 132.
prosaticus 58.
quadriphonus 110. 111.
quadrisyllabatus 67.
quaestionor, aris 132.
quantotus 139.
quasiunt *pro* quatinunt 104.
quassum *vel* quassus *substantive* 130.
querelosus 23.
querimonians 132.
querimonior, aris 140.
ratabunde *adv.* 68.
recto, as 140.
refecto, as 12.
reprobate *adv.* 73.
rerogo, as 132.
resum, reerant, reesse, *multo tempore*

(1) Hoc vocabulum nominatim improbat Palaemon apud Charisium ed. Putsch. p. 207.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

residere, ut confirmat Gratianus apud Virgilium nostrum p. 143. *Confer dicta a me in praefatione ad Tom. II. class. auct. p. XV.*
revelativus 85.
ropha 107.
rumina, *dens* 123.

sapido, inis 98.
sapifico, as 113.
scalatim 97.
scephora 107.
scinderatio 100.
scrutate *adv.* 72.
scuto, as 80.
sedatus, us 38.
semigravatus 62.
semitula, ae 37. 114.
semotim 31.
silio, is 94.
singillo, as 72.
soles *pro* carmina 136.
spretio, onis 63. *Confirmatur voc. Livii.*
statute *adv.* 72.
sua, *domus scholastica* 14.
sua *pro* suade 14.
suaptum 106.
suatim *a pronomine* 33.
subfiguratio 39. 58. 59.
subiunctive *adv.* 73.
subiunctim 85.
subrelictus 67.
superequito, as 134.
summo, as 61.
suspicate *adv.* 72.
suxus, a, um 123.

tantotus 139.
telleus 97.
tibio *pro* citharizo 14
tonitruo, is 126.
trine *adv.* 22.
triphonus 110.
trisyllabatus 67.
tuo *pro* aspicio 13.
turbinosus 117.

ventilabilis 57.
vernaculatim 16.
versidicus 67.
vespere *nominativo casu*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

9. 10.
vestratim 33.
victurio 48. *Sic enim scribendum, non victorio.*
voluntatim 73.
voluntativus 48.
vors, tis 77.
uxorata 121.

VOCABULA EXOTICA
SEU LATINITATIS INUSITATAE.

absit *absque* 89.
andi 95.
aper *pedes* 121.
aram *tenus* 89.
aspon *palam, ipsa, sine* 89.
aster *pictor* 120.
caom *penes* 89.
ceros 87.
con *apud* 1. 89. 90. 144.
crosps 131.
cyron *adversus* 89. 90.
farax *secundum* 89.
gabil *usque* 89. 90.
gande 112.
glores, *gloria* 123.
lindon *subter* 89.
livim *secus* 89.
longeon *ultra* 89.
madus *subtus* 89.
mane *virtus* 121.
matyrion *circa* 89.
numande 90.
padon *super* 89.
pope *fortitudo* 115.
pus, uris *custodia* 120.
rectim *erga* 89.
relas *prope* 89.
respon *coram* 89.
salion *ante* 89. 90.
sarium *praeter* 89.
sepelum *supra* 89. 90.
statuim *pone* 89.
thors *rex* 9.
trasso *contra* 89.
typicatus, a, um 146.
typicale 146.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Interiectiones. Gloriandi rasse, rave, samia, sarap. *Laetandi* salecum. *Post clamandi* heve, hunave. *Festinandi* max, cetiu, salum. *Laborandi* faticalpin, eugan, *Mirandi* evax, affario. *Suadendi* ques, goos. *Gemendi* tatans. *Dolendi* pappen, leon.

Ignem vocabula significantia secundum duodecim latinitatis genera. 1. ignis. 2. quoquevihabis. 3. ardon. 4. colax. 5. spiridon. 6. rusin. 7. fragon. 8. fumaton. 9. ustrax. 10. vitius. 11. seleuseus. 12. aeneon. *pag.* 99. 10.

Latinitatis secundum sua duodecim genera habes vocabula alia p. 124 – 127.

Signorum zodiacalium nomina barbarica leguntur p. 115.

Res apud Virgil. gram. notabiles.

10. Scripturam notariam, quae una tantum littera pro toto sono contenta est, et quidem quibusdam formulis exaratam, commemorat Virgilius noster p. 125, nec semel alibi. Huius ego specimen, ex antiquo codice vaticano excudendum aere curavi, libroque meo praeposui, ut ii scilicet boni viri qui se omnia scire et putant et praedicant, in hoc quoque litteraturae genere magistros se gerant. Res praeterea notabiles apud Virgilium sunt P. 6. scholae duae in Europa principes Terentii et Galbungi. Pag. 7. 36. 37. 39. latinitatis copia immensa. P. 38. Tusci litterarum studio praecellentes. P. 37. concilia grammatico-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rum apud Romanos celebrata. P. 89. latinitas philosophica; p. 100. mystica. P. 106. Orphei cantus qui sit. P. 108. Iulii Blasti frisii expeditio adversus Romanos. Ibid. Blasti anthropophagi. P. 115. medici dicti geometrae, id est experti herbarum. P. 118. Alexandri macedonis dictum. P. 140. conventus grammaticorum triginta. Denique personae appellatae pag. 105. Aeneas p. 102. Aviceanus. P. 30. Donatus avarus. P. 18. Erithea Nini regis uxor. P. 3. Fabianus. P. 90. Gargilius asianus (nisi est Virgilius.) P. 22. Gurgo. P. 92. Iulianus. P. 132. Iustinus. P. 139. Latinus. P. 112. Matrona P. 92. Pyrrhus. P. 23. Rigas regina. P. 123. Romulus. P. 120. Stellinis.

Unum adhuc est, quod lectores meos admoneam, ante quam dicendi de Virgilio finem facio. Ego epitomarum Virgilii ad Fabianum puerum nonnisi priora capita quinque in neap. codice principio videram; eaque sola typis impresseram, praesertim quia in quinti calce nescio quomodo librarius antiquus scripsit *explicit Maronis Virgilii*. Sed Neapolim postea reversus falsam in codice operis clausulam esse cognovi; exscriptisque capitibus reliquis, seu potius ipsorum excerptis, editionem meam cumulavi. Quicquid igitur de *quina* pro *ter quina* epitome in scholiis dixi, puta p. 21. et alibi, id omne ad hanc rei veritatem revocandum est.

***

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

DE GRAMMATICO ANTIQUISSIMO VATICANO.

Codex operis vaticanus.

1. Quamquam multi in vaticana bibliotheca sunt valde prisci grammaticorum latinorum codices, nullus tamen ad illum accedit, ex quo anonymum grammaticum sumpsimus: est enim ultimae prorsus antiquitatis κειμήλιον, litteris partim quadratis scriptum in membrana pertenui ac laevigata, cum priscis emendationibus, quae partim in oris codicis, partim in corpore ipso fiunt; non mediocre sane volumen in 4., foliis constans 289, seu paginis 577; quod idcirco minutis typis in librum meum transferendum curavi, ne doctorum bibliothecas charta onerarem. Hunc ego tractatum quum lectitarem, videbam equidem auctorem sanum, purum, perspicuum, artis suae curiosum magistrum, et qui romanum genuinumque gustum tam saperet, quam ille Virgilius celticum et peregrinum. Etsi autem disserendi genus aridum est, raraque eruditione conspersum; nam paucos auctores laudans, de suo penu pleraque promit; nihilominus tam priscum scriptum in hac mea quam molior grammaticorum editione non statim ponere, piaculum quoddam existimassem. Codex enim ad sextum septimumve Christi saeculum referri debet; auctor autem quum nullum grammaticum Plinio Secundo recentiorem appellet, multo antiquior codice cre-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

dendus est ; quarto tamen saeculo non vetustior , quia p. 238. b. *diocletianas* , quas ego thermas intelligo , nominat. Neque vero christianitatis indicium ullum prae se fert , nisi quod p. 250. a. de genitivo casu *um* vel *ium* quaerit nominis *Samuel* , cuius eum notitiam vel a Christianis vel ab Israëlitis vel a sacris libris hausisse puto. Sed certe codicis scriptor christianus fuit : etenim p. 20. b. ob indicandam supplementi cuiusdam sedem connexionemque , asterisci loco utitur Christi monogrammate A ☧ Ω.

2. Nunc quia in codice nomen auctoris desideratur , id apprime scilicet vestigandum videtur. Initio codicis rubricata adnotatio legitur saeculo XV. scripta haec : *licet in indice librorum dicatur istius libri fuisse auctor Probus grammaticus , attamen aliqui rectius dicunt fuisse Palaemonem.* Huic autem adnotationi subtexitur alia a saeculi XVIII. homine : *at neque Probus neque Palaemon haec scripsit , sed potius videtur hoc opus Donati ; nam in principio hic codex aliquantum congruit , verum postea toto caelo a Donato differt.* Ego vero ad vetustiorem illam sententiam quod sit Probus , non praeiudicio ut reor aliquo , vel peculiari erga Probum studio , sed potioribus veritatis indiciis adducor. Qui de Palaemone cogitarunt , ii Diomedis locum fortasse prae oculis habuerunt lib. II. cap. de coniunctione hunc : " Palaemon eam ita

Auctor videtur Probus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

,, definivit , *coniunctio est pars orationis connec-*
,, *tens ordinansque sententiam* ,, : quae verba sunt apud grammaticum vaticanum p. 268. a. Verumtamen alii Palaemonis loci a Charisio Priscianoque laudati , in vaticano nostro nusquam apparent. Palaemonis item breve illud seu imperfectum opusculum , quod impressum legitur , a nostro prorsus discedit : a quo Donati quoque artem discrepantem aeque videmus. Quod si Donatus atque Palaemon semel aut iterum cum nostro congruunt ; nihil inde firmum concluditur , quia sollemnis necessariusque artigraphorum mos hic est , ut vel invicem expilent atque exscribant , vel ob argumenti similitudinem ad eadem verba saepe concurrant. Quae me igitur argumenta impellunt ut Probum potius vaticani operis auctorem credam ? I. Auctoritas antiqui indicis , quam supra laudavi. II. Testimonium codicis neapolitani a cl. Iannellio descripti n. 15 , cuius initium est. *De voce. Vox sive sonus est aër ictus , id est percussus , sensibilis auditu quantum in ipso est , quamdiu resonat.* Atqui hoc est ipsissimum vaticani grammatici exordium. " Hoc opus , pergit dicere Iannellius , sa-
,, tis plenum et prolixum, utpote quo 164. pagi-
,, nae in fol. impleantur , quoad rem et materiam
,, simile quidem est illi Probi operi grammatico ,
,, quod hactenus novimus , forma vero et dispo-
,, sitione verborum est aliud et diversum ,, . Tum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Parrhasii, qui codicem possedit Seripandoque legavit, verba in fronte codicis posita recitat haec: *hoc opus esse Probi constat ex Sergio grammatico, qui de nominum differentiis agens in commentario, quod in editionem Donati secundam scripsit: senior, inquit, ut Probus dicit, tamen generis masculini est. Id autem legitur hoc in libello p.* 9. Proximum autem neapolitanum codicem n. 15. sic Iannellius describit " Probi grammatici ars, ,, et ipsa de qua modo locuti sumus. Ad calcem haec: ,, FINIS PROBI. ,, Priore igitur codice artem Probi contineri adfirmat Parrhasius; posteriore autem, testatur ipse titulus ab amanuensi prisco perscriptus. Ergo si neapolitanus certe grammaticus cum vaticano ad litteram universus congruit, Probum tenemus. III. Bobiensis codex, nuno vindobonensis, ex quo nuper vir. cl. Frid. Lindemannus Probi institutiones iamdiu cognitas emendatissime recudit, aetate, litterarum forma, ceteris palaeographiae coloribus, tantopere conspirat cum vaticano, ut hic prior operum Probi tomus, ille posterior esse videatur. Nam Probi quidem impressum opus in metricis regulis versari totum videmus; at vaticanus grammaticus de prosa semper oratione agit; illud vero de metris opus, a se deinde scribendum, saepissime nominat. In bobiensi praeterea supradicto codice inventum ait cl. Lindemannus " frag- ,, mentum grammaticum aliquot plagularum, quod

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

,, cum cognitis Probi scriptis valde consentit iisque ,, persimile est, sed longe uberiora et copiosius ex- ,, posita continet quam in impressis habentur. ,, Videbunt igitur ii, qui codicem bobiensem manu tractant, utrum vetus illud fragmentum ad vaticanum opus pertineat, nec ne. IV. Cledonius grammaticus in putschiana editione p. 1933. grammaticum vaticanum sub nomine Probi evidentissime exscribit sic: *praepositiones sunt, secundum Probum, numero quinquaginta et quinque; ex his tributae sunt accusativo triginta, ablativo quindecim, utrique quatuor, loquelis sex.* Quae omnia sunt grammatici vaticani verba p. 272. a. Atque haud scio an aliquid quoque ponderis habeat, quod noster p. 293. a. ait " salva forma *catholica* ,, quod vocabulum esse Probi peculiare videtur, cuius liber *catholica* exstat. Priscianus libri septimi initio ait: " *Probus in institutis artium ostendit hoc unum nomen tantum, hoc est alius, quam maxime propter structuras genitivo et dativo casu numeri singularis, sic anomale confirmatum declinari, hic alius, huius alius, huic alii.* At enim noster grammaticus p. 215. a. id ait de duobus nominibus *uter* et *alter:* addit tamen, se de his in ratione metrorum vel structurarum rursus dicturum. Utrum ergo Priscianus hoc secundum opus respexerit, an mendose sit locutus, an diversum Probi locum legerit, non queo dispicere. Sed et aliae multae a putschianis grammaticis

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

auctoritates Probi laudatae, mihi in grammatico vaticano non occurrebant. Qua de re neque iam acrius volo contendere, neque exquisitius vestigando laborare: nam tempore potius maturisque eruditorum iudiciis confirmanda veritas est. Interim in editione per antonomasiam inscripsi GRAMMATICUM VATICANUM.

Grammatic vat. erudi-tio et lati-nitas.

3. Diversa ab hoc, quod vulgamus, scripta sua grammaticus vaticanus memorat, de metris quidem structurisque saepissime; tum de musicis, de sonis, de accentibus, de natura syllabarum, et p. 238. b. de orthographia. Auctores ab eodem laudantur hi:

ANONYMUS p. 251. b.
CAESAR 157. a.
CICERO 266. b. 316. a. 320. b. 321. a. In frumentaria 168. a.
LUCILIUS 177. a. 250. b.
PLINIUS SECUNDUS in libris grammaticis 202. a. 252. b. 255. a. 260. a.
SALLUSTIUS 197. a. b. 210. a. 244. b. 246. a. 250. a. 275. a. 275. a. 276. b. 319. a.
TERENTIUS 247. b. 275. a. 281. b. 316. a. 317. a.
VARRO 155. a. 248. b. 279. a.
VIRGILIUS *passim.*

Prolixus hic grammaticus pauca suppeditat nova vocabula prae Virgilii brevioris plurimis. Causa praecipua rei est, quod vaticanus (qui si Probus est, in urbe Roma docuit) κοινῶς loquitur, at ille to-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

losanus ἰδιωτικῶς. Aliam quoque putare causam licet, quod tolosanus morosorum quorumdam ritu raram latinitatem studiose sectaretur, vaticanus a consuetudine romana non discederet. Sic igitur accidit, ut Fronto permulta vocabula lexicis addat, Cicero autem in novis, quae edidi, amplis scriptis parum profecto novitatis exhibeat. En autem nova, vel novi significatus, aut formae, grammatici nostri vocabula.

amicabus *dat.plur. ab* amica 194. a.
analogice *adv.* 201. b.
anomale adv. 171. a. *et alibi.*
aptote *adv.* p. 155. a.
artislator 157. a. 163. b. 255. a. 260. a.

bassus *appellativum* 234. a.

femus, *pro* femur 251. a.
fontius, a, um 184. b.

Gyaro nomen aptoton 227. b.

iunctivus 314. b.

Mercurii, *pro* Mercuri, *voc. casu quare dicatur* 221. a.
moerorum *pro* murorum 238. b.
monarius, a, um 240. b.
monticulus 184. b.
montius, a, um 184. b.

nugas *indeclinabile* 236. b.

portator 215. b.

sonu *pro* sono 182. b. *nisi potius mendum est.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

statare, is 211. a. 240. b.
suspiranter 271. a.

tactim 279. a.
tonstricia mancipia 204. b.
vitus 235. a.

Uus *pro* us *terminatio pluralis nom. acc. voc. saepe. Sed de ea noster p.* 235. b.

Zacynthos *voc. cas. sing.* 227. a. *Sed huiusmodi varietates permultae grammaticales legendae sunt in ipso auctoris contextu.*

4. De Abbonis floriacensis scripto grammatico, de antiquissimis graecis papyris, et de latina ravennate, itemque de Serapionis thmuitani epistola, satis ut opinor propriis in locis dixi. Unum hoc addam, papyros illas graecas, quae Demetrii Papandriopuli fuerant, a me nuper vaticanae bibliothecae fuisse pretio acquisitas.

DE CARMINUM CHRISTIANORUM FLORILEGIO.

1. Agmen ducit florilegii mei S. PAULINUS nolanu sepiscopus, cuius carmina duo, in vaticano codice inventa, ante sexennium separato libello edidi; nunc autem ad hanc classicorum auctorum collectionem meo iure revoco. Utrumque carmen Paulini genuinum esse foetum dubitare non licet, S. Paulinus nolanus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ut olim dixi, 1. quia sunt in codice, qui nihil aliud nisi Paulini poëmata continet, inter quae haec duo commiscentur. 2. Quia verborum sententiarumque natura et color cum ceteris Paulini carminibus satis congruit, id quod scholia mea partim demonstrant, partim vero lectores operum Paulini per se facile agnoscent. 3. Quia baptismi a se adulta aetate suscepti priore in carmine Paulinus meminit, nec non consulatus sui; quam utramque rem notissima historia confirmat. Carmen vero posterius de fratre ac sorore Paulini loquitur, et de accisa Paulinorum re familiari; de quibus hominibus casibusque testimonia habemus Paulini ipsius, nec non Ausonii et Gennadii, ut in scholiis dixi. Iam etsi sagacissimus priscorum operum venator Muratorius cumulum Paulini scriptis imposuisse videbatur, nihilominus nova adhuc speranda Mingarellius docuit, qui illius versus quinquaginta circiter in anecdotis protulit, multoque plures nos demonstravimus, qui paulo minus trecentis dedimus. Immo Muratorius ne omnia quidem ante se edita Paulini scripta cognovit: ex huius enim tractatu de *paenitentia*, quod Gennadius de vir. ill. cap. 68. commemorat, fragmentum unius paginae ab Holstenio olim in appendice ad codicem regularum editum, Muratorius nescivit, ideoque in sua veronensi Paulini editione non collocavit. Nihil moror Becchetium, quem alibi iam coargui, dum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Bandinio credit, falsum novitatis titulum in romanis Amadutii anecdotis Paulini epistolae inscripsisse, quae in cunctis Paulini editionibus legebatur. Duos autem Paulini sermones, a Gennadio item lectos, *de quadragesima*, ex romano codice bibliothecae sessorianae iamdiu expectamus.

2. Ad VICTORINI carmen quod attinet, nihil iis addam quae brevi ibidem scholio complexus sum: de ALDHELMO autem, magno Anglorum ornamento, cuius item unicum carmen protuli, paulo post dicam, cum eius insignem grammaticae rei libellum, quem item typis impressi, lectoribus commendabo. Victorinus.

3. BENEDICTUM cognomento CRISPUM ab anno 681 ad 725. archiepiscopum mediolanensem, vitaeque sanctimonia caelestium honores apud ecclesiam suam consecutum, hoc Paulus diaconus testimonio exornat hist. langob. VI. 29. " Tunc quo-
,, que (anno 689) venit Benedictus archiepisco-
,, pus mediolanensis Romam, et causam egit pro
,, ecclesia ticinensi: sed victus est, eo quod a
,, priscis temporibus ticinenses episcopi a romana
,, fuerant ecclesia consecrati. Fuit autem idem ve-
,, nerabilis Benedictus archiepiscopus vir egregiae
,, sanctitatis, de quo per universam Italiam bo-
,, nae opinionis fama flagravit. ,, Controversiae ticinensis, quae ad rem nostram non pertinet, copiosam expositionem fecit Luduvicus Muratorius S. Benedictus mediol.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

in anecdotis lat. T. I: qui contendit etiam, orationem illam Benedicti Romae habitam pro causa sua, quae legitur apud eundem Murator. loc. cit., et S. R. I. T. IV. p. 76., non tam huius archiepiscopi quam Landulphi historici, vel alius cuiuspiam esse existimandam. Utcumque ea res se habet, Benedictum Romae degentem scripsisse epitaphium Ceduvallae regis angli, qui paulo post susceptum baptismum obiit, testatur vel certa traditio, vel potius lapis, qui saeculo XV. effossus apud S. Petrum fuit, ut narrat Iohannes de Deis eiusdem aetatis homo in libello qui inscribitur *successores S. Barnabae.* Et is quidem lapis nuspiam, ut puto, Romae iam visitur; sed epitaphium ipsum iamdiu a Beda hist. II. lib. V. 7. et a Paulo diacono hist. long. VI. 15. recitatum fuerat. Hactenus igitur scripta Benedicti innotuerant, oratio Romae habita, et scriptum epitaphium. Verumtamen praedictus Iohannes de Deis Benedictum ait *nonnulla commentaria laude digna composuisse.* Reapse opusculum medicum, quod ego in duobus vaticanae bibliothecae codicibus observatum nunc divulgo, in uno quidem codice dicitur *commentarium*, in altero *libellus medicinalis.* De quo nihil iam dicam, nisi id opus iuvenile fuisse, quum adhuc Benedictus in diaconatu versaretur, et *in humanarum eruditionum scholis*, ut ait de-Deis, *inclytus clarusque esset*, atque inter suos discipulos Maurum numeraret, ad quem id poëmatium

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

scripsit. Ceteroquin hanc medicam lucubrationem, neque a Muratorio neque ab Argelato neque a Saxio, qui triumviri de Benedicto accuratius scripserunt, memoratam vidi; quia reapse in vaticanis tantummodo codicibus superfuisse videtur.

Carmina aevi carolini.

4. CARMINA sequuntur sub imperio Caroli magni scripta; et primum hibernici exsulis, cuius hominis vel notitiam vel nomen nondum reperi. Sed tamen constat, Hiberniam per illa tempora plurimorum eruditorum parentem fuisse, quod argumentum praeclare exornat in praefatione ad hibernicas epistolas magnus Usserius. Cetera quae subtexui carolini aevi minora carmina, etsi nec metri severitate nec lepore poëtico sese commendant (quis enim id iure expectet?) haud tamen contemnenda sunt propter rerum hominumque notitiam. Certe ego exemplum secutus sum gravissimorum eruditorum, puta Cointii, Sirmondi, ac Mabillonii, qui tot carmina eorumdem temporum in lucem extulerunt. Atque haec omnia unus mihi Reginae olim svecae, nunc vaticanus, codex suppeditavit. Alia vero sub carolingiis adhuc regibus ante decimum saeculum scripta carmina ex diversis codicibus valde antiquis sumpsi. Fuit enim aevum Carolingiorum poësi magnopere addictum: nam episcopi etiam ac monachi musis passim litabant; quos inter satis est appellare Theodulphum aurelianensem, Hincmarum remensem, Rabanum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

moguntinum, et eum de quo enucleatius dicturus sum Iohannem erigenam sive scotum.

Iohannes scotus.

5. IOHANNIS SCOTI, qui saeculi sui sapientissimus et fuit et audiit, carmina inedita ante hos annos in duobus vaticanae bibliothecae priscis codicibus nactus fueram, quae nunc florilegii mei praecipuam fere partem constituunt. De homine variisque eius lucubrationibus haud equidem illa repetam, quae a bibliographis anglis, praesertim vero a Galeo in praefatione ad Scoti libros de divisione naturae accurate dicta fuerunt. Scoti carmina nonnisi paucissima extabant, nempe 1. Carolo Calvo oblatio interpretationis operum Areopagitae, ab Usserio in ep. hibern. p. 40. edita. 2. Laudatio eiusdem Areopagitae ab Usserio p. 44. item edita. 3. Disticha duo in calce epistolae praeviae operi Scoti nostri de praedestinatione. 4. Postremo graeci aliquot versiculi, qui in praefatione ad Labbaei glossaria leguntur. Ego vero in codicibus vaticanis latina decem longiora carmina reperi, quae neque poëtico carent spiritu, et historicis notitiis theologicisque doctrinis satis abundant, sanis plerumque, sed tamen quandoque deerrantibus, veluti carm. IX. 27. ubi Eutychetis doctrinam sapit auctor. Haec quia lucem nondum aspexerant, a me nunc divulgari nemo cordatus non probabit. Aliud est quod eruditis lectoribus novum gratumque accidet. Praeter cognitam Areopagitae inter-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

pretationem, tomos quoque paraphrasticos Scoti nostri, id est commentarios in eundem Areopagitam Baleus atque Pitseus Anglorum bibliographi commemoraverant. Hos tomos Galeus loc. cit. in dubium revocavit, aitque se suspicari Iohannis potius scythopolitani παραθέσεις fuisse, Anastasio bibliothecario interprete, vel abbatis cuiusdam vercellensis paraphrasin. Sed vanam esse Galei suspicionem, demonstrat mihi codex alius vaticanus membraneus antiquus et integerrimus, cuius est titulus: *incipiunt expositiones Iohannis scoti super hierarchias S. Dionysii*. Is codex spissae scripturae in 4. paginis constat 116, complectiturque in Areopagitae caelestem hierarchiam absolutissimum et acutissimum commentarium, qui a me in maioribus tomis scriptorum veterum e vaticanis codicibus edendorum fortasse vulgabitur.

Poëma de Amphitryone.

6. Poëma de Amphitryone et Alcmena inter Theoduli eclogam illam notissimam, et Prudentii psychomachiam scribitur, in codice membraneo saec. XIV. exarato. Ego vero id carmen, quod editum nondum comperi, ad quemnam christianorum temporum versificum referam, prorsus ambigo: praesertim quia nihil vanius coniecturis esse solet: quare de poëtae nomine diutius non hariolabor. Ipsa quidem res satis elegans ac festiva est, ovidiano stilo decurrens, quamquam metri severitas, id est syllabarum quantitas, interdum negli-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

gitur aut pervertitur: quae libertas christianis poëtis familiaris est. Argumentum de Plauti fabula sumptum nemo non videt: ceteroquin poëta noster marte proprio omnia scribit, neque plautinis vestigiis insistit.

DE HISPERICIS FAMINIBUS.

Opusculi patria Scotia vel Hibernia.

1. Hoc inauditae latinitatis opusculum iamdiu mihi observatum fuerat in Reginae svecae codice vaticano saeculi X. vel XI, qui fuit olim senatoris galli Petavii: expectabam autem idoneam occasionem edendi eius, quam nunc grammaticus Virgilius obtulit, ad quem singularis latinitatis praeceptorem non incongruus comes hic accedit libellus: cuius auctorem gente scotum fuisse, dubitare vix licet, quia *scottigenae* vocabulum bis id indicat p. 488. 489. Scotum autem cum dicimus, hibernum aeque intelligere possumus; nam *Scotiae* appellationem tam Hiberniae, quam ei quae proprie nunc dicitur Scotia, communem olim fuisse exploratum est. Verumtamen dicet aliquis: cur homo scotus poëma suum *hisperica famina* appellat, quum Hesperiae vocabulo vel Italia significetur ab antiquis, vel Hispania? Equidem hanc dubitationem haud satis possum dissolvere: ceteroquin auctor non ad gustum ausonicum, sed hisperico sono loqui se ait §. 2.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Hispericum arripere tonui sceptrum ; ob hoc rudem stemico logum. Quod si ausonica me alligasset catena , sonoreus faminis per guttura popularet haustus. Et iterum §. 11. *non ausonica me subligat catena ; ob hoc scottigenum haud cripitundo eulogium.* Exclusa igitur Italia , superest ut de Hispania cogitemus : verumtamen considerato totius scripti tenore , hibernicus potius vel scotus auctor rursus apparet , articorhetoras laudans , marinis cursibus , venationibus , armentorum pastionibus , conviviis carneis salsamentisque deditus , quae *scottigeno* oleo illita dicit; ut mihi illud Hieronymi (1) in mentem veniat Iovinianum dicentis *Scotorum pultibus praegravatum.* Vel itaque vox *hisperica* valet *hibernica* ; vel res hibernica idcirco hisperica dicitur , quia Hibernia occidentalis orbi europaeo est : quamobrem Italiam Hesperiae nomine appellarunt Graeci ; vicissimque Itali Hispaniam Hesperiae vocabulo denotarunt. Sed eruditorum hac super re expecto iudicia.

2. Duodecim latinitatis genera ipse memorat auctor p. 483, inter quae duo vitiosissima videtur dicere , barbaricum scilicet , quo nomine intelligo celtica , francica , et borealia quaevis vocabula: alterum hispericum , quo ipse utitur ; idque genus *clarifero* ortum solo dicit ; qua laudativa appellatione quam regionem designet , utrum nempe Hispaniam Latinitas.

(1) Prolog. comment. in Hierem.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

an potius Scotiam, rursus dubito. Stilus autem operis tumidus, abnormis, exorbitans, obscurus ac saepe inextricabilis. Quare rursus recordor Hieronymi (1) qui de elocutione Ioviniani, cuius filium Pelagium scotigenam Orosius (2) dicit (etsi alii aliter hoc dictum interpretantur) ait: *scriptorum tanta barbaries est, et tantis vitiis spurcissimus sermo confusus, ut quid loquatur non potuerim intelligere: totus enim tumet, totus iacet.* Et infra: *quae sunt haec portenta verborum? quod descriptionis dedecus?* Sed quamquam hispericorum faminum lingua multo illa Ioviniani deterior est, ad dilatandam tamen latinitatis historiam, eiusque fata enarranda, longe utilior commodiorque erit.

Opusculi argumentum.

3. Materia vero opusculi talis est. Post tumidum exordium, in quo de sua eloquentia suo modo disserit auctor, et de gentis propriae ut videtur studiis, et de vario dialectorum genere; poëma quoddam prosaicum scribit, cuius primo in capite ordinem diei prolixe pandit, id est hominum opera a summo mane usque ad vesperam seram. In sequentibus historiam veluti naturalem tradit caeli, maris, ignis, ventorum; tum dicit de vestibus, arcula, pugillaribus, sacra aedicula, precatione ad Deum. Coronidem imponit operi descriptio venationis atque convivii, nec non certaminis adversus hostes latrunculos.

(1) Adv. Iovin. lib. I. initio.
(2) De lib. arbitr. ed. Lugd. Batav. p. 613.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

DE S. ALDHELMO
EPISCOPO ET GRAMMATICO.

S. Aldhelmi, doctissimi Anglorum magistri, qui septimo christiani aevi saeculo tamquam sidus eluxit, luculentum de grammatica ac metrica re tractatum, quum in antiquo vat. codice offendissem; dolui sane et clarissimi hominis et non contemnendi operis fatum: propterea quod in tanto typographicae artis motu, nondum publicae lucis usuram impetraverant. Quamquam igitur novarum rerum pondere premerer, nolui tamen praeclarum hunc sine respectu curaque libellum dimittere: quin protinus typis tradidi, ut ceteris voluminis mei de re grammatica auctoribus comes fieret. Praecedit amplissimus ad Acircium Anglorum regem, cuius noster iuvenilia studia rexit, prologus de septenarii virtute: quam idcirco Aldhelmus verbis tot exaggerare videtur, ut septem artium liberalium vim commendet. Profecto in hoc opusculo et grammaticalium praeceptorum sanitas plerumque elucet, et multa etiam profana eruditio, latinae denique elocutionis peculiare quoddam genus apparet. Et digna quidem Aldhelmi nostri latinitas erat, quam singulari studio illustrarem; praesertim quia permulta eius est novitas, ita ut mediocre glossarium

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

confici possit: et quidem in capitulo de ionico minore p. 569–570, notabilis admodum tractus est de confusae animalium vocis latinis vocabulis (1). Verumtamen hanc otiosioribus eruditis adornandam latinitatis anglicanae spartam relinquens, auctorum tantummodo ab Aldhelmo laudatorum syllabum scribam.

(1) In antiquo etiam codice palatino 253. p. 61. b. scribuntur hae animalium voces non sine aliqua ab aldhelmiano exemplari diversitate, v. gr. *anseres trinniunt, accipitres piplunt, anates tretissant, cicni dessitant, ciconiae gortolant, capri micciunt, canes baiulant, canis venatica nictit, catuli glatillant, equi hinniunt vel gurgulant, gallinae caccinant, hirundines trissitant vel trissant, meruli zinzilant, mustelae drindant, pulli perpitant, palumbes truncitant, pardi peliunt, serpentes sibilant, turdi faccillant, tigrides rancant.* Tum additur: *haec genera vocum non ad iocum pertinebunt, sed discretionis gratia prolata sunt.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

AUCTORES
APUD S. ALDHELMUM LAUDATI.

ALBINUS in libro de metris p. 524.
ALDHELMUS libro ·VI· de nomine p. 541.
AMBROSIUS mediolanensis in poëticis p. 536.
ANDREAS orator p. 521.
ANONYMUS p. 531. 542. 589. 593.
ARATOR p. 511. 520. 531. 538.
ARISTOTELES p. 516.
AUGUSTINUS p. 521. 590. 592.
CICERO p. 577. 590. 591.
ENNIUS p. 577.
EUSEBIUS in chronicis p. 529. 585.
GREGORIUS in dialogis p. 583.
HESIODUS p. 597.
HIERONYMUS p. 559.
HOMERUS p. 597.
ISIDORUS p. 520. 521.
IUDICUM liber poëticus p. 530. 543.
IULIUS AFRICANUS p. 510.
IULIUS SOLINUS p. 545. 555. 556. 592. 593.
IUNILIUS p. 521.
IUVENALIS p. 519, et saepe alibi.
IUVENCUS p. 525. 544. 576.
LACTANTIUS ad Demetrianum p. 591.
LUCANUS p. 529, et saepe alibi.
OROSIUS p. 555. 563.
OVIDIUS p. 557.
PAULINUS p. 534.
PAULUS persa p. 521.
PAULUS quaestor p. 519. 527. In gratiarum actione p. 528.
PERSIUS p. 519, et alibi.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

PHOCAS p. 520. 533. 583.
PLINIUS SECUNDUS p. 552. 561.
POETA 508. 514. 532. 534. 539. 546. 548. 574. 591.
PRISCIANUS p. 571. 598.
PROBA p. 579.
PROSPER p. 519. et saepe alibi. In aenigmatibus p. 533.
REGUM liber poëticus p. 520. 577.
SALLUSTIUS p. 577.
SEDULIUS p. 525. 529. 536. 549. 562. 571.
SENECA p. 588.
SIBYLLA p. 520. 532.
SYMPOSIUS p. 516. 531. 532.
VALERIUS grammaticus p. 538. 560.
VIRGILIUS epicus p. 513, et passim.
VIRGILIUS (grammaticus) in paedagogo p. 520. 546.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

DE OCTO PARTIBUS ORATIONIS

EX CODICE BIBLIOTHECAE REGIAE NEAPOLITANAE.

INCIPIT PRAEFATIO MARONIS.

VERGILIUS MARO IULIO GERMANO DIACONO SALUTEM.

1. In Graecorum legimus historiis vatem quemdam Tarquinium con (1) Persas extitisse, qui quicquid vaticinatus fuisset, tabellis et codicibus inprimebat, donec eventus ipse probaretur; quo completo, scripta prodebat: inter quae quoddam mirabile prophetavit arcanum, quod quia adhuc non videbat impletum, usque ad mortem nulli voluit ostendere. Verum paene ipso die, quo vitae finem fecit, unum ex suis vocavit discipulis, adsignans ei tabellam, et dicens: heu me heu me, o fili, quia haec scripta nondum impleta sunt! felix et beatus erit qui in illis vixerit temporibus, quibus haec completa erunt, quae in hac visione continen-

(1) *Con* significat *apud* in nostri grammatici latinitate, uti constabit inferius epist. VII. Videtur autem verbum latinitatis gallicanae, unde hodiernum *chez*. Certe noster grammaticus hominem gallum se infra non semel testatur. Verumtamen quid sentiendum sit de Tarquinii apud Persas nomine, et de tota hac, quae graeca dicitur, historia seu fabella, disputare vix ausim.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tur! Haec visio talis erat. Vidi, ait vates (a), immensum flumen de caelo fluens alto; et hoc flumen vinum erat. Alium quoque rivulum vidi e terrae manantem petris. Tum orto iubari solis, raptus est ille rivulus obviam flumini ab alto labenti, et collecti in unum fluvii vinum effecti sunt; et unum erat flumen et rivus implens tellurem, in quo innumeri agni et vituli ludebant, libentesque ex eo inhebriati epithalamium canebant; et eorum audita voce, caelum ac terra pariter laetata sunt.

2. Haec eadem vaticinatio in his nunc temporibus videtur esse completa, cum sole illo non temporali orto, sed vero et perhenni filio Dei, flumen illud vineum scripturae caelestis, cor hominis, hoc est totius humani generis, laetificans (b) omni influxit terrae: cui aquae rivulus, id est philosophiae, id est eloquentiola, quae et ipsa vinum effecta est, scripturae admixta caelesti: in quo flumine vituli et agni ludunt, iuvenes scilicet et pennati sensibus, ovantesque epithalamium, citharae ac si modulatu, congruenter apteque decantant; nuptiales scilicet sacratissimorum cantus conviviorum ponentes: quorum voce audita, caelum et terra, spiritales scilicet et carnales homines, gaudent et gratulantur.

3. Quorum unus, gratissime ac dilectissime frater Iuli diacone, scripturae divinae et caelestis doc-

(a) Cod. *vatis*. Est autem corruptissima grammatici huius in codice neapolitano scriptura, ut infra passim demonstrabitur. (b) Cod. *laetificantis*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

trinae iucundissimo inhebriatus vino, parvum quoque hunc rivulum philosophicae sapientiae intactum bibis; ut etiam eorum, qui ab initio fundati orbis philosophicis floruere eloquiis ac sensibus, non solum aequiperator (a), sed etiam praecessor extiteris. Unde perscrutatis perlectisque omnium philosophorum libris, omnes eorum controversias prudenti ingeniosoque (b) corde concoquens, obscurissimas et difficillimas quaestiones diligenti indagatas (c) examimine ad me velut (d) ad iudicem certissimumque limitum atque viarum indicem, multis epistolis (1) dirigere dignatus es: non quo ego omnium peritissimus sim, sed quo quasi ad sodalem tui, uniusque fidei consortem fiducialius habueris (e) de huiusmodi quaestionibus mira dirigere.

4. Inter haec maxima in tuo animo sedit causa, ut de octo (f) orationis partibus, in quibus plurimae quaestiones diviso (g) a plerisque modo et sentiuntur et leguntur, mea praecipua in explanando (h) fieret diligentia. Unde et ego, quia orationis partes octo sunt, octo quoque in uno licet epistolas volumine digerere (i) dispono: quod etiam in XV epistolarum *in* Africam missarum *volumine* ad Fabianum puerum meum peritissimum ac docilli-

(a) Cod. *aequiperatur*. (b) Cod. *ignoto*. (c) Cod. *indagatos*. Num pro *indagatus*? (d) Cod. *velud*. (e) Cod. *abueris*. Nisi forte placet legere *fiduciale ius habueris*. (f) Cod. *unito*. (g) Pro *diverso*. (h) Cod. *explanauda*. (i) Vel *dirigere*. Cod. *degere*.

(1) Notemus deperditas Iulii diaconi epistolas. Item alias infra nostri Vergilii, et alias Lapsii oratoris.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

mum, tunc gentilem, nunc autem fidelem baptismate purificatum, eodem scribendi more fecisse memini.

5. Quod *si* forsitan aliquis miretur, quod *in*solito more epistolarum, sermonem unius epistolae modo insimul dumtaxat missae, sub unius titulo libelli conposuerim; quisquis hoc facto movetur, meminerit Lapsii (a) purissimi oratoris, *qui* ·XVII· interpretationum epistolas, sub uno tempore, unoque stilo, ad unum (b) eundemque petitorem destinaverit: non quo ille petitor illam epistolarum numerositatem postulaverit, sed quo et levamen sui operis, et lecturorum commoditatem, depulso ut fieri solet inmotabilis (c) lectionis fastidio, adquisierit (d). Sicut namque hii, qui longa viarum spatia mensuri, iter suum quibusdam mansionum limitibus ac terminis levant, lassitudinem longi quodammodo itineris temperantes; et urbem vel locum, quo eundum sit, minore ut ita dixerim labore perpendunt; certi quod una die tanti temporis iter conficere non valebunt, nisi per callium lineas, et quosdam requietionum modos laboriosi itineris honus deposuerint: ita etiam hii, qui inmensum scribendi opus arripientes, et de pluribus rebus ac quaestionibus suum conposituri sermonem; *scientes* quod nisi (e) librorum frequentibus explicitorum finibus, sequentiumque initiis, laborem suum temperave-

(a) Num pro *Cassii*? (b) Cod. *et uno*. (c) Ita cod. heic et alibi. (d) Ita cod. pro *adquireret*. (e) Cod. *nonnisi*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rint ; et sibi ipsis in scribendo , et lectoribus fastidium sint in perscrutando generaturi; ut renovatior fiat (a) natura legentis vicissitudinibus librorum suorum , frequenter divisa intercapitant (b) opuscula; et legendorum de novo, velut alterius recentis operis , exordia verborum pro accendendis sensibus , comtius facundiusque conponunt.

6. *Existimavi igitur* has ogduales orationis (c) partes octenis me *recte* expositurum , tibique missurum (d) , carissime frater , ut tuis inremissis ad Dominum fundendis (e) orationibus iuves , ut non solum in opere praesenti, sermonis mihi tribuat opportunitatem ille qui prae cunctis hominem loqui animantibus rationabilem fecit; verum etiam in omnibus actis meis mensuram capessendae (f) veritatis , et fidei normam , qua credi et obsecrari debeat , clementer elargiatur . Quod tuis precibus , sanctissime Christi minister, me non dubito obtenturum : ut qui in una Christi militia tertium (1) ecclesiasticae dignitatis obtines gradum , in tribus divinae unitatem substantiae personis coaeternaliter subsistentem, ut misericordiam consequar aeternam mea pro infirmitate inpetrare (g) digneris. Vale. Gratia tecum.

EXPLICIT PROLOGUS.

(a) Cod. *sicut est* pro *fiat*. (b) Ita cod. (c) Cod. *orationum*. (d) Cod. *missurum tuum*. (e) Cod. *fundandis*. (f) Cod. *capissendae*. (g) Pro *exorare*.

(1) Summus scilicet gradus episcopatus est, secundus presbyteratus , tertius diaconatus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

INCIPIT PRIMA VERGILII EPISTOLA DE NOMINE.

1. Primam, frater carissime, de arte nominis expositionem, quae prima est, edicturo, tuis petitionibus satisfacere cupienti, videtur mihi per casus singillatim sermonem primitus esse faciendum de nominativo casu. Primus casus et rectus nominativus vocatur, qui in quibus syllabis finiatur, scire debes; dicentibus quibusdam in tres tantum syllabas nominativum casum finiri semper debere; quibusdam vero ex contrario in sex. Hanc quaestionem contradictorum inquisitio (a) repperiens, ad meam parvitatem tua sagacissima, quae in divinis voluminibus satis est approbata (1), voluit dirigere (b). Quid (c) igitur facturus sum, utrisque existentibus aemulis, utrique positus latere amico (2), inter eorum iurgia placere conpulsus?

2. Duae scholae sunt in tota Europa, in quibus heae (d) controversiae maxima feruntur ex parte, schola Terentii et schola Galbungi. Terentius asserit, tres tantum ut dixi syllabas esse, in quas nominativus casus finiendus sit, excepto comparativo gradu,

(a) Cod. *huic quaestioni contradictorum inquesitio.* (b) Cod. *degere.* (c) Cod. *quod.* (d) Ita cod. pro *hae*, ut alibi *hii* pro *hi*.

(1) Ergo Iulius diaconus in sacra biblia scripserat aliquid.

(2) Hinc videmur cognoscere coaetaneos Vergilii nostri grammaticos Terentium et Galbungum, qui mox appellantur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ubi ·or· syllaba quoties excipitur, tres hae syllabae consuetae sunt, ·us· a ·um· per tria genera antiquitus constitutae. Amplius his recipi omnino non posse affirmat. Et e contra Galbungus in sex syllabas nominativum casum finiri debere exhortatur ·us·a·um, ut doctus docta doctum : deinde in ·es· ut facies : deinde in ·as· ut voluntas : deinde in ·e· ut omne. *Cui* (a) nos ita credere oportet, ut non solum huic opinioni credamus, verum etiam *quod* in has easdem syllabas multa genera exeant ; sicut in ·us· duo genera masculinum et neutrum, ut mancus et pus (b). Sed graeca nomina omnem generum syllabarum regulam corruperunt.

3. Multi de nominativo casu multa scripsere ; sed hoc inter cetera maxime requisisti, cur masculinum et femininum et neutrum dicendi in usu habeamus. Quidam simpliciter dixerunt, quod masculinum hoc esse debuit, quod secundum habitudinem corporis ostenderetur, et ita femininum, ut vir et mulier, taurus et vacca, aries et ovis, canis et cata, et cetera animalia. Omnes vero res materiales, ut lapides et arbores et siqua sunt similia, neutralia dici debere censuerunt. Inde dicebant hic vir, et haec mulier, et hoc lapis, et hoc domus, et hoc manus. Moneo itaque te, o frater carissime, ut quamvis non hac nunc consuetudine scribendi

(a) Pro *cui* in cod. est *opinione*. (b) Cod. *impus*. Nisi quis id mavult ab *impos*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

utamur, tamen quia hoc aput veteres pro recto habeatur, siquid forte huiusmodi scriptum repperieris (a), licet non ad indubitatam auctoritatem refferendum (b) putes, tamen quia a veteribus usurpatum est, reprehendere omnino non debes (c). Verumtamen haec tria genera propter discretionem quandam a gnaris et prudentibus philosophiae artificibus apposita sunt, ut sub his nominibus generum discretus quidam ordo dictorum sententiarumque describi facilius possit.

4. Sed quia de nominativo casu dicere disposuimus, quaestio nobis ingeritur cur uni nomini nominativus singularis casus repperiatur duplex, cum per omnes casus una eademque sit declinatio, ut dicimus sepe sepis, et seps sepis, Cebes Cebetis, et Cebs Cebetis: item preces precis, prex precis, sedes sedis, et ses sedis, et cetera. Hoc maxime propter metrorum necessitatem, pedumque mensurandorum ac temporum positionem, accipitur. Hoc tamen sciendum, quod quoties dicatur sepes, lapidum ostendatur materia: cum autem scribatur seps, lignorum semper erit. Sic cum dicis preces, inpudica et procax erit et malae rei maxime postulatio: et prex ad bonam semper partem dirigetur. Sic sedes cum dicatur, simplicis et qualiscumque loci est, cui quis insideat: at ses, alterius conpositionis altiorisque loci ad sedendum pa-

(a) Ita cod. (b) Ita cod. cum duplici *f*. (c) Malim *debeas*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rati, quod graece dicitur thronus : unde et qui in eo sedet thors (a), id est rex, nominatur.

5. Sunt tamen quaedam nomina quae duas per omnia declinationes habere noscuntur, ut laetitia laetamen, calciamentum calciamen, examentum examen, stramentum stramen, firmamentum firmamen, species specimen, et cetera. Immo hoc addimus quod tres vel quattuor declinationes plerisque nominibus eveniant, sicut est laetitia, laetities, laetamen. Sed quaedam eorum discretionem habent, quaedam vero propter solam inventionem scribi dicuntur ; quod tamen a plerisque doctorum fieri omnino posse negatur, adfirmantium nullum penitus nomen aut verbum aut aliquam orationis partem, immo nullam paene syllabam aut litteram scribi non ratione plenam, vel quadam sui proprietate, potuisse. Nos denique cum dicimus laetitiam, iucunditatem animi significamus stabilem et quodammodo perennem: at laetitiem (b) si dicamus, subitam esse intellegimus: et laetamen gratiam cuiusdam additae gratulationis (c) iudicamus.

6. Est etiam vesper, vespere, vesperum, vespera. Hic casus nominativus quadruplex est ; cuius differentia haec erit, quod vesper quidem dicitur quotiescumque sol nubibus, aut luna ferruginibus, quacumque diei aut noctis hora obtegatur : et hoc neutrum, vesper vesperis vesperi vesper vespere.

(a) Ita cod. (b) Cod. iterum *laetitiam*. (c) Cod. *gratulationem*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

At nominativo vespere vocatur ab hora nona, sole discessum inchoante: sed hoc nomen declinationem nullam habet. Vesperum autem est cum sole occidente dies deficit: et sic declinatur vesperum vesperi vespero vesperum vespero. Vespera est, cum lucis oriente aurora nox finiatur: etenim sicut dies noctis successu vesperum, sic et nox die exorto vesperam habet: et sic declinatur, vespera vesperae vesperam vespera. Cavendum est tamen ne aut vesper, aut vesperum, aut vespera, pluralem numerum habere putentur. Unde miror quomodo quidam procacissime ausus sit dicere vesperes; et non solum pluralem numerum contra omnem ordinem rationemque confusibiliter adsumpsit, verum etiam genus ipsum corrupit, pro neutrali masculinum ponens. Sed huiusmodi viri nomen, quia nobilis est et satis clarus, et multis forte eius displiceat infamia, manifeste prodere nolo; praesertim cum hoc fassus sit, non solum audaciter sed et temerarie se dixisse, et faciem suam in sinum meum porrexerit. Sed de hoc viro satis sit dictum. Ceterum nominativo casu scribendo multi superflue et corrupte vel addunt multa vel minuunt, ut est brachium; cum hic ·h· scribi non debeat. Multi etiam dicunt fillius, pro eo quod sit filius: ut Maceronto (a) graecus discipulus, monens nondum integrum (b) discipulos, immo monere audens, et ut rectius di-

(a) Num *Macer* separandus est ab *onto*, idque postremum corrigendum? (b) Pro *integro*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

cam corrumpens, fillius inquit meus es tu. Et miror unde ·l· addidit in nominativo casu singulari, cum in plurali numero sicut decet scripserit, moneo vos filii mei. Dicunt etiam cerus pro cervus; et sic tamen declinant cervi cervo, et cetera: et tamen peregrinum, tamque barbarum est, ut unde allatum sit, intellegi non possit.

7. Nunc de genetivo casu. Omnis genetivus (a) casus in ·i· litteram terminatus, ductus est: aut enim longus aut brevis est: longus qui in ·i· duplicem desinit, ut bracii (b), filii, gobii: brevis qui in unam terminatur ·i·, ut docti, stili, domi. Licet nonnulli aestiment hunc casum quocumque in ·i· terminatur, debere longum fieri; nos naturam syllabarum et temporum in hoc opere non discernimus; sed simpliciter disserimus quomodo casus ipsi ponendi sunt. Non enim quia genetivus casus produci dicitur, idcirco per longitudinem temporum etiam phoni (c) extensionem *aestimamus* (d); nisi ubi vel ·i· duplicata fuerit, vel ·e· inspirata faciet (e). Nam genetivus in ·ae· diphthongon finitus, producit quidem naturas, sed nisi (f) ·e· duplicetur, sonum non extendit. Omnis genetivus casus, qui in ·is· aut in ·us· finit, breviare (g) semper debet; licet nonnulli putent omnem proclivem (h) casum,

(a) Cod. *generis*. (b) Ita cod. Nuper autem negavit auctor scribendum ·*h*· in hoc vocabulo. (c) Cod. *foni* superaddita glossa *vocis*. (d) Ita suppleo. (e) Ita cod. (f) *Nisi* pro *nonnisi*, quia paulo post ponitur *non*. (g) Ita cod. pro *breviari*. (h) Superponitur glossa *productum*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

genetivum non habere ; sed in hoc casu defectivum ; ut dicatur nominativo haec manus , dativo huic manu ; ita tamen ut genetivum pluralem non admittant.

8. Requisisti etiam cur in Galbungi schola addi solet in genetivo casu doctii (a), cum in nominativo sit doctus. Haec causa fuit. Mitterius quidam spaniensis (b) vir (cui ut vati credidimus ;) hic ut libuisset in versibus utrumque licere indubitabili (c) affirmatione testabatur , ut doctus doctius , sanctus sanctius , verus verius , perfectus perfectius : et ita in genetivo doctii , sanctii , verii , perfectii. Hic ergo senex (et valde senex) ad meam noctu venit domum ; quem cum gratantissime suscepissem , ait ad me : o fili , interroga me siquid cordi est , et ego boni vice hospitii refectabo (d) te. Et ego ad eum aio : habeo quod te interrogem : sunt quaedam consimilia quae discerni a me non possunt , quae alibi nomina , alibi pronomina , alibi adverbia ; quae tu ipse et propone , et absolve quae ego interrogare non arripio.

9. Tum ille velut quodam spiritu afflatus , prophetari inquit scio , fili mi , quae sit cordis tui quaestio : sunt enim nomina , quae et adverbia hisdem litteris esse manifestum est , ut una una , tria tria. Haec ergo discretio erit , ut quando nomen sit ,

(a) Cod. *docii*. (b) Ita cod. *spaniensis*. Sane in vetustis mss. saepe legitur *Spania* pro *Hispania*. (c) Cod. *indubitali*. Sed alibi *indubitabili* , et *indubitabilium*. (d) Ita cod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

prima syllaba producatur, novissima corripiatur. Sunt etiam pronomina et adverbia, quae litteris hisdem esse dicuntur, nisi sono discrepaverint, ut hic hiic. Sed si emendatius et melius scribere vis, adverbium per duo ·i· charaxabis (a), ut hiic. Sunt etiam quae verbis similia pronomina, ut ego ego, is is, quis quis, tui tui, tibi tibi. Sed si verbum sit ego, prima sillaba producetur; ut ego, quod est vivo.

10. Sed hoc indagandum inter haec tria verba similia quali discrimine discernenda sint, ago, ego, egeo. Cum ergo scribis ago, in praeterito tempore aegi, cum aspiratione diphthongi scribito: ego autem diphthongo careat, et sic declinetur ego egis, et praeterito tempore egi breviatum: sed si syllabam novissimam extenderis, omni errore carebis: sicut si in praedicto aegi primam syllabam produxeris, rectissime facis, praesertim cum diphthongum habeat. Cum scribas is verbum, semper produces, ut eo is; sicut a queo quis. At cum scribas pronomina litteris is eius, quis cuius, has monosyllabas semper corripito. Et cum scribis tui pronomen, priorem syllabam producere debes: cum autem imperativo modo activi verbi scripseris tui, sequentem syllabam produces. Est autem hoc verbum tuo, tuis, tuit; et est sensus, clare aspicio. At si de tutella (b) dixeris, tueor, tueris, secundae con-

(a) Nempe *scribes*. Semper tamen caret aspirata hoc verbum in nostro codice. (b) Ita cod. ut in aliis antiquis MSS. constanter.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

iugationis erit deponens verbum. Sic tibi, si scribis dativo casu pronominis (a), posteriorem syllabam acues (b): si vero imperativo modo activi illius verbi scripseris, quod est a tibio (c), priorem syllabam acuere debes. Tibio enim hunc sensum habet citharizo: tibia enim quoddam cantandi genus est.

11. Est etiam verbum et adverbium hisdem litteris charaxari solita, ut esto, ut esto esto: nam esto neutralis verbi, imperativo modo, tempore futuro est; cuius syllaba prior acui debet. Si vero adverbium fuerit esto (d), prima syllaba correpta, posterior necessario acuetur. Est autem sensus huius adverbii esto, hoc est recte; secundum illud Galbungi: " esto, inquit, vivunt, quia mundi ,, flaccidam luxuriam (e) contempnunt ,,; hoc est recte vivunt. Est etiam esto quod pro forsitan accipi solet. Et hinc (f) hic esto, pro forsitan (g) posuit. Sua, sua, sua, nomen et pronomen et verbum. Nomen sua est femininum, hoc est domus, in qua scholastici viri suabte ac suaviter scripta vel dicta conponunt. Est etiam verbum sua primae coniugationis activum, hoc est suade: secundum illud Ciceronis (1): suate (h), inquit, viri fratres, ut paci sint romanae. Hic Cicero inventuosissimus

(a) In cod. additur *finitus*. (b) Cod. *tibi* pro *acues*. (c) In margine *tibio tibis verbum*. (d) In marg. *esto adverbium, recte vel forsitan significat*. (e) Cod. *luxoriam in a*, fortasse pro *ita*. (f) Cod. *hinio*. (g) Num deest *fortasse?* (h) Ita cod. a *suo suate*, ut a *suadeo suadete*.

(1) Intelligo Ciceronem Sarricii filium, ut epist. II. 3, non illum πάνυ arpinatem.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

est in omni arte, ut in proverbium veniret apud omnes philosophiae auctores, non legit qui non legit Ciceronem. Sua ergo pronominis circumflexi utraque vocali producta scribito: sua autem verbi, ·a· tantum producta: at nominis sua, brevis utraque vocalis fiat, ita ut media ·u· per duarum vocalium synaloephen non modo corripiatur, verum etiam paene extinguatur. Sic de suo sentiendum est. Sed quia cum de genetivo casu dicere coeperimus, alio cursu et quasi in aliam regionem noster hic sermo devenit, ut sententia sententiam inpedire videretur, idcirco de genetivo casu paene satis sit dictum, ne longa dictio modum voluminis excedat.

12. Verum de genetivo plurali pauca dicamus. Omnis casus genetivus in ·ium· terminatus syllabam permultas regulas multasque causas habet. Enimvero praeter originalem illam quam trito omnes sermone et ore (a) elocuntur, id est cum ablativus casus singularis in ·i· finit; etiam ex aliis (b) ergis (1) genetivus in ·ium· pluralis finiri solet, cum vel in duas semivocales (c) nominativus fuerit terminatus, quae sunt ·ns· et ·rs·; et ablativus casus in ·e· desinuerit (d), ut mons, ars, sors, mors, prudens, sapiens, ingens; et ablativo monte, arte, sorte, morte, prudente, sapiente, ingente. Non ergo debet

(a) Cod. *onore*. (b) Cod. *sit ex alis*. (c) Cod. *vocales seminominativus*. (d) Ita cod.

(1) *Ergum* pro *causa* recurrit in epistola quinta.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

dici ablativo ab hac arti vel monti; licet et hoc quidam corruptissime dixerint. Et genetivo plurali sic dicendum, montium, artium, partium, mortium, prudentium, sapientium, ingentium. Tertia additur regula ob quam ablativus casus in ·e·, et genetivus casus in ·ium· finiatur, cum generis feminini nomen in ·e· correptam ablativo casu desinuerit; ut ab hac clade, ab hac civitate, ab hac urbe, ab hac fame, ab hac mole, ab hac quiete: et genetivum pluralem in ·ium· mittunt, ut cladium, civitatium, virtutium, urbium, famium, molium, quietium. Haec de genetivo.

13. Nunc dativus casus quid ostendat, ex eorum sequendum est regulis et verbis, qui de singulis artium rationibus lente (a) et assidue sicut didicerunt ita et tradiderunt. Dativus, inquiunt, casus vernaculatim verbum neutrale demonstrat: sed tamen non per omnia verba nec casus haec regula servanda est, si specialibus inventubus (b), consuetudinibus, rationibusque servit, ac si dicas placeo tibi, displiceo tibi, gaudeo tibi, et similia. Dativus casus in ·i· semper acui debet, excepto illo casu qui quattuor syllabis numeratur, ita dumtaxat ut in nominativo tres syllabae sint positae, ut potestas, civitas, pietas, claritas. Si autem dissyllabatus fuerit nominativus casus singularis, et utraque syllaba brevis fuerit, dativus casus posteriori acuetur syllaba, ut igni, pani, navi.

(a) Cod. *lege*. (b) Ita cod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Si vero syllaba nominativi casus prior acuta (a) fuerit, dativi casus posterior corripietur, ut cladi, fami. Si vero nominativus casus monosyllabae fuerit illius dumtaxat quae natura longa fuerit, illius prima syllaba in omni casu acuenda est; et reliquae syllabae corripiantur.

14. De dativo autem plurali et ablativo multi diversa sensere, maxime cum in ·is· syllabam terminatus fuerit. Etenim veteres nostri nos ita docuerunt, ut nullus ablativus casus in ·is· syllabam terminatus produceretur, excepto cum per duo ·i· scriptus esset, ut radiis, copiis, gaudiis, brachiis, gladiis, gobiis, et ceteris: at scholis, stolis, globis, modis, verbis, donis, populis, et ceteris, omnia huiusmodi verba ablativo semper corripi debere censebant. Ceterum novis scholis supervenientibus alia sententia supervenit. Dicunt enim nostri quod omnis dativus et ablativus casus pluralis in ·is· syllabam terminatus, longus semper natura sit. Quid ergo facturi sumus, et quid ponemus discriminis inter illum ablativum pluralem, qui per duo ·i· necessario productus est, et eum quem natura longa esse metrici affirmant? Hanc regulam ponamus, ut omnis dativus et ablativus casus pluralis, qui in ·is· syllabam terminatur, si in nominativo casu ante novissimam syllabam ·i· producta fuerit, ut filius, gladius, gobius, filia, gloria, sapientia, ablativus casus vel dativus pluralis duo

(a) Cod. *acuata*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

·i· semper habeat, et producte dicatur filiis, gladiis, gobiis, sapientiis, gloriis, brachiis, gaudiis, colludiis (a). Si vero nominativus casus ·i· ante novissimam syllabam non habuerit, et ablativus casus vel dativus in ·is· fuerit terminatus, non duobus ·i·, sed virgula tantum aut solo sono accentuque producemus hos plurales casus hoc modo, ut bracis, globis, calvis, machiris, machinis, donis, tabernaculis, et ceteris.

15. Nunc de accusativo casu (1). Videtur mihi accusativus casus inter ceteros aliquid habere cuiusdam praelativae firmitatis, sicut et inter ceteras verborum significationes activum verbum: unde et nonnulli veterum (b) accusativum casum verbo activo nonnisi de genere masculino sumi omnino debere statuebant. Cuius quaestionis solutio haec erit. Genus masculinum dicitur omne quod firmum est: unde et fortes feminae dicuntur *viragines* (c): unde Erithea Nini regis uxor suis cliventibus (d) dicebat, nolite me dicere feminam quia vir sum. Hoc

(a) Cod· *culludis* etiam in margine· (b) In codice additur *aestimabant*, quod est superfluum; quia sequitur paulo post *statuebant*. (c) Deest in cod· hoc vocabulum· (d) Num pro *clientibus?*

(1) Hunc fere in locum inserendum mihi videtur testimonium nostri Virgilii, quod recitat Gainfredus grammaticus ineditus in reginae svecae codice vaticano pervetere p· 9· sic. *Accusativus ab aliis activus vocatur; quia, Virgilio testante, a verbo accuso, id est ago, derivatur. Inde Cicero dicit " accusate quod rectum est „ hoc est agite. Item Terentius " quare non accusatis paenitentiam? „ hoc est agitis.* Hoc, inquam, testimonium ex codice neapolitano nescio quomodo excidisse videtur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

autem dicimus ut sciamus, quid sit accusativus de genere masculino. Hic accusativus casus est, qui non graecus sed latinus, non dubius sed fortis et stabilis: etenim graecus accusativus tam incertus est et tam obscurus, ut utrum sit accusativus an alius, nonnisi per verbum agens facile possit agnosci: unde et multi nostrorum pro explanandis casuum declinationibus latinam regulam in graecis extorquere (a) voluerint. Regula autem accusativi casus latini haec erit, ut quotiescumque in ·m· fuerit terminatus (propter illum accusativum quem saepe et trito diximus sermone, id est illius nominis quod productum est) (b) et monsyllabus sit, ut spes spei spem, res rei rem, et cetera (exceptis inquam ·is·) necessario brevietur: ac in ·os· finitus, excepto si ·i· ante habuerit, producatur.

16. Sed quia tam multi non modo de accusativo casu, sed de omnibus casibus in metrorum demensione tractarunt, ego ad finem huiusce tendens epistolae, quaestionem quam nonnulli non facilem (c) praeterierint, ut difficilem atque obscuram eventilare utcumque conabor. Miror ergo quomodo caelum nunc in scholis Latinorum neutraliter singulari numero declinetur, et in plurali masculino; cum hoc veteres nec habuerint in usu nec omnino audierint: nulla enim ratione defendi po-

(a) Ita cod. (b) Additur in cod. *abuerit*, id est *habuerit*. Atqui totus hic locus vel mendosus de more, vel perobscurus est. (c) Num potius *nonnulli facile praeterierint*?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

test, quod sola tantum consuetudine obtentum est: sed hic mos modo in toto paene terrarum orbe valet, ut relictis rationibus veritatis, sola consuetudo pro vero teneatur. Sed ne longum faciam (a) sermonis fundamentum, caelum aput veteres neutraliter nubium globum significat, qui solem lunam stellasque caelare solet, et habet in plurali numero caela, Sufphonia hebraeo scribente: " tenebrosa caelant caela, caeli claraque consurgunt sidera ,,. Caeli autem summi habebunt in singulari nominativo caelus masculino genere; sicut et noster Cicero (1) canit: " caelus ille elevatus visu carnalium caret ,,. Qui caelus, quia a celsitudine derivatur, aspiratione dignus erit: at caelum quod de caelando ducitur, diphthongicam habere non poterit dignitatem (b). Omne ergo nomen uno semper genere patietur, et numquam in aliud ex alio transibit. Denique et in hoc errant, quod sibilus sibila, tartarus tartara dici duplici, et ut ita dicam dubio, posse genere nostrorum plurimi arbitrantur. Nam sibilus aëris (c) erit vel serpentis vel foliorum, et habet in plurali numero sibili sibilorum, et reliquos omnes casus. At sibilum neutraliter hominis dicendum est, quod trifario solummodo casu contentum est, ut sibilum sibila sibila, reliquis numquam in usu habitis. Sic etiam

(a) Cod. *facies*. (b) Ergone scribendum *celum* et *celando*? (c) Cod. *roris* pro *aëris*.

(1) Nempe Sarricii filius.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

cum dicitur tartarus, omnis locus generaliter fragosus ac difficilis aditu, masculino genere pluraliter dicetur tartari, et reliqui solito more casus: tartarum autem neutrale, quod solius inferni est, in plurali numero habet tartara tartara tartara, reliquis nondum receptis. Sed hoc fine cludenda (a) epistola est.

EXPLICIT PRIMA DE NOMINE.

INCIPIT SECUNDA DE PRONOMINE.

1. Nisi forsitan nostrum opus claudicare putaretur, si non etiam pronomini sua epistola fuisset reddita, et tibi desiderii tui aliqua portio subtrahi videretur, velim quidem de pronomine magis conticescere quam aliquid dicere; praesertim cum tam multi de hac orationis parte multa et clara vel opuscula propria vel ceterorum operum loca haec eadem occupata descripserint; sed et ego ipse in epitomis ter quinis numero (1), proprium pronomini

(a) Cod. *cuidenda*.

(1) Ergo hoc diversum fuit opus ab illo epitomarum nostri Vergilii, quod nos edimus. Namque editum a nobis in quinque tantum libellos tribuitur; neque ibi peculiare pronomini opusculum tribuitur; neque demum hae octo epistolae libris quindecim breviandae fuerunt.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

indixerim opusculum. Verumtamen ne in illud Glengi incidam (a), quod cuidam conflictum fugienti dicere fidenter ausus est " Gungo, inquit, fugax fabulo (b) dignus est ,, pauca tibi tuo negotio (c) necessaria de pronomine profabulabor.

2. Primum in ordine pronomen finitum est ego. Sunt multi qui innumeras ventilant quaestiones inscrutando quomodo et qua ratione tam dissimilibus litteris idem pronomen compositum sit, ut dicatur ego mei: quod pleri (d) iurgium ita docte sedare volebant, ut affirmarent, ego inter monoptota debere semper adscribi, ut in omni numero genere et casu ego singulariter diceretur. Terentius ego inter defectiva credidit iudicandum, ut scilicet excepto solo nominativo nullum casum haberet. Utrique tamen concordi hortamine definitoque edicto dicebant, pro ego, mius accipiendum esse, et sic declinandum mius, mei vel mis, mihi, meo, a me. Quibus Galbungi auditores e diverso resistentes dicebant: si ita est, cur non etiam plurali numero literarum servatur ordo, sed sic declinatur nos nostrum? Alioquin multa admodum sunt vocabula, *quae* quemcumque litterarum ordinem servent, sensu tamen sententiaque convenientia esse non dubitantur. Simili ergo modo defendendum est, hoc pronomen trine videri declinandum sicut plurimi receperunt, ego mei *mihi*; et pluraliter nos nostrum *nobis*.

(a) Cod. *incedam*. (b) Ita cod. (c) Cod. *tui negotii*. (d) Ita cod. pro *plerique*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

3. Quam quaestionem cum ad meum Aeneam rettulissem, ac diuturna diei parte (a) de hac eadem multa volverimus, ad extremum ita intulit, quod secundum Galbungi ita suorumque sententiam meus mei mihi rectissime scribitur. Verum ·ego· sicut nequam et cetera declinamenta, per omnes casus unam tantum habere declinationem, multa auctorum lectione indubitabilium credere conpellimur, Servilio scribente: " agrum ego rapuerunt ,,. Hoc est dicere, mei agrum rapuerunt. Et iterum Galbungus quidam veteranus in Italiae (b) partibus constitutus, in clausula cuiusdam sui operis sic fatur: num ego debitam, fili, fraudabis mercedem ,, ? Ego pro mihi posuit. Vergilius quoque asianus in quarto dispositionum (c) in genesin hominis libro sic infit: " quis ego condidit, ut sic essem ,, ? Hoc dicit, quis me condidit? Sarbon quoque pater Glengi in Rigadis (1) reginae cantico: " digna ab ego laudari carmento mirabili ,,. Hoc est a me. Et ne pluralem quis ·ego· habere videatur negare, exempla passim inventa ponemus. Latomius condiscens meus in quodam quereloso carmine sic fatus est: " ego quid simus acturi, quibus agri sunt direpti? ,, Ego hic pro nos positum

(a) Cod. *gande*. Sed nec *parte* satis placet. (b) Cod. *Indiae*. (c) Ita cod.

(1) Videtur intelligenda *Radegundis* aut *Rigunthis*, quae utraque regina sexto in saeculo vixit. Confer Duchesnium script. Franc. T. I.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

est. Fassica quoque femina tam sapiens et tam scholastica, ut nomen eius quamdiu orbis erit certissima laude (a) celebretur, hoc inter cetera usa est exemplo: " patres ego tradiderunt omnia quibus utimur instrumenta. ,, Hoc dicere mihi videtur, nobis tradiderunt patres. Sarricius Ciceronis pater, "quid, inquit, ego vita carpitur ,, ? Hoc est dicere nostrum, vel nostri vita. Sed de his satis ista sufficiant: nam et de ceteris eadem possunt intellegi.

4. Verum Galbungus et Terentius quatuordecim diebus totidemque noctibus in contentione mansisse refferuntur tali, utrum ego vocativum casum haberet: habere autem (b) ex omnibus doctorum veterum traditionibus approbavere. Terentius renuebat vocativum casum ego habere, quia casus vocativus secundae semper personae adiungi debet, ego autem ad primam personam semper pertinebit. Galbungus etiam huic pronomini vocativum casum accidere posse adfirmavit, in eo praecipue loco, ubi sub interrogationis modo verbum primae personae haberetur, ut si dicas o egone recte feci vel dixi? Sed hic vocativus, id est ego, absque o et ne adiuncto circumposito subsistere non potest. Haec cum ad Aeneam quaestio per internuntium refferretur, ita eam verissime eventilavit, ut quia ego primae personae nomen est, et verbum

(a) Cod. *in diem quo orbis erit certe sine cludus celebretur.*
(b) Cod. *autem habere et.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

primae personae imperativum modum non habet, cui accusativus casus semper annectitur, tunc tantummodo hoc pronomen vocativum casum retineret, cum sub interrogationis modo diceretur, o egone recte feci: vel contendentium partibus (a) *usu*venire potest, ut nos o a nobis: praesertim cum imperativus modus etiam primae personae plurali numero flecti soleat: cum enim dicis nos dicamus, nos hoc loco vocativus casus esse potest, licet et nominativus esse non negetur. Sed de hoc pronomine satis sit dictum.

5. Hoc tamen pronomen expositiones duas recipit, vel cum ipsum illud duplicatur, ut ego ego: vel cum met syllabam recipiet, ut egomet: sic tute, tumet, sese, semet. Est et quaedam quaestio in pronominibus difficilis, et solutionis satis indiga: nam cum dicimus meus tuus suus, et in plurali numero noster vester, quaeritur quam tertiam personam huc ponere debeamus. Negant quidam tertiam personam in hoc loco sumi penitus oportere. Nonnulli pro quodam solatio scribentium ac legentium tertiam personam illam, pro qua pluralem posueramus, id est suus, communem esse definiunt, ut dicant sic, meus tuus suus, noster vester suus: quibus nec credere nec omnino discredere licenter audemus: maxime cum nullam rationem hoc loco inveniant, qua servent tertiam personam, nec praesumi irreprehensibiliter possit vel debeat.

(a) Lectio incerta in codice.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

6. Est pronomen, de quo dubitatio magna habetur, utrum finitum an infinitum sit, ut iste. Nonnulli etenim infinitum esse cum quadam defensionis suae auctoritate hortantur, ut ego iste, tu iste, ille iste; quod tamen in nostris lectionibus non tam prompte nec parate in usu habitum repperimus: uno etenim tantummodo in loco hoc legi, cum Cato (1) dixerit " ego iste qui locutus sum: ,, quod utrum recte an secus posuerit, non est iudicii mei decernere aut definire: cum tam multa sit et copiosa latinitatis totius regio, et ut ita dicam pelagus immensum (2), ut discerni omnino diversitates ipsius et multae (a) adinventiones et incognitae, ut putantur, a nemine ad liquidum possint.

7. Sunt qui putant pronomen alius (b) genetivum casum habere, quod putative potius quam rationabiliter usurpatum credendum est. Nonnulli enim ita declinandum rentur hoc pronomen, alius alius ali. Multi etiam ita declinant, alius ali alio. Nonnulli commentabantur alius alis sive alionis. Sed haec omnia ex nulla certa auctoritate poterunt adprobari: neque enim Ciceronis, Donis, Catonis, Vergilii asiani aut illius troiani, aut Galbungi, vel

(a) Cod. *nolle* pro *multae*. (b) Cod. *pronominalium*.

(1) Catonem intelligo iuniorem aliquem.

(2) Praestat audire magni Ciceronis de copia latinae linguae memorabile permirumque iudicium de fin. I. 3: *ita sentio et saepe disserui latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putant, sed locupletiorem etiam esse quam graecam.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Terentii, aut alicuius ceterorum, qui de artibus multa opera fecerunt, compte et pulcherrime scripserunt, dicta depromere ad (a) firmandum hunc casum valebunt. De hoc ergo pronomine ista sententia servanda est quod genetivum casum habere non poterit.

8. Sunt pronomina de quibus ambigitur utrum pronomina an adverbia intellegi debeant, ut eccum ellum (1). Sunt pronomina quibus declinatio affectativa vel commutativa asseritur, ut cuius, cui, cuio. Sic et cuia cuiae, et cuium cui (2). Sed haec declinatio non ad auctoritatem refferenda est. Est etiam pronomen secundum utrumque numerum per quattuor casus declinandum, duos scilicet nominativos singularem et pluralem, duos aeque accusativos: ut nostras nostrates, cuias cuiates (3). Sed ut haec eadem veracia esse exemplis

(a) Cod. *et ad*.

(1) Gainfredus grammaticus in cod. vat. p. 12. *Sunt quaedam pronomina monoptota, ut eccum, ellum, mecum, tecum. Virgilius tamen quinque casus habere dicit.* Num id testimonium excidit e codice neapolitano? An potius petitur ex epitomis ter quinis?

(2) Gainfredus grammaticus in codice vaticano p. 13. sic. *Virgilius dicit quod tribus tantum flectuntur casibus, ut cuius cui cuio, cuia cuiae cuiae, cuium cui cuio.* Sic ergo reformare licet neapolitanum Virgilii textum.

(3) Gainfredus grammaticus in codice vaticano p. 13. sic. *Paperitius* (an potius *Gabritius*?) *ait: cuiatia sunt ista mancipia? respondemus nostratia. Sed Virgilius dicit quod cuias et nostras, excepto nominativo* (adde et *accusativo*) *utriusque numeri, reliquos non habent casus, ut cuias et nostra. Et pluraliter cuiates nostrates.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

approbemus, Donatus in quodam carmine ita composuit dicens: " nostras omnis familia, nostrates quoque pecora evadant imminentia hostilium pericula ,,. Gabritius quoque " nostrates, inquit, salutate fratres; quia (a) et nostrates vos undique salutant ,,. Terentius quoque in quarto dispositionum grammaticarum libro tale prohoemium edidit: " cuias gens, et cuiates populi litteris tam prompte dediti (b), quam Tusci, quorum natura fertur ab infantiae annis sapientiae studere soli, et nihil aliud amare quam semper philosophare? ,,

9. Sunt pronomina quae prompta et cognita esse videntur, sed in aliis casibus deficere putantur, ut solus, totus, alter alterius. Sed si quis se omnibus latinitatis lectionibus intendat, manifeste inveniet omnes casus horum pronominum sic declinari, ut solus solius soli solum a solo: et pluraliter soli solorum solis solos a solis. Quamquam nonnulli genetivum casum pluralis numeri in pronominibus non recipiant, solorum totorum alterorum (1); verumtamen legere me nec raro nec in incertis auctoribus memini, hos casus trite et plane decli-

(a) Cod. *quid*. (b) Ced. *deditis*.

(1) Gainfredus grammaticus in codice vaticano p. 13. sic. *Solus et totus numero plurali, Virgilio testante, deficiunt. Sed in Quintiliano solorum et totorum invenitur. Ait enim ita: solorum industriorum quis narrabit bella virorum? Item: qui erat, inquit, computarius dierum et totorum mensium.* Differt tamen aliquantum Gainfredus a codice neap.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

natos: sicuti in Quintiliano (a) legi, qui erat computarius dierum et mensium (b) et lunae et solis " totorum, inquit mensium, quibus in sese reciproca successione revolvitur annus, supputatio perdifficilis est, et intellectu egens (c) diligenti ,,. Et infra " solorum, inquit, industriorum virorum bella quis narrabit? ,,

10. Sunt etiam qui " plures ,, aestimant in pronominibus accipiendos (d), quorum opinioni nec multum defidimus, nec nimium faverem. Sed quae incidit (e) quaestionem prout potuerim explicare temptabimus. Multi " pluribus ,, singularem numerum negant inveniri posse, sed sic declinari plures plurium pluribus: requirendum siquidem (f) est, si haec pronomina sint, quare comparationis gradus a multis recipere dicuntur, cum pronomen comparationem habere non possit (g)? maxime cum plures a quibusdam scribantur (h), quod comparativo gradu dicendum est. Unde manifestum est haec nomina magis adiectiva esse quam pronomina: praesertim cum etiam superlativum gradum habere dicantur, ut plurimi. Sed numerus singularis in his nominibus non facile invenitur, nisi in neutrali genere: dicitur enim plus: praeter quod nominativo casu dictum, singularis numeri flexio deficit. Quidam

(a) Cod. *Quintiniano*. Sed corrigitur a Gainfredo. (b) Cod. *mensuum*. Sed mox *mensium*. Ceteroqui *mensuum* haud raro vidi in antiquis mss. (c) Cod. *agens*. (d) Ita cod., non *accipiendum*. (e) Cod. *incedit*. (f) Cod. *si quae*. (g) Cod. *potest*. (h) Ita cod., non *scribatur*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

dicunt plus ad tria genera pertinere, quod non mihi videtur esse usitatum.

11. De pronomine quidem satis fuisse existimarem; nisi quia plures ex nobis quaestiones volunt iactare, quid inter illice, istice, qualiter articula (a) a pronominibus distant, quare ipsa articula sic vocantur. Ille, inferunt famosi intellectus, sive in bonam sive in contrariam accipitur partem: sicuti Aeneas rhetor, et grammaticorum poëtarumque peritissimus doctor, Aeneam Troiae bellatorem elucidans " felix, inquit ille Aeneas, qui decies victor Troia fugit incensa, Italiam (b) pergens, quinque continuis proelians annis, vitam bellando feliciter finivit ,,. In malam etiam partem quod " ille ,, accipiatur, manifestum est ex ipsis hisce cuiusdam Africani sermonibus, quibus vituperat Donatum quemdam avarum virum " quid faciet, inquit, ille Donatus avarus in propriis, cupidus in alienis, fur vorax? Hiic (c), quod subostendit (1), licet alienum a re, volumus edocere inter cupidum et avarum quid intersit: cupidus namque est qui cupit semper augere; avarus autem qui congregata retentans nulli largitur. " Iste ,, cuiuscumque communis, ac vilioris licet, habetur personae.

12. De articulis autem nonnullorum diversa sen-

(a) Ita cod. etiam infra. (b) Cod. *Indiam*. (c) Cod. *huic*, quomodo superius scripsit adverbium loci.

(1) Nempe *Africanus*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tentia est : tradunt enim quidam ob id articula iudicari , quia cum ipsis nominibus una flectuntur , ut hic homo , huius hominis. Quod si ita est , eligant utrum omnia pronomina articula vocent, quia in declinatione cuncta nominibus ipsis adhaerere possunt ; an vero nullum ex articulis, excepto hic, in articulum recipiatur , quia cetera possunt semotim declinari : praesertim cum et hic separatim saepe auscultemus , itemque (a) hic , is , quis , que , tu , se ; licet se nominativum casum (b) careat : unde et mihi verius videtur , quod nostri adserunt , omne pronomen monosyllabum , articulum dici , quod maxime Cicero adsentitur. Articulum manifeste diminutivum est de ante unde : et multis videtur tunc articulum dici , quando monosyllabum fuerit, ut hic quis is ; et hoc figurae simplicis : cum autem compositum fuerit, *pronomen* , ut quisque , idem , hicce. Haec de articulis.

13. Pro dolor! Sane et commiseratione dignum est , quod multi haec articula secundum ordinem corrupere : nam quae subiunctiva esse debuerunt , praepositiva fecere : et e contrario quae praeponi oportuerat , inlegitime postponuntur ; secundum Gallienum in quadam epistola scribentem " sciat hic in sese vindicatum ,,. Debuit dicere " hic sciat ,,. Rectius (1) quoque pravissime scribens ita

(a) Cod. *istarum*? (b) *Carere* cum accusativo legitur etiam apud Frontonem ed. rom. p. 306.

(1) Num *Rheticius*? quem scriptorem commemorat Hieronymus inter ecclesiasticos gallicanos cap. 82.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

affatus est " is erat vir valde bonus et maxime prudens ,,. Oportuit eum, si cerebri sui compos fuisset, ita componere " erat is valde bonus vir ,,. Hoc in pronominibus fecere, quod etiam in copulativis contrario modo saepe posuerunt, quorum ordinem corrumpentes, " que ,, copulativam coniunctionem praeponentes, " et ,, ordine postposuerunt : sicut quidam gallus noster baptizatus contra gentes agens " adorant, inquit, quidam solemque lunam ,, cum debuisset dicere, adorant solem lunamque. Terentius quoque Terentii filius contraria vice posuit " viri mulieres et ,, debuit enim manifeste dicere, viri et mulieres.

14. Multa habui huiusmodi quae disserere possim, nisi quod perlongum est omnia perscrutari. Sicut enim quis viatorum via proposita gradiens, si alia semita declinare voluerit, in non parvas itineris sui incurrit moras, praecipue si festinare proposuerit, ita et qui se scribendi officio dederunt (a), si operis arrepti viam ingressi, alia interim scripta proferant, multam in opere suo comperendinationem necesse habebunt incidere (b) ; in tantum ut multis interiectionibus occupati, quam potissime viam gradiantur, a nonnullis incipiat ignorari. Unde et lectoribus multis nasci videam fastidium, dum longis scribendi circuitibus fatigati, coepti sensus iter

(a) Cod. *sedebunt*. (b) *Incidere* cum accusativo sine praep. *in* etiam apud Ciceronis interpretem a me editum ad or. in Vatin. IX. 3. ed. rom. p. 176. Immo et Symmachus epist. lib. II. 22 : *praestat macerari otio civitatis, quam pericula ruris incidere.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tandem inveniant. Rectissime etenim pedum nomine hominum animi vocantur, qui per campos meditationum sapientiae, silvas quoque difficillimarum quaestionum iter agentes, festinatione semper immoderata in tantum ut lucescant die noctuque utuntur; tanto desiderio accensi sensum, qui latet vel qui differtur, cito invenire desiderant.

15. Sunt etiam pronomina, quae nonnullis adiecta esse creduntur, ut talis legatur et qualis (a); quae primae positionis nomina pronominibus non accidunt, ex eo quod adiectorum nominum modo declinantur, ut talis talis, qualis qualis; quae consuetudo pronominibus accidere non solet: declinandi etenim genetivus casus pronominum multorum in ·ius· syllabam terminatur, et nullius in ·is· Denique qui pronominum artem scribunt, hac dubitatione sermonis fiduciam praepediente, genera inquientes pronominum quot sunt? eadem fere sicut et nominum? non audent fidenter dicere, genera pronominum eadem esse fere ac nominum, cum a plerisque doctoribus audiant commune duobus pronomen generibus legitime non habere: hac causa eisdem adstipulante, quod ex iis praedictis nominibus, quae sunt talis qualis, adverbia nasci evidenter soleant, ut taliter qualiter. Licet enim ex pronominibus adverbia venire dicantur, ut meatim tuatim suatim nostratim vestratim, tamen nisi adiectis nominibus adverbia inter syllabam latine exire rite pos-

(a) Cod. *talitas*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

se negantur. Est et alia causa, qua haec nomina adiecta potius quam praenomina censeantur, quia neutrale nomen in ·e· habent, ut tale quale. De hiis pronominibus vel nominibus talia dicta sint.

16. Alia sunt pronomina, quae geminata vocantur, ut quisque quaequa quodquid: unde et in ablativo casu habemus a quo vel a qui, a qua vel a qui, a quibus vel a quis. Aliquibus tamen visum est "qui,, alia declinatione potiri, ut tribus tamen vicibus flecteretur nominativo utriusque numeri, et ablativo totidem utriusque numeri. Nonnulli contendunt "qui,, omni generi quoaptari (a) posse; quippe cum in ablativo dicamus a qui viro, a qui muliere, a qui opere: sive horum sententia stare debet, "qui,, per omnem numerum omnemque casum monoptota quadam declinatione fruetur: ut qui vir, qui viri, qui viro, qui virum; qui mulier, qui mulieris, et qui mulieres, qui mulierum; qui nomen, qui nominis, qui nomina, qui nominum, et cetera huiusmodi. Quidam separatim utrumque pronomen flectere conantur, et sic habent: quis, quuius, quui, quem, a quo; qui, quorum, quibus, quos, a quibus. Alia vice qui, quius, quuium, a qui, et cetera. In plurali numero duo ·i· ponuntur, ut qui quium, quiis, quios, a quis. Sic et quae, cuius, cui (qui duo casus per ·c· propter discretionem harum declinationum non secus ponuntur) quam, a qua: et pluraliter quae, quarum,

(a) Ita cod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quibus , quas , a quibus. Altera vice quia et in genere per duo ·ee· quaeae , quaeea , quaeeam , a quaeea vel a qui , quaeae , quaeearum , quis , quaeeas , a quiis : et neutraliter quod , quuius , quui , quod , a quo , quae , quorum , quibus , quae , a quibus. Altera vice quia et in genere per duo ·ee· quaeae , quaeea , quaeeam , a quaeea et a qui , quaeae , quaeearum , quis quaeas , a quiis : et neutraliter quod , quius , quii , quid , a qui: et pluraliter quaeae , quaeeorum et quium , ut melius videtur , quis , quaeae , quibus , a quibus. (1)

Haec tibi , diacone sanctissime , de pronominis ratione breviter dicta , opportunum sibi petunt finem.

EXPLICIT SECUNDA DE PRONOMINE.

(1) Apud Gainfredum grammaticum in cod. vat. p. 12. testimonium lego quod ad hanc de pronomine epistolam pertinere videtur ; nisi potius ex epitomis ter quinis est. *Sciendum est quod , testante Virgilio , sunt quaedam pronomina omnis generis et unius personae , ut ego et tu. Sunt e diverso unius generis et omnis personae , ut ipse et qui. Dicis enim , ego ipse qui dico , tu ipse qui dicis , ille ipse qui dicit , nos ipsi qui dicimus , et reliqua.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

INCIPIT TERTIA DE VERBO.

1. Ante quam ad verbi explanationem manum mittimus, super qua re in epitomis pridem brevellas licet, tutas (a) tamen, addidimus *regulas*, respondendum reor hiis qui nos profano et canino ore adlatrant ac lacerant, dicentes nos in omnibus artibus contradicos videri nobis invicem, cum id quod alius adfirmat, alius destruere videatur; nescientes quod latinitas tanta sit et tam profunda, ut multis modis ac fanisfaris (b) sensibus explicare necesse sit. Quis enim latinitatem sensatus putet tam angustam haberi tamque artatam, ut unumquodque verbum uno tantum fario unoque sensu contentum esse videatur? praesertim cum latinitatis ipsius genera duodecim numero habeantur, et unumquodque genus multas in se complectatur artes.

2. Unusquisque igitur legentium, sanoque scrutantium sensu (si tamen livoris nullo torquetur morbo; nihil enim livens sanum sentire potest, qui dum aliis invideat, semet ipsum aperto quidem veritatis lumine fraudat) omnis quidem lector subtili studens animo multimodis (c) latini sermonis vias intentare, consideret in primis ipsius orationis vim atque naturam; si tamen pro subtilitate atque ha-

(a) Cod. *tuum*. (b) Ita cod. Et quidem paulo post legemus *fario*. (c) Ita quasi adverbialiter codex. Num pro *multimodas*?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

bundantia considerari a quoquam recte queat. Deinde multas esse sciat causas, ob quas singulorum immutatio verborum fieri soleat : nunc enim necessitatibus, nunc discretionibus personarum, nunc metrorum conpositionibus, nunc eloquutionum ornatibus, omnis oratio serviat necesse est. Siquis ergo haec e medio tollere potuerit, quod tamen fieri omnino non potest, hic valebit in omni latinitate unam eandemque viam consuetudinem ac sententiam semper astruere servandam. Sicut enim via quidem regia et publica una est, quae ad metropolitanam ducat urbem, multas tamen ex se procedentes habet semitulas, quae quidem ipsae ad eandem perveniunt urbem (nam si quolibet unum iter ingressi fuerint, et unus eorum per latam et publicam viam pergere destinaverit, alter vero semitula quasi compendiosiore gradi maluerit, nihilominus tamen in eandem urbem conveniunt) ita etiam de qua tractamus latinitas, una quidem lingua in proprietate sua consistit, multas tamen immo paene innumerabiles sententias et orationes habet, quibus diverso quidem sermonis tramite, unius tamen linguae veritas adprobatur.

3. Haec autem ideo diximus, quia cum omnes orationis partes, nonnullas aput plerosque dissonantias habeant, multo tamen est maior in verbo difficillimarum quaestionum silva, ac dissonantiarum devia inveniuntur. Unde et multa super verbi explanatione concilia aput Romanos habita esse compe-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rimus, quibus multi et famosissimi praefuere viri, Iulianum dico, et Terentium, Galbungum, et Glengum, et duos Gregorios, Regulum, et rheginum (a) Cornelium (1), virum satis eloquentem, graecae et hebraicae linguae promptissimum interpretem; cuius in latino sermone fulgor ingenii tantus erat, ut nihil obscurum relinquere videatur: qui me quoque et duos filios Iuliani, Donatum grammaticum, et Donem prius rhetorem simul et grammaticum, postea fidelem modo presbyterum, ad se venientes benigne ac liberalissime suscipiens docuit pleno rhetoricam mense artem, et alio poëticam, et de reliquis grammaticam: et ita anno in convictu (b) ipsius scholari diei noctisque usurpans acto, quasi culmen quoddam omni discipulatui nostro, quo ad magisterium summum pervenirem, exiguam licet nostra pro mediocritate attigimus partem. Quem cum super verbi statu interrogarem, utrum uno eodemque modo idem status servari possit, hoc nobis responsum summa cum exultatione dedit, quia verbum simile esse debet regi, cuius animi (c) status multi et diversi sunt: non enim in sedatu (d) et bello uno modo regnat, neque in gaudio et tristitia: aliquoties enim rigidum esse, aliquoties mitem, modo

(a) Cod. *reginum*. Videtur autem nomen gentis vel patriae, aut adiectivum potius Cornelii, quam proprium littera initiali magna scribendum. Ceteroquin *Reginus* agnomen legitur in antiqua inscriptione apud Petrum Sabinum ms. cod. vat. p. 9. (b) Cod. *convicto*. (c) Cod. *anni*. (d) Ita cod. Num pro *senatu*? vel *sedatu* pro *quiete*?

(1) In margine adnotatur: *Cornelius magister Donati*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

fortitudinem regiae potestatis ostendere, modo clementiam et infirmam quodammodo prae se ferre lenitatem. Simili etiam modo verbum, multos in sese continet status: nunc enim fortitudinem infirmis largitur, nunc fortibus aufert firmitatem. Haec Cornelius, cuius sententias infra subiciemus, cum ipsius verbi expositionem coeperimus indagare. Sed nunc iam praemissa praefatiuncula, quasi quodam apologetico adversus adversarios (a) defensus (b) scuto (c), ad ipsum verbum stili extendam manus.

4. Verbum pars quidem orationis usitato paene ab omnibus modo et intellegitur et vocatur; a plerisque tamen doctoribus non pars orationis, sed ·XII· partes habere creditur (d); quas per numerum explicare, quia proferre coepimus, necesse habemus. Prima pars verbi, status; secunda, formatio; tertia, ordinatio; quarta, moderatio; quinta, subfiguratio; sexta, adnumeratio; septima, inmotatio (e); octava, indagatio; nona, adfirmatio; decima, inchoatio; undecima, praelatio; duodecima, declinatio. Has ·XII· partes Cornelius supra dictus Galbungusque nobis plenissime atque explanatissime edisseruerunt. Terentius contra quos, tauri ceu fronte corniata, boans ac resistens dicebat verbum nonnisi unam solam orationis tenere partem. Quod quidem in ipsarum

(a) Cod. *adversarius*. (b) Cod. *defensi*. (c) Cod. *scutum*. (d) Cod. *haberi creduntur*, quod ferri fortasse potest. (d) I a cod., ut refro *inmotabilis*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

partium, quae octo sunt, numero verum esse noverimus; verum quia verbum multimodis (a) ac multifarias habet sententias, Terentium non oportuit contraire doctoribus has ·XII· partes verbo adscribentibus, quas nisi legitime adprobaverint, tunc reprehendendi sunt ac discerpendi.

5. Status igitur verbi hic est, quod omnis dictio atque ratio vel sententia usque ad verbi locutionem differtur, et quodammodo mutificatur. Sicut usque ad regis sententiam auctoritatemque nulla (b) populus prope uti potest, nihil loquela, nihil numerositas consiliumque perficit; ita etiam universae orationis partes, licet numerosae sint et clarae, nisi tamen verbum adfuerit, infirmantur et nullificantur. Unde et status verbi a nonnullis virtus nuncupatur: quod verissimum est, quia et testimonii virtus in indicativo et imperativo vel maxime traditur modo, qui duo in verbi oratione firmissimi dicuntur modi. Quidam statum verbi hunc esse dicunt, cum solum verbum sine ullo alterius partis orationis adiumento edicitur, ut ego lego, et dico, et dixi. Quod si ita (c) est, ubi virtus apparebit, si agere verbum visum non fuerit? Virtus enim verbi activi non in hoc tantum agnoscitur, quod ipsum verbum in omni oratione primum loquatur, verum etiam cum activo haereat casui.

6. De hoc statu librum elegantissimum supra dic-

(a) Ita cod. ut reteo, non *multimodas*. (b) *Id est auctoritate.*
(c) Cod. *ubi*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tus Cornelius edidit, quem si volueritis legere, in promptu habetis: ex quo unum tantum sumam verbum, immo ex verbo capitulum, in quo status verbi evidenter appareat. Quare, ait, status dicatur, intellege: quia in primis, praeposterata licet inscriptione, dictionum frontibus verbum statuitur. Unde errant hii, qui statum verbi ideo appellandum putant, quia verbum per ordinem declinatur: cum enim dicis statum, non ex alio modo, praeter quam stat vel statuitur, intellegi debet. Unde et super statu hominis hoc dicimus, quod homo in eo quod coeperit, perseveranter stare videatur. Sicut et Origenes africanus in quodam volumine super statu hominis edito, sic fatus est: hominis, inquiens, status si in incoepto permaneat, nihil instabilitatis habebit, sed inmotabilis quodammodo et aeternus aestimabitur.

7. Hunc Origenem cum Romani legerent fideles, nisi quia gentilis erat, inter fidelium libros suscipiendum decreverunt. Hunc namque morem ex apostolicorum auctoritate virorum romana tenuit ac servavit ecclesia, ut christianorum libri philosophorum sepositi a gentilium scriptis haberentur (1). Cum enim necesse haberent homines in liberalibus saecularis litteraturae studiis nati educatique, ut sapientiae ipsius consuetudinem fideles adhuc retinerent, videntes ecclesiastici doctores non potuisse eos ab hac quam coeperant intentione divelli, simul etiam quia

(1) Animadvertamus pulchram notitiam.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

maxima ex parte eloquentes viri ad conponenda ornandaque scripta essent caelestis et divinae sapientiae profuturi, si conversi ad Dominum et in sua eloquentia permanentes, prava in recta studia verterent, hocce subtilissime statuerunt, ut duabus librariis (a) conpositis, una fidelium philosophorum libros, et altera gentilium scripta contineret; ne fidelibus infidelia commiscentes, nulla discretio inter munda fieret et immunda; ut si quis vellet gentilia legere, semota haberet. Sed de hiis satis.

8. Nunc de formatione verbi, quam secundam diximus partem, pauca fatenda sunt. Formatio est qua in formas verba censemus inclinanda. Formae autem usitatae quattuor esse dicuntur: sed mihi esse videtur contrarium, si forma dicatur illa declinationis totius perfectio; cum forma non ad declinationem, sed ad quamdam similitudinis derivativae imaginationem pertinere credenda est. Formae ergo sunt evidentes atque usitatae, quarum prima frequentativa nominatur; quod in Galbungi schola sumi non erat solitum, sed magis adiectivam dicere consuerunt, dicentes eam modo litteris, modo rerum etiam sensibus adiciendam esse. Quidam non adiectivam sed accumulativam vocitarunt: cum enim dicis victito, hoc intellegi das, quasi id dixeris magis ac magis vinco. Quod quidam turpe putantes, si utrumque verbum integrum scribant, foederamen

(a) Cod. *libris*. Scripsi *librariis*, quod est sono proximum: sed mallem *bibliothecis*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

scribendi hoc moderantur modo, dicentes vincinco, et in praeterito vicici ; et sic dicito et dixixi ; legego et legegi : quod etiam primae coniugationis commutativo licet modo verbis conantur adstruere , ut pro clamo et vocito habeant clamamo et vocaco , et sic sequitur praeteritum tempus clamamavi et vocacavi. Quod quia nulla veritate subnixum atque suffultum est , non ad auctoritatem sed ad ambiguitatem scribendum est.

9. Solent tamen nostri paene omnes in suis scriptis et saepe verba conserere , quae vitioso consuetu tam a veteribus quam etiam a recentioribus scriptoribus inserta sunt , multas ut reor ob causas : sive enim propter ipsam glifiam (a) , ut scilicet lectores impediant : sive ut verbis illis eos excutiant (b) propter difficultatis pansuram (c) , vel certe ut hac difficultate audientium ac legentium animos incitent. Et hoc modo cum a doctissimis nostri temporis magistris haec usurpata sint , non solum a praesentibus scriptoribus velut ad indubitatam auctoritatem , verum etiam a posteris suscipientur. Sicut in libro phalangis cuiusdam lacedaemonici (d) viri lectum est scripsero ; quod ad primae coniugationis verbum pertinere a nonnullis putatum est ; quia scilicet temporis futuri coniunc-

(a) Ita cod. et infra *glifi*, ita ut stilus abstrusus et de industria confusus intelligatur : euiusmodi est illud opusculi cui titulus *hisperica famina* ; itemque Attonis vercell. polypticum. (b) Cod. *ubii ab illius excussem.* (c) Ita cod. (d) Cod. *Licaedominici.* Num ergo *Lacae* vel *Lucae dominici viri?* Sed tamen *Lacaedemon* pro *Lacedaemon* etiam in cod. Ciceronis de rep. legitur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tionem modi indicativi temporis praesentis loco scriptor imposuit, dicens: " haec vobis, amici, quasi po-
,, puli mei filiis diligenter emando et scripsero. ,,
Neque enim credendum est doctum virum (aiunt) cum copulativam coniunctionem interposuerit, non duo praesentia verba confecisse. Unde et multi (a), nostrorum maxime Gallorum (1), hoc verbum primae coniugationis esse opinantur, ut dicant saepe scripseravi et scripserabo et scripserare, et cetera. Sic etiam in quibusdam Gallorum nostrorum scriptis invenimus canno, cum nos cano scribere consuemus. Denique Bientius quidam epistolarem exercens manum talibus utitur initiis: " cannenti domino Sereno (b). ,, Cannenti posuit pro canenti.

10. Inchoativa forma est quae inchoari quidem, sed non finiri videtur. Quidam non inchoativam sed defectivam volunt vocari formam, quod scilicet temporibus deficiat; quod et ego quoque magnopere adsentior. Quidam tamen hanc formam inchoativam non ob hoc dicendam putant, quod temporibus deficiat declinandis; cum saepe repperire se dicant calesco calui, fervesco fervui, marcesco marcui, liquesco liqui, sarcesco sarcui, tacesco tacui; sed quum praesentis temporis litteralis declinatio a praeterito discrepare videatur, idcirco inchoativam nominari debere censent (c). Quibus ex maiorum traditione facillime respondebimus non esse hanc ratio-

(a) Cod. *multorum*. (b) Cod. *Seneno*. (c) Cod. *censeunt*.

(1) Ergo gallicanus patria Virgilius fuit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nem veram, ut ex hiis verbis quae inchoativae formae sunt, praeterita tempora nasci soleant, ut tacesco tacui. Alioquin haec verba secundae coniugationis, de qua dicturi sumus, praeteritum tempus habebunt, ut taceo marceo sarceo ferveo caleo et cetera, quae procul *dubio* praeteritum tempus habere necesse est. Inchoativa ergo verba haec rite dicenda sunt, quae cum declinari praesenti tempore coeperint, praeterito tamen tempore deficere noscuntur.

11. De his formis verborum inter Regulum cappadocem (a) et Sedulium romanum non minima quaestio habita est, quae usque ad gladiorum paene conflictum pervenit: quindecim namque noctibus, totidem simulque diebus, insomnes et indapes permansere, tribus milibus utrimque sumptis. Regulus enim has formas verborum aliis nominibus, aliis quoque intellectibus, aliis etiam quam nos (b) in usu habemus vocitabat rationibus debere intellegi. Formam namque frequentativam omnibus simul verbis accedere posse adfirmabat; nec non etiam inchoativam omnibus coniugationibus temporibus verbis ministrare dicebat, ut calesco calescui, et in secunda persona caluisti; et tali modo in plurali numero calescuimus caluistis. Dicebat enim unumquodque verbum duas habere formas frequentativas vel tres, ut lego lecto, legito lectito; et has tres primae coniugationis esse docebat. Formam quoque inchoa-

(a) Cod. *cappadoxum*. (b) Cod. *nos quam*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tivam dualem esse dicebat, ut calesco calisco, liquesco liquisco, acesco acisco.

12. Cui Sedulius romanus, vir admodum ingenio acutus, atque eloquentia satis floridus, taliter responsum conpositissimum dedit. O vir bone ac mitissime civis, noli turbare sedata Romanorum scripta, quae ab ipsa latinitatis constitutione inlaesa et inconcussa nunc usque perdurarunt. Has etenim verborum formas suis lineis suoque ordine romana eloquentissima conposuere scripta, ut forma frequentativa certis verbis accedat: si enim omnibus verbis eamdem formam accedere fidenter asserueris, necesse habebis exempla proferre, quibus sententiae tuae manifestum ostendas probamentum. Nulli etenim fas est, praeter usitata verba, aliquid eloqui sine exemplo. Quis enim sibi viam orationis pandat (a), quam nulli prius attrivere praecessores? Ergo quod dicis tria esse frequentativae formae incrementa, et inchoativa bina, planis maiorum approbato exemplis, ut si approbaveris, duplicem nobis gratiam conferas: te enim veritatis adsertorem monstrabis, et nos horum, quae fortasse penitus ignoravimus, expertos facies.

13. Cui Regulus multa ex veterum auctoritate protendens, quaedam ex iis quae dixerat verissima esse probavit: nonnulla eorum penitus stare non posse, fortissima destructione convictus est. Ex iis autem, quae vera esse nulli dubitant, exempli gra-

(a) Cod. *pinguae*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tia, pauca proferemus. Frequentativa, inquit, forma tres efficientias triaque habet incrementa ; primum quod duabus syllabis gaudet , ut lecto , quod quidem a simplici forma paulo obscurius cernitur discrepare : unde et a multis non tam facile recipitur, quia formam frequentativam adserunt sicut litteris ita etiam sensu diversari debere : immo potius accrescere. Sed nos sic dicimus quod hic lectet (a), qui minimum saltim litteras dicere lecte, aut qui, quod legit, intellegere incipit. Legitet vero, qui quod legit intellegit, *vel* alios legere facit tradendo in arte scribendi, quae legendi consuetudine didicerit. Porro lectitet, qui omnino legere non desinit. Inchoativae autem formae verba utriusque coniugationis esse possunt , ita tamen ut utraque coniugatio alternum sibi vindicet verbum. Nam cum dicis florisso , primae coniugationis esse noscitur , ut florisso florissas ; sic calisso , patisso. Mirantur sane doctores horum , in quibus adsumus , temporum quare et quomodo verbum primae coniugationis non per omnia tempora declinabitur : si enim declinatur , inchoativum esse non potest : nam primae coniugationis verba per omnia tempora exire posse , facilis (b) lectio demonstrat.

14. De forma vero meditativa multi ambigunt utrum penitus esse debeat an non , multis negantibus et aliis adfirmantibus. Duplici etiam nomine hoc verbum formae meditativae utitur : quidam enim

(a) Cod. *legat*. (b) Cod. *faciens*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

meditativam vocant, quasi a meditando; quod mihi diligenter indaganti suboscurum esse semper videtur. Nam cum dicis victorio, nescio quomodo ad meditationem pertineat, quocumque sensu intellegatur; sive ut nos dicimus, quandoque vincam; sive ut quidam, volo vincere, meditatio huc locum non mihi videtur invenire. Ergo non meditativam, licet id consuetudo nobis invexerit, sed promissivam ac voluntativam dicere debemus. Nonnulli inter alios (a) huius formae verba per omnia tempora secundum primam dumtaxat personam declinare nituntur: quod mihi non videtur improbandum.

15. Nunc probandum tertiam, *ut* diximus, partem esse verbi ordinationem: cuius in expugnatione (b) paulisper immorari necesse habemus; praesertim cum de ipso opinio plurimorum tam varia et tam diversa sit, ut quid potissimum lectoribus animum appetere debeat, vel ignoretur, vel ambigue putativum habeatur. Ordinatio ergo est quam coniugationem verborum consuetudinarie nominamus: nam quod iugum in litteris sonat, ipse manifestatim ordo tenet. Unde rati sunt maiorum plurimi non coniugationes sed ordinationes scribendas esse. Harum autem ordinationum numerum multi tres, nonnulli quattuor, alii quinque et sex sumentes confudere. Nam praeter tres, omnis eorum vacillat opinio, licet quartam coniugationem, sive ut huic (c)

(a) Cod. *alias*. (b) Cod. *in expugnationem*. Intelligo autem *cui rei propu nandae*. (c) Cod. *huic* pro *hiic* adverb. ut supra.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

in manibus habemus, ordinationem, *non* adeo refutandam esse existimemus. Porro tertiam ordinationem in tres plerique dividendam putarunt, ut sit prima quae vero producta, ut audio, dormio; quae vel maxime in his modis vel temporibus facillimeque dinoscitur, quae sumus inferius scripturi. Etenim non est, id quod in mentem modo venit " lubrica inrepens raptet oblivio (1). ,,

16. Memini me a quodam Lupo christiano viro atheniensi (a) in ratione verborum satis experto, cum illum *de* verborum difficilium interrogarem *ordinatione*, qualiter et quomodo et qua ratione variata sit, taliter ab eo edoctum. Variis, inquit, fili, opinationibus non satis credas, quia tam multae sunt quam et cogitationes hominum. Lege ergo singulorum libros, et scrutare, et considera, et vide quid in eis congruatum atque unanime, ut ita dicam, quidve divisum ac dissentivum : et quicquid concors et consentivum inveneris, hoc sunge (b), et in corde tuo veluti quoddam salubre ac suave vinum infunde : quicquid autem discors ac dissentivum repperieris, velut venenosum ac toxicum penitus evita. Unde et ego hoc inserui, ut in ratione verborum quaecumque a maioribus ac veteribus inserta sunt, libenter suscipiatis. Quae autem media sunt, et quodammodo in ambiguo posita, haec

(a) Cod. *athensi*. (b) Pro *suge*.

(1) Videtur antiqui poëtae versus a nostro laudatus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nec refutabitis nec adfirmabitis. Et si scriptum audieritis, non contenderitis utrum ad indubitatam auctoritatem an ad ambiguum sumatis exemplum.

17. Quod autem dicturos nos fore promisimus, hoc est quod tertia coniugatio producta in specialibus intellegatur modis, hoc est quia primo indicativo modo tempore praesenti persona prima *non* facile dinoscatur : dicis enim audio ; hoc ·i· ante ·o· habet (a), ut lanio ; vel propter ea verba, quae nec tota nec ommino correcta esse repperiantur. Recurras ad praeteritum tempus eiusdem modi perfectum, ubi nihil criposcium (b) remansurum est, quasi dicas audivi. Dehinc ad imperativum modum, ut audi. Deinde ad infinitivum, ut audire. Secundus autem tertiae coniugationis productae *modus* hic est, quem in quarta coniugatione suscipere se debere putant, ut eo is it. Tertiam autem partem eiusdem ordinationis, coniugationem correptam tertiam esse adfirmant, ut lego. Sextam autem quam nobis in numerum ordinationum adducunt, nullum omnino sanum suscipere oportet, eorum dumtaxat verborum, quae in ·um· litteram finiuntur, ut sum praesum et cetera.

18. Super hac re Aeneam aliquando interrogans, audivi ab ipso tale responsum : O fili, noli summis quidem auribus recipere, si quis tibi suaserit quod ullum verbum possit, quod in ·um· litteram finiatur, ullius *esse* coniugationis ; quae res (c)

(a) Cod· *habeant*. (b) Pro *ambiguum*· (c) Malo *quam rem*·

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

fieri a corruptae mentis hominibus introductum est, et his qui nullam ex veteribus rationem scriptis acceperunt. Volentes inproba ut (a) certa probare et confirmare, sumebant quasdam quasi coniugationum species, ut alii dicerent secundae coniugationis esse, quia licet *haec verba* in prima persona non more solito in ·eo· exeant, ut video, certe in secunda persona in ·es· desinunt (b), ut es. A quibus inquirere debemus utrum futurum tempus eiusdem verbi in ·bo· aut in ·bor· exire posse inveniant. Alii vero firmissime contendunt tertiam esse coniugationem, quia indicativo modo, tempore praesenti, numero plurali, persona tertia, ·sunt· habent. Sed quia omnino per totum verbum nihil habent, quod tertiam coniugationem veraciter ostendat, profecto errare eos opinabile est. Falsis itaque et commentaticiis imperitorum suspicionibus detectis, immo amotis, omne verbum quod primam habens personam, non in ·o· litteram desinuerit, nullius coniugationis esse incunctanter definimus.

19. Sane etiam illud quaeritur, quare cum tres ordinationes esse omnium antecessorum doctorumque nostrorum confirmet auctoritas, in unaquaque ordinatione quasi confusibili modo alterius ordinis litterae interserantur; in tantum ut in prima, secunda; et in secunda et tertia, repperiatur prima: scribis enim sic, lauda laudet, doce doceat, le-

(a) Cod. *et*. (b) Cod. *desinit*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ge legat : et ideo sollicite requirunt , qua ratione haec commixtio facta sit. Super hoc plerique nostrorum et a nobis et a nostris quaesiere parentibus: quibus consultate responsum est , hoc idcirco suscipi , non quia rationabile actum sit , sed ut modorum et temporum discrimen habeatur. Si enim imperativo modo dicas secundum primam coniugationem lauda laudet , doce doceat , lege legat , indicativum modum non dubitabitur et imperativum velle praedicere. Hoc etiam in ordinationibus visum est ingerendum. Quare in omni coniugatione hic ordo servetur , ut in modo imperativo secunda persona in suo semper statu permaneat . Facilis est quaestionis huius solutio , quia haec persona secunda nulla discrepatione cogitur ordinem suum mutare.

20. Nunc de moderatione strictim quidem sed plene dicere debemus. Moderatio est qua per modos verba ponderantur : in quo moderamine ratiocinatores numerorum diligenter inquirunt , quare sescupla moderatio habeatur ; et perpessiore (a) laetantes intellectu , secundum sex aetates vel tempora mundi , sex modos verbi positos (b) a veteribus philosophis credunt et asserunt : sicut etiam tempora verborum trino ordine secundum visibilis mundi tempora permensi sunt.

21. In hac ergo sena moderatione verborum nonnullae quaestiones incidunt. Prima eorum nascitur

(a) Ita cod. (b) Cod. *poterans.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

qui secundum litterarum ordinem modos quoque verborum ordiri debere putaverunt, ita ut ab imperativo modo declinationem verbi exordirentur; praecipue si in ·a· litteram desineret, ut macta liga planta: et ab hoc modo finito infinitivus modus sequeretur, quia melius tunc finiatur, ut mactare ligare plantare: deinde post hunc modum (a), cum ad indicativum ventum fuisset, a praeterito tempore incipientes, quod in ·vi· litteram finitur, ut mactavi ligavi plantavi, in praesenti tempore finem verbo statuerent, quia in ·o· terminatur, ut macto ligo planto. Sed quia haec illorum sententia inepta suspicione magis coacta quam ratione veritatis videatur esse subnixa, reliquum ordinem quo in secunda vel tertia coniugatione per singulos cuiuscumque verbi utuntur modos, reticere melius quam exequi puto.

22. Nonnulli de imperativo modo quaestionem dicunt, quare primam personam habeat, secundum nos qui hanc negamus posse latine dici. Ceterum in quodam volumine, quod a Terentio Marcillio scriptum, ad titulum ·I· ita invenitur. Imperativus modus secundum tres personas, quemadmodum ceteri, inflexus. Sic enim habetur: laudem, lauda: addentesque in secunda persona sub distinctione scribunt, vel laudes. Sic doceam, doce vel doceas; audiam, audi vel audias; quaeram, quaere vel quaeras: et neutrali verbo sedeam, sede et

(a) Cod. *totum*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sedeas ; dormiam , dormi et dormias : pariter communi et deponenti , loquar , loquere vel loquaris ; glorier , gloriare vel glorieris ; horter , hortare vel horteris . Et in futuro tempore eiusdem modi sic habetur , laudem , laudato et laudes ; et sic per cetera verba. Hoc utrum sit ratione plenum , an consuetudinarium , immo potius vitiosum , nolo audaciter discernere ; quia etsi nos non habeamus in usu , vel declinationis ipsius vel celebrium auctorum certe rara lectione docemur , non usque adeo renuere , si forte contigerit primam personam in supra memorato inveniri modo.

23. Alia quaestio est quae quosdam movet , quomodo quasi confusis vel commixtis modis infinitivus indicativo vel optativo adiungitur , nec non et coniunctivo (a). Sic enim habes , dico dicis , at dicere vel dicit , dicimus dicitis dicunt vel dicere. Tempore futuro dicam dices vel dicere , dicet , dicimus dicemus dicetis dicent et dicere dicant vel dicere. Optativo quoque modo , utinam dicerem diceres vel dicere. Futurum , utinam dicam dicas vel dicere , dicant vel dicere. Item cum diceremus diceretis dicerent vel dicere : et in passivo verbo iisdem modis scriptum invenitur dicere. Et ideo requirunt quae sit huiusmodi ratio , quae infinitivum modum tam mobiliter convertat , et per omne verbum circumferat. Quibus rationem a maioribus nostris traditam ac praeceptam redde-

(a) Cod. *coniunctativo*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

mus, quia infinitivus modus secundum soloecismum pro omni modo accipiatur. Et ut hoc tam tibi quam omnibus palam fiat, inventa passim proferamus exempla. Catonius quidam africanus in epistola ad Romanos de pace missa " cum, inquit, pacem facere, vestra sequimini commoda ,,. Hoc est dicere, cum facitis. Virgilius quoque asianus in illo opere, quod quinque voluminibus de statu regali, graeco licet sermone, scripsit, et a Galerio nostri temporis grammatico versum est in latinum, sic inchoavit dicens " Reges antiquitas secundum mores sibi solitos legitimis populos deorum statibus regebant; quos si nunc quoque istius temporis reges imitati fuerint, bene et competenter regnare. ,, Hic regnare posuit pro regnabunt.

24. Sed forsan quis hoc improbans dicat latinum interpretem propter inscientiam graeci sermonis tali modo per transmutationem usum fuisse. Non autem hoc contendat : nam etsi in graecis dictionibus infinitivus modus pro qualibet alia statui non debeat, certe aput Latinos, licet secundum vitiosam consuetudinem, saepissime certum est inveniri. Denique et Galbungus, quem nulla ratio sciendae conponendaeque latinitatis potuit praeterire, in clarorum (a) romanorum laudis imperatorum militumque libro sic non semel (ne non tam de industria, quam obliviose ponere putaretur) sed quaterna vice infinitivum pro aliis posuit modis.

(a) Cod. *claro*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

In primo quidem libri loco ita dicens: " clari imperatores laude esse digni ,,. Esse pro sunt posuit. Postea autem " milites , inquit , romani indefessum habent studium donec semper pro suis vincere ,,. Quod pro vincant legendum est. " Utique excelsa Troiae moenia Utices (a) ne disperdi caute timuere ,, . Hoc dicens assignat infinitivum modum in optativi locum recipi debere. Post aliquanta " O sodales romani civesque (imperativo modo) consulere (b) ,,.

25. De impersonali modo una utrobique quaestio ventilatur , Terentii quidem partibus obstinate contendentibus impersonale verbum ab omni verbo significatorio , id est tam activo quam deponenti , tam neutrali quam communi , nasci indubitabili assertione solere , excepto passivo. Nam quod ab activo tertiae personae verbi passivi similitudine derivatur , passivum iterum non repetit : praesertim cum passivum verbum absque nominativo casu asseri non valeat: Galbungi autem auditoribus nonnisi ab activo et neutrali verbo impersonalem modum procedere posse. Quibus et ego facile assentirer , nisi Terentii partes mile (c) nobis exempla prodidissent , quibus sententiam suam affirmabilem fecerint. Pauca proferemus (d) in medium. Namque Terentium ipsorum (e) praeceptorem ferunt dixis-

(a) Ita cod. Num forte repetendum *utique* ? (b) Cod. *consulete*. Num pro *consulite* ? (c) *Mile* pro *mille*. Certe *milia* pro *millia* paene constans est in antiquis mss. (d) Cod. *in medium et medium*. (e) Cod. *arun*. *quorum*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

se : " Criminatur , inquit , ab omnibus , quia nos pecuniae in amicorum praesidia profligandae dura ditione pepercimus ,,. Et iterum Donati senis exemplum proferunt dicentis " Gaudetur et gloriatur in nostris urbibus , rege de exilio redeunte ,,. Sed quisquam forsitan cum haec audierit , praesumat dicere , quia magis activa et neutralia verba esse eadem possint , ex quibus haec impersonalia veniunt, quam communia deponentia , *id est gaudeo* et glorio . Quod etsi ego alicubi invenire potuerim , tamen quia non est usitatum , affirmare non possum.

26. De optativo quoque modo famosa et ventilabilis quaestio nascitur , utrum nempe in declinatione tres tantum temporum efficientias ostendat (a). Ita etiam ratio continuat, utrum (b) secundum eorum intellegentiam praesens tempus et praeteritum imperfectum modus (c) non recipiat; an potius duo tempora sub una declinatione , vel propter latini status brevitatem , vel etiam ut audentius dicam , propter angustiam , per duos ordines contineantur : ut cum dicimus , utinam rogarem! ad utrumque tempus , id est et praesens et praeteritum imperfectum , pertineat. Item cum dicimus , utinam rogassem! ad duo excurrentia tempora coniungatur : quod et ego in epitomarum opere ita esse sentiendum scripsisse me arbitror. Ceterum de coniunctivo modo , quia nulla ambiguitas est , nihil tractandum puto.

(a) Cod. *ostendit*. (b) Cod. *ut*. (c) Cod. *mundus*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Propter quod etiam indicativum modum in eundem praedictum, id est coniunctivum (a), redigendum ac recipiendum nonnulli veterum putarunt ; quibus nec ego rennuere possum. Quoties ergo (b) indicativus modus sententiae (c) caput non facit , simplicem coniunctionem faciat necesse est. Simplicem autem ideo dicimus, quia non tam a doctis , quam a simplicibus ac prosaticis exordium sumpsit haec scribendi consuetudo . Ceterum aput peritos quosque latinorum omne verbum quod non ad dicturae (d) caput pertineret , coniunctivo semper modo ponebatur.

27. Nunc de subfiguratione breviarius quidam sermo dicendus est. Primum ergo requirendum est quare compositio verbo accidat. Ob tres ut opinor causas , quarum prima est propter sensuum expletionem et immutationem : secunda propter metri compositionem : tertia propter loquelae ipsius characterem (e) componendum. Primam causam diximus esse , qua per figuras compositas sensus et explentur et immutantur. Explentur quidem cum per hanc figurarum assumptionem perfectiores redduntur sententiae, ut si dicamus dico perdico , doceo perdoceo , facio perficio. Dico enim et doceo et facio etiam ab incipiendo possunt intellegi : cum autem docendi aut dicendi aut operis faciendi finis advenerit , tunc ·per· compositio adici potest. Mu-

(a) Cod. *coniunctativum*. (b) Cod. *et ego*. (c) Cod. *sententia*. (d) Cod. *additure*. (e) Cod. *docerem*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tantur vero sensus per has subfigurationes duplicem ob causam, vel propter destructionem vel propter aedificationem. Destruuntur quidem cum dicas dissipo vel discredo; illud ad sepis destructionem; hoc ad incredulitatem respicit. Aedificantur autem cum dicis consipo (a) et concredo; quod enim illic destruxisti, hic reaedificas. Componuntur etiam verba propter metrorum uti diximus compositionem; sicut in versu quodam Gracchi (b) oratoris legimus hoc modo dicentis " bella Gallorum toto concessent (1) in orbe ,,. Hic enim ·cum· nihil ad sensum addidit, propter quod versum tantum explevit. Haec de figuris dixisse sufficiat, praesertim cum in epitomarum praedicto opere diligentius de figuris quaedam dixerimus.

28. Nunc ad annumerationem veniamus. Multi putant simplicium scriptorum hanc annumerationem verborum eandem esse quam et numerum verbo inter septem usitatas species accidentem: sed nos hunc intellectum firmissime destruimus, quia numerus simplex dualis est, singularis dumtaxat et pluralis; annumeratio autem usque ad duo viginti species pervenit: quod factum ita nostri intellegunt, quia in prima Hebraeorum lingua idem elementorum voluminumque numerus editus est: ob quam

(a) An *constipo*? (b) Cod· *graeci*· Contra apud Fronton· ed· rom· p· 118· *Gaius* pro *graius*.

(1) *Concessent* compositum a *cum* et *cessent*. Atqui hexametrum haberetur sic: *Bellum Gallorum toto concesset in orbe*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

causam etiam philosophi antiqui verbum ex duo viginti speciebus in unum ordinati sunt (a). Et ut hoc tibi manifestius reddatur, singulas annumera species. Habes ecce in primis qualitatem verbi, per modos et formas, ·X· species habentem. Modi siquidem sex habentur, et formae quattuor. Habes ternam coniugationem, quinamque significationem. Hinc octo species concluduntur. Per duplicem autem figuram et dualem numerum suprascripta *summa* consummatur.

29. Verum quare tempus quod ternum est, et persona quae aeque terna esse animadvertitur, ex hoc excipiatur numero, forte requiratur. Sciendum proinde est historicorum hunc esse morem, ut cum typum aliquem vel numerum protendere voluerunt, non tam totam summae plenitudinem, quam quod (b) ad typum pertineat propositum annumerent. Quorum unus qui erat, ut rebantur, praecipuus Chromas nomine, ad nos usque perventans, quattuor tantum vocales litteras numerandas esse censebat. Cuius rei rationem cum ab eo Aeneas meus perquireret, tranquillo reddidit effamine. Scimus, inquit, et nos quidem quinque esse litteras quae vocales dicuntur: nostrorum tamen veterum parentum moris antiquioris (c) erat, ut nullum numerum absque typo mensurarent: unde quia cum quino in supputatione numero nullus cardinalis processerit

(a) Ita cod. pro *ordinaverunt*. (b) Cod. *quod quam*. (c) Cod. *antiquaris*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

typus, quattuor tantum vocales litteras, subtracta ·V·, principaliter summaverunt. Vel certe ob hoc quidam ·V· litteram inter vocales non receptarunt, quia non tam vocalem veteres, quam ambiguam, appellari debere credebant, quia aliquoties pro vocali, aliquoties pro muta accipitur. Sed hoc silentio praetermittamus.

30. Illa autem ratio, ob quam quattuor vocales litteras, quasi praeiudicatoria auctoritate annumerabant, haec est, quod iste intuibilis mundus quattuor constat elementis, terra scilicet, igne, aqua, atque aëre. Quod Plastus elegantissimo carmine disseruit dicens:

Limo solubili,
Lympha meabili,
Igne ardibili,
Aura mutabili,
Mundus visibilis
Sumptus initio (a),
Cuius terribile
Pendet exitium (b).

Secundum hanc itaque rationem, quam praedictus Chromas intulerit, in hac quoque annumeratione nostra, qua verbum totum annumeramus, tempus et personam excipimus, ne si hiis acceptis, octo et viginti species, ut est necesse, fuerint repertae, numerus typo vacet. Quamquam si tempus in quinque species dividatur, adiunctis tribus perso-

(a) Cod. *initii*. (b) Cod. *cuius terribilis pendit tristitiam*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nis, octo species inveniantur; quas cum viginti duabus adiunxerimus, iuxta lunarem rationem ·XXX· faciemus.

31. Nunc de immutatione pauca nobis edicenda sunt; quae inusitata quidem est, sed his qui novis adinventionibus dilatantur (a) utilis ac necessaria esse videtur. Immutantur autem verba simpliciter per litteras, per sonos, per sensus, per figuras, per tempora. Immutantur quidem per litteras secundum duas efficientias, hoc est sive per vitium sed decorosum, sive per necessitatem consuetudinariam. Per vitium quidem decorosum, cum in versu Horatii (1) legerimus aggo pro ago. Hic adiectio ·G· sequentis vitiosa est. Sed cum agitur laetitia et festivitas, sic consuerunt dicere aggo. Sic enim in praedicto versu habet "laetaque aggunt in moenibus festa,,. Ornatius enim et firmatius rentur, si quamdam componderationem linguae per syllabas faciunt. Unde et idem poëta commodius ratus est addere ·G· in priori syllaba, quam semigravato litterarum numero unam contra quattuor ponderare. Hac de causa in plerisque litterae duplicantur consonantes, ut caellum pro caelum, et vellim pro velim, et ollim pro olim. Immutantur autem, ut diximus, per necessitatem consuetudinariam, cum in usu habeamus scribere sperno et cerno; cum apud

(a) Pro *delectantur*?

(1) Intelligo Horatium aliquem iuniorem, non venusinum.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

veteres romanae eloquentiae doctores , et eos praecipue quos probabilitas suarum claros apud omnes effecerat doctrinarum , spero et cero poni debere censeretur (a) , refutantes (b) ·R· et ·N· absque ullius vocalis interiectione scribi pariter posse. Sed quia cero et spero alium habent effectum ; nam spero a spe nomen accepit , et cero hunc sensum habet cum quis aceram componit ; idcirco ·N· necessarie addita est ad spretionem (c) *significandam* et ad certam visionem.

32. Inmutantur etiam per sonos , quia duo quaelibet verba hisdem litteris ac syllabis scribuntur , sed non eundem habent effectum , ut lego lego ; quae nisi sono discreta fuerint , confusibiliter dicentur. Propterea lego ex lectione in prima syllaba corripietur. Mutantur etiam per sensus , nec sono nec syllaba nec littera distantia , ut credo credo. Nam credo de credulitate dicitur , quod omnibus clarum atque propatulum est. Est etiam credo iuris iurandi , cuius exempla (quia fortassis aliis inusitatum est) proferemus. Virgilius troianae scholae doctor contra Romanos scribens , eosque falsitatis coarguens ita infit ; " o Romani , cur vestrae inmemores veritatis , quae credidistis , transgredi voluistis ? ,, Hoc est dicere quae iurastis . Cato quoque " si quis , ait discredat , merito dampnetur ,, . Hoc est periuret. Sic etiam lucror duplicem sensum habet , pecunias scilicet adquirendi ,

(a) Cod. *censore*. (b) Idest *negantes*. (c) Cod. *pretionem*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

periculum nihilo minus mortemve evadendi. Sic cohibeo ad continentiam, sive *ad* alicuius rei indulgentiam concessionemque pertinebit. Mutantur quoque per figuras, quod omnibus apparere legentibus potest: verumtamen uno hoc probabimus exemplo. Dicimus enim construo et adstruo; aliud enim aedificandi, aliud adfirmandi. Mutantur nihilo minus per tempora, cum in lectionis consuetudine habeamus praesens tempus pro praeterito perfecto scribere. Ut Cato: "Cum venissent, inquit, viri qui primi alloquuntur Romani,,. Hoc est allocuti sunt. Sed qua ratione istud usurpatum sit, paucis perdocendum est, nempe quia multi latinorum a veteribus sibi traditum putant, praesens tempus ad utrumque pertinere, sive quod id temporis agitur, sive quod certissimo tempore quasi praesens in actum praeterivit.

33. Nunc ad indagationem verbi veniamus. Indagatio verbi tribus modis intellegitur, in coniugatione, in declinatione, in metro. In coniugatione quidem per tres litteras principales indagatur, quae sunt ·a·e·i·, quibus quasi quadam indagine a secunda persona modi indicativi omnis coniugatio per singulos modos dinoscitur, ut lucidas, fulges, sepis. Indagatur autem in declinatione per quinque tempora, quae manifesta sunt: via quippe verbi declinandi tempus est. Saepe etiam indagatur in metro per pedes, qui sunt syllabae: crescente etenim syllabarum numero metra verbi componuntur

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

in versus, quod planius in declinatione probabimus.

34. Affirmatio uno modo secundum nostros, cum duo verba pro affirmanda sententia uni dictioni praesident (a), secundum illud Aeneae dicentis: " Reges romanos aequa et vera sententia credimus et fidimus ,, . Sufficeret dici credimus, nisi quia sententiam adfirmare voluit. Affirmatur etiam hoc dicendi statu (b) verbi cum dicimus " venit inquit vir ,, . Hoc pro affirmatione tantum: ratio enim sic haberet " venit inquiens vir. ,, Sed quia si modus indicativus in una dictione duplicatur, putant se fortiorem facere sententiam, idcirco verbum ·inquit· participali modo ponunt; sed tamen ut supponatur prius, loquitur: nam praeposterato licet ordine scribendi sic dicis, inquit venit.

35. Inchoatio in una tantum verbi forma habetur, quae forma ob hoc inchoativa dicitur, quia praeteritum tempus non habeat, ut calesco. Quamquam multi latinorum affirment nullum verbum fieri debere, quod praeteritum tempus non habeat (1). Quibus nec ego rennuerem, cum multa eiusmodi verba, quae videntur inchoativa, praeteritum

(a) Cod. *praesidunt*. (b) Cod. *status*.

(1) Ad hunc ferme locum (an potius ad ter quinas epitomas?) pertinere videtur testimonium a Gainfredo grammatico in cod. vat. p. 16. laudatum. *Virgilio testante, veteres initium declinationis verborum a praeterito plusquam perfecto habebant*..

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tempus habere cernuntur; nisi quia perfectae formae verba prohibent in eorum convenire sententiam, quae praeteritum tempus sibi rectius vindicent. Sed cum hoc illis obiecerimus, responderunt praeteritum tempus geminae ordinationis verbis commune esse solere, floreo floresco, et utrique convenire florui. Sed hoc quia scholarum nostrarum auctores numquam in usu habuere, in ambiguo relinquentes, doctorum nostrorum sententiam proferemus, quod verba inchoativa praeterito semper careant, exceptis hiis quae inchoativis similia, quia verba ex quibus nasci debeant non pertendunt se habere: ideo praeteritum tempus habebunt, ut compisco compiscui, cognosco cognovi, erubesco erubui.

36. Nunc praelatio suo ordine ponenda est. Quid est autem praelatio, et quomodo sine postlatione dicetur (a)? Praelatio ergo in solis modis constat, quibus modus indicativus omnibus supereminet et ordine et virtute.

37. Hiis nunc peractis, solum quod restat explicemus, declinationem scilicet quae omnibus scholaribus etiam pueris praesumpta est ac trita. Verum secundum poëtas per metra, et non secundum grammaticos per prosam, declinandum est. Et ut syllabas crescere videatur, verbum monosyllabum, secundum promissum in indagatione, dilatatum declinemus. Verbum neutrale, monosyl-

(a) Cod. *illigetur*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

labatim indicativo dicto modo, flo, flamus, flas, flatis, flabam, flabamus, flant, flate, fla, fletis, flemus, flatote, flem, flato, flet (a), flabo (b), flavere, flare. Et ut spatiosius et ad alia verba reddatur exemplum (quia quae subrelicta sunt de hoc verbo pateant unicuique (c), ac versidici mensurare valebunt) etiam ad dissyllabata, quae sic mensurantur: laudo, laudamus, laudatis, laudas, laudabamus, lauda, laudavi, laudasti, laudaveramus, lauda, laudemus, laudate, laudes, laudare, laudabimus, laudabitis, laudatum iri, laudans, laudantis, laudanti, laudaveritis. Scire debemus trisyllabata verba per hosce versus non tam facile posse, nisi per scissuram pensari: et ideo quia finis epistolae in proximo est, ad quadrisyllabata transeamus, quae sic declinantur. Intellego, intellegis, intellegit, intellegunt, intelleguntur. Scire et annotare debet unusquisque versidicorum, quod unumquodque phonum procul dubio longum, brevibus in versus metro annumeretur. Nunc, ut promisimus, epistolarem sermonem finiamus.

EXPLICIT TERTIA DE VERBO.

(a) Cod. *fler.* (b) Cod. *flebo.* (c) Cod. *de hoc vero pueant res quique.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

INCIPIT QUARTA DE ADVERBIO.

1. Omnis urbs munita et cincta cives hostibus non tradet : ita historica expositio si recte ac ratabunde fuerit perordita , nullius reprehensionis locum ulterius habebit. Unde nos doctores monent ut omnes artes non solum principales , verum etiam mediocres atque officiales , recte in praeceptis (a) statuantur. Propter quod et ego , quia tibi de nomine ac pronomine breviarias expositiones per epistolas intimaverim , inferiores quoque partes brevioribus quidem sed spissis (b) epistolis explanabo. Praesertim cum *in* epitomis de ·III· partibus unum feci opusculum , quae residuae sunt , adverbio scilicet , participio , coniunctione. *Ab* his , si proprias habeant epistolas , paulo latius aliquid legentibus conferetur ad sensum.

2. Adverbium ergo est quarta orationis particula , quae quia verbo adhaeret , adverbium nuncupatur ; sicut pronomen ex nominis communione vocatur. Sed huc quaestio adcurrit. Forte enim aliquis inquirat , quod non dubito eventurum , si propterea adverbium vocatur , quia verbo semper adiungitur , quo nomine vocabuntur adverbia comparandi et qualitatis et quantitatis , quae nonnumquam non verbo tantum sed aliis partibus adiun-

(a) Cod· *in presis*. (b) Pro *sed spissis*, est in cod. compendium haud valde absimile quod non satis explico· Vel dic : *sed perspicuis*·

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

guntur. Dicimus enim, magna valde venit turba. Numquidnam poteris ita componere, venit valde? alioquin, quomodo sententia intellegetur? Dicimus etiam, tam docti et tam veloces. Unde et hii, qui non octo sed plures orationis partes annumerare volunt, adverbium in duas partes dividunt, unam prisco nomine adverbium vocantes, alteram expressorium. Ecce enim adverbia, quae nominibus et aliis adverbis applicamus, non tam adiunctionem solitam, quam sensuum expressionem significant. Adverbium adverbio adhaerens sine comparatione aliqua, ad affirmationem tantum pertinebit, ut tam digne, et valde viriliter, et satis pulcre. Unde non parvus error eorum qui ·et· coniunctionem copulativam interponunt, ut sit, satis et pulcre.

3. Adverbiorum significatio multimoda est. Sed multi existimant nulla adverbia ex sese nasci posse: nam cum dicis adverbium separandi ·seorsum·, habes nomen ex quo nascitur, ut est ·securus·, hoc est qui se ipsum ab humano separat consortio: sicut et adorus (a), qui se ipsum ad omnium ora ostendit: iuxta illud Ciceronis " si perstus (b) fuero, adorum me faciam omnibus; sin alias, securus efficiar, timens me conventibus tradere peritorum. ,, Simul, adverbium congregandi, ex (c) similitudine nascitur.

4. Multi obtendunt nobis quaestionem, quo-

(a) Cod. *adoris*; sed infra *adorum*. (b) Ita cod. (c) Cod. *et ex*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

modo adiecta nomina ex adverbiis venire videantur, ut heri ex quo hesternus, hodie unde hodiernus, cras unde crastinus; debuerant enim magis adverbia ex nominibus nasci. Super hoc Aeneam consulere me memini, qui mihi respondit, quod nisi usitata consuetudo haec temporis adverbia esse tradidisset, temporalia magis nomina et monoptota credenda forent, unde haec derivativa nascerentur. Et ne sui ipsius sententiam promere videretur, a quodam se sene Iulio (1) doctore didicisse asserebat, addente hoc, quia haec nomina declinationem non habent. Inde ab inscii is adverbia putantur; sicut et ·nequam· et ·nugas· a quamplurimis qualitatis adverbia, propter defectum declinationis, aestimantur. Sed hoc, inquit, Romanis non placebit, quia plus solent obstinatae consuetudini, quam certae rationi, consentire.

5. Sunt etiam adverbia, quae ex quo nascantur, ambiguum est, ut frustra, nequicquam, nequiter. Frustra enim utrum ex originali nomine, an ex imperativo modo verbi communis veniat, adhuc in electione pendet lectorum. Nequicquam autem et nequiter, si ambo ex nequam veniunt, sicut multis latinorum videtur: hoc tantum movet plurimos utrum adverbia nonnisi *ex* ablativo casu adiectivi nominis in ·e· littera termi-

(1) Num hic est Iulius Victor rhetor a me editus? Certe gallum videri Iulium, dixi in eius editionis praefatione.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nato venire possint; quod quia certum non habent, ·nequiter· omnino refutant (a). Sed nobis aliud videtur esse nequicquam, aliud nequiter: nequicquam enim pro sine causa vel frustra intellegitur; nequiter vero ad peius proficit. Multi etiam quaerunt, quare ·qui· in medio situm sit, et pro nequam, nequicquam legatur; cum etiam nequam in (b) omni casu genere et numero (c), ita etiam adverbialiter adsumi possit. Sed propter discretionem tantum hoc additamentum mediae syllabae susceptum est. Ceterum nequiter aut simpliciter ex nequam accipiant, aut ex sese nasci intellegant, quia aliter non habent; aut si magis putent, penitus respuant.

6. Requirunt etiam utrum ex participiis adverbia nasci possint; et si possint, quibus participiis, utrum ex omnibus an ex aliquibus. Spondeo quidem me etiam palam omnibus peritis orbis professurum, quod adverbia ex participiis indubitanter veniant. Si autem quaeritur ex quo participio, dicam ut expertus sum, quia ex participio temporis praeteriti cuiuslibet verbi adverbia sumuntur. Ex duobus autem futuris participiis originem (d) adverbia sumpsisse, comprobatur: dicimus enim docenter sapienter instanter perseveranter. Quamquam secundum Galbungum ex participio praesentis temporis activi verbi sumi abnua-

(a) Cod. *refutent*. (b) Cod. *sicut in*. (c) Cod. *et neutro*. (d) Cod. *peritorum* pro *originem*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tur adverbium, sed ex participio neutralis verbi trahatur. Nec non etiam ex communibus ac deponentibus adverbia venire, nullus peritorum negare potest: siquidem dicamus deosculate (a) suspicate locute. Audivi tamen, aput Afrorum scholas frequenter dici, quod ex deponentium verborum participiis, eorum maxime quae agendi consuetudinem non habeant, adverbia nasci soleant.

7. Quae cum ita sint, attenta (b) doctorum ambiguitate sibi ut videtur dissonantium, consulendum nobis est, ut ea quae a nemine dubitentur, statute ac definite sumamus; id est ut a participio praesentis temporis neutralis verbi, atque ab eo quod passivi verbi *et* communis, quod (c) sit praeteriti dumtaxat temporis, adverbia semper sumamus, ut est perseveranter firmate scrutate. Secundum hanc regulam etiam in comparatione et praelatione participiorum, adverbiorum quoque ratio servabitur.

8. Adverbia autem quae in ·im· syllabam mittuntur, non ex uno initio sumuntur. Quaedam namque eorum *ex* adiectis nominibus veniunt, ut caelestim fortim. Quaedam vero ex possessivis pronominibus nascuntur, ut meatim nostratim. Quaedam etiam ex participiis verbi passivi, ut strictim singillatim: nam singillo trite legitur, iuxta illud Donati (d) eloquentissimi et modestissimi viri dicentis " Non est mediocris vel facilis negotii bonum sin-

(a) Cod. *docte usculate*. (b) Cod. *intenta*. (c) Cod. *quae*. (d) Cod. *Dni*. Num pro *Dnis*?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

gillare a malo ,,. Nonnulli etiam ex primis nominibus venire adverbia suspicantur, ut partim, quod sit ex parte dictum; et voluntatim, ex voluntate.

9. Quid nunc? Quia de adverbiis alicubi dixisse me arbitror, sermo breviandus est: ante cuius finem, illud mihi Aeneae memorandum est, quod cum interrogassem eum, utrumne adverbia componi possint, sicut et ceterae orationis partes, ita mihi respondit. Quid me interrogas id quod tritum est? Nam adverbia duas compositionum regulas habent; primam, quae secundum partem ex qua venire intellegitur, ut edocte, indocte, insipienter, inepte, reprobate, appense: secundam, quae in adverbiis localibus, si subiunctive ponantur: cuius rei causa erit, cum aliud locale adverbium in quacumque scriptione praecesserit. Tunc dicis ·ibidem·, sicut etiam hic mos in pronominibus saepissime invenitur, quando cuiuslibet persona ante prolata, sermone prosequente dicatur ·idem· vel ·eadem· Etiam adverbium ablativi casus pronominalis simile, ut ·illo·: nam saepe dicimus ·illo· exibimus (a), hoc est ·illuc· Sic et ·quo· cum dicis, nunc quo vadant. Sed haec adverbia mobilia semper sunt. Quia autem hiis dictis supra memoratus Aeneas suum finivit sermonem, mihi quoque hanc epistulam (b) scribendi hic terminus ponendus est.

EXPLICIT QUARTA DE ADVERBIO.

(a) Cod. *exhibimus*. (b) Ita heic cod. verissima orthographia. At alibi *epistola*. Nimirum vera lectio per *u*, quam constanter retinent lapides codicesque antiquissimi, hoc loco ab amanuens seequioris aevi non fuit immutata.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

INCIPIT QUINTA DE PARTICIPIO.

1. Dicturi de participio, de quo et a nobis et a plerisque doctoribus sermo frequens factus est, illud mei Aeneae in prohoemio operis commemorandum puto. Optimum etenim est et valde peroptimum omnem discipulum in fine omnium scriptorum atque initio, praeceptoris sui indefessam facere mentionem, quem humanae disciplinae tertium sibi patrem vocant. Itaque Aeneas meus triplam participiorum adsentitur virtutem: quod in libro de omnium artium virtute scripto atque ordinatim digesto tali edidit modo. Prima, inquit, virtus participiorum, quod nomen et verbum duas principales orationis partes obtinet. Secunda, quod sicut verbum fuerit activum, eodem modo et ipsum agit. Tertia, quod si in fine testimoniorum positum fuerit, pro verbo accipiatur; quod tamen non iugi consuetudine sed raro accidit. Haec Aeneas.

2. Sciendum in primis est, totum participium per omnes sex casus duplices agere solere, illo dumtaxat verbo, cuius sit significationis agens. Nominativus casus participii modi et ablativus saepe pro se invicem ponuntur: quod utrum sit rectum an secus, eorum qui ita scribunt arbitrio relinquamus. Nam pro nominativo ablativum participalem positum saepe invenimus, secundum illud Glengi, hoste per portas inrumpente: quibusdam opinantibus

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

septimum ex utroque nomine casum adsumi, quibusdam vero secundum Galbungi traditionem asserentibus octavum potius utriusque nominis nunc (a) casum sentiri oportere: quod et Aeneas probat: unde et scribens mihi, quoddam nomen ita declinavit, person, personis, personi, personem. Et cum ad ablativum venisset, eundem casum triplicavit charaxando (b).

3. Cuius rei ergum (c) inquirenti mihi, ita exsolvit dicens: sextus casus, qui est ablativus, et septimus atque octavus, litterarum forma similes sunt, nisi dictione ac sententiae qualitate discrepaverint. Sed si dictione (d) discernuntur, ablativo casu " ab hoc persone bene clamatum est ,, . Septimo casu " hoc persone clamatorie fruuntur ,, . Unde reprobandi sunt qui dicunt fruuntur ab eo sive eum sive eius: huiusmodi enim verbum fruor, sicut et nonnulla alia similia, nulli alii casui nisi soli septimo adiungi debet. Octavo autem casu " hoc persone declamante ,, . Pro quo casu, ut diximus, nominativus in lectione saepe ponitur, ob hanc puto necessitatem quia in eadem dictione alius nominativus casus verbo (e) principali, quod primum loquitur, personaliter adiungatur. Sicut in versu Bregandi Lugenici legimus: " solus Cato miles, populus turbatus, in acie stetit ,,. Quasi hoc dixisset:

(a) Cod. n̄. (b) Nempe *scribendo*, ut etiam alibi loquitur noster. (c) Ita cod. pro *causam*, ut p. 15. Superest in communi sermone *ergo*; ut *tui ergo*. (d) Cod. *addocte*. (e) Cod. *verbi*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

solus, populo turbato, stetit. Quod multi penitus ignorantes, verbum posuere ·est·, quod omnino sine coniunctione causali fieri non potest. Nam si hyperbatico more in media dictione commixto alium ordinem posuisset, sicut non raro legimus, hoc modo egregius doctor edidisset (a): " solus miles, turbatus enim populus est, in acie stetit.

4. Sed nunc ad participii expositionem, unde paene excessum est, opportune revertamur. Participium pars communis est orationis, quod generibus et significationibus supponitur (b) ac suffulcitur. Sed participium temporis praesentis ex nomine omnis generis esse definitur, *sed* propriis generibus profertur (c). Dicunt quidam, quaedam participia a verbis et nominibus quasi quodam coniugio procreari. Unde et eumdem nominativum habent nomina primae positionis atque ipsum participium, ut sensus, gressus, intellectus, quaestus, cultus, plantatus, et cetera: nam hoc participium sensus ex verbo passivo rite assumitur, quod est sentior: sic enim praeterito tempore declinatur, sensus sum, sensus es, sensus est. Est etiam nomen quod sic declinatur, sensus, sensus, sensui. Verumtamen quia hoc nomen sensus ex verbo nascitur, ideo participium non ex nomine sed ex verbo venire credendum est.

5. Sed in declinatione similitudo disparatur:

(a) Cod. *eredisset*. (b) Cod. *suff·mitur*. (c) Cod. *proprius generibus praeferuntur*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nam nominis declinatio haec est ; sensus , sensus : participii autem , sensus , sensi , senso , et cetera. Versus autem a quibusdam in nomine non recipitur principali , sed in participio : ibi autem vorsum scribunt , quia vors ipsa pagina dicitur , Lucano dicente " vortibus egebunt multis. ,, Mihi autem videtur et versus paginae etiam scriptus non esse antiquandus ; quia cum paginam scribens ab initio per longum lineam usque ad marginem feceris protendentem , manum rursus ad caput descriptae vertere necesse habebis. Eadem consuetudo etiam in legendo , ipso quoque visu oculorum servanda monstratur. Participium praesentis temporis sicut omni generi ita etiam omni personae convenire credendum est. Numeri participiorum et figurae ex utroque nascuntur.

6. Verum de participiis ista sufficere crederemus , nisi quia quaedam quaestio doctoribus imminet , ut putent omnia participia omnis temporis pro verbis ponenda , sicut Ossius , et Perichius (1), et Galbarius , et ceteri latinorum praesumunt. Nam Galbarius in quodam volumine immenso , quod de commentariis creati saeculi condiderat habundanti quidem et eloquenti (a) , omnia paene participia pro verbis sumpserat . " In ,, principio quidem , inquiens , contuebilis mun- ,, dus ab incontuebili potestate creatus , sole et

(a) Cod. *sed elocuti.*

(1) Num idem est qui *Paperitius* p. 27. n. 3 ?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

„ luna omnibus etiam astris varia pictura splen-
„ dentibus (a) ornatus, nascituris in eo morta-
„ libus sensus loculentissimi conlaturus adaper-
„ tionem, et in omnium fine resolvendus aut
„ etiam reformandus „. Vides omnem texturam huiusce operis per participia verborum loco posita directam. Et haec consuetudo vetusta tenuit fortitudinem per multas Africae atque Europae provincias, ut participia pro verbis sumi soleant. Sed nos, quibus hoc scribendi studium a doctoribus nostris non est traditum, ut aliud pro verbis legere aut scribere soleamus, requiramus utrum quis antiquorum patrum, quorum contraire doctrinis maximum nefas est, participium umquam pro verbo sumpserit, aut sumi praeceperit. Quod si invenerimus, nos quoque mutata sententia, licet prohibuisse nos meminerimus verbum ex participio effici posse, nostram tamen inmutabimus definitionem.

7. Verum utrum participium, secundum nominum regulas, comparationis gradus recipiat, diligentius indagandum est. Nam multi arbitrantur participium non posse omnino comparari, quos authenticae lectionis arguit (b) amplitudo. Restat igitur ut regulam illam, quam adverbiis ex participio sumendis posuimus, etiam gradibus participiorum rite comparandorum teneamus. Participium temporis praesentis neutralis verbi indubi-

(a) Cod. *pendantibus.* (b) Cod. *eum* pro *arguit.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tanter hiis gradibus comparatur : dicis enim audens audentior audentissimus , instans instantior instantissimus , fidens fidentior fidentissimus , egens egentior egentissimus. Sic et illud passivi verbi praeteriti temporis , cum dicis doctus doctior doctissimus , paratus paratior paratissimus , laudatus laudatior laudatissimus.

8. Verum si quis nobis dicentibus participium verbi activi temporis praesentis habere comparationis gradus , obicere voluerit , ac dicere quod quoties haec participia comparata fuerint , quae infra sumus posituri , ut sapiens amans , quia haec rite comparantur , nomina potius participiorum similia debeant aestimari , non mihi videtur arguendus aut etiam improbandus. Nos quoque ipse non improbet , qui quod a peritis nostris didicimus , instanter defendimus atque asserimus. Astipuletur mihi in hoc Maevius vir in carminibus dulcissimus , de quo illud pro centum est : " qui ,, favum mellis non amat , odit tua carmina , Mae- ,, vi ,,. Hic eloquentissimum carmen in octo partes orationis edidit , in quo haec ait : " partici- ,, pium generis omnis tam ex verbo quam etiam ,, ex nomine comparativum rectogradum trahit ,, iure : sed et superlativum eodem receptat mo- ,, re ,,. In quo ostendit omne genus non solum appellatorum nominum verum etiam verborum hiis praedictis gradibus comparari.

9. Sunt etiam participia , quorum verba non

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tam usitata sunt, et ideo negantur fieri participia, sed aestimantur nomina esse participiorum similia, ut togatus, tunicatus, mitratus, calciatus, gladiatus, scutatus. Quod si ita est, secundum hanc rationem et haec ita esse dicamus, praecinctus, vestitus, amictus; quorum tamen verba omni legenti parantissimo (a) frequentissimoque suppetant usu; et quomodo (b) illud Aeneae stabit? "milites, inquit, tunicantur ,,. Et iterum, " quis gladiabitur in bello? ,, Horatius quoque " magno, inquit, impetu facto hastavere se om- ,, nes et calciaverunt et scutantes se inruerunt ,,. Vides ecce quomodo haec activa inveniuntur, et non modo activa simpliciter verum et tripliciter: manifeste enim ostendit sensus lectionis haec verba secundum activam significationem bis agere, et secundum passivam tertia vice. Dicis enim hastavit se hasta, et hastatus est hasta. Hoc et de omni verbo, quod ornandi decorandive efficientiam tenet, incunctanter accipi potest, ut orno, corono, calcio, vestio, amicio, cingo, tunico, hasto, gladio, mitro, armo, spolio, nudo, amicio, fraudo. Sic et secundum animi ornamentum, ut doceo, erudio, imbuo, instruo, informo.

10. Verum huius epistolae opportunus quidem

(a) Ita cod. pro *paratissimo*. Certe in vetustis monumentis prope constanter legitur *desiderantissimo* pro *desideratissimo*, *reverentissimo* pro *reverendissimo*. (b) Cod. *et quo*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

finis immineret ; sed et quaestio quae perdifficilis est ad solvendum , cogit sermonem paulo longius progredi. Etenim cum a deponenti verbo tria participia venire non dubitetur , est verbum deponens ex quo quattuor participia trahi videntur , ut orior ; ex quo est oriens , oriturus , ortus , oriundus. Quaeritur itaque qualiter hac ratione uti debeamus , cum verbum passivum non sit , ex quo trahatur. Oriundus videtur quibusdam non esse participium , sed nomen participii temporis futuri simile , ut furibundus , laetabundus , gaudibundus , natabundus. Sed haec opinio *non* mihi videtur esse conveniens : nam participium oriundus nemo ambigit. Sed super hoc Galbungum interrogavi simulque Aeneam , ab eisque uniter audivi , quia hoc participium , sicut et ortus , praeteriti temporis sit ; unde et in annumeratione participiorum interposita coniunctione distinctiva , sic dicimus , oriens , oriturus , ortus , et oriundus : ex quo ostendimus , haec duo participia unius esse temporis : et ideo recte scribimus oriundus erat.

11. Sed hac soluta quaestione , alia in eodem participio suppetit quaestio , quare non scribamus oriendus , cum sit oriens. Qui prudenter verba noverint scribere , distinctionem in omnibus servant , in modis et personis. Sic enim declinatur , orior oriris oritur orimur orimini oriuntur. Sic et in omni verbo tertiae coniugationis sive productae

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sive etiam correptae, ·u· in tertia persona pluralis numeri semper adsumitur, ut audiunt, legunt, metiuntur. Hoc ideo, nam si (a) ·e· scribatur, futurum tempus aestimatur. Videtur tamen mihi mirum esse, quare non sic scribatur oriendus per ·e·: forte ne passivum putetur esse verbum, ut legendus. Rursus quaero, cum oriundus scribatur, quare etiam in participio temporis praesentis non ita scribitur, oriens oriuntis. Hoc non est consuetudinare (b), nisi in participiis verborum quartae coniugationis, ubi per ·i· et ·e· in nominativo casu; in reliquis casibus, dempta ·e·, per ·u· ponuntur, ut est iens euntis, sic quiens queuntis, transiens transeuntis, et cetera.

12. Alia nobis quaestio imminet solutionis satis indiga, quare saepe invenimus scribi standum, sedendum, audendum, loquendum, cum neutrali verbo nonnisi duo participia venire consuescant; et a deponenti tria tantum trahantur: hoc autem videtur participium passivi verbi imitari, cum dicis gaudendum sive meditandum. Sed hoc ad impersonalia verba referendum, quorum participia sunt haec quae praediximus. Sunt et participia quae deficere putantur temporibus, quod valde mirum est, cum ipsa verba non deficiant. Credere itaque non debemus quod participia, verbis adhuc ex integro positantibus (c), deficere pos-

(a) Cod. *nisi*, pro *nam si*. (b) A masculino *consuetudinaris*.
(c) Cod. *possitantibus*, sed prior *s* superposita fuit. Num *poscitantibus*?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sint. Participia autem talia sunt : studens , nam participium hic temporis futuri a plerisque negatur haberi, ut studiturus non dicatur; quod ignoro quam bene putetur : nisi forte cum praeteritum tempus indicativo modo verbi huius non accidere credatur ; quod penitus non convenit , quia saepe legimus studui. Est etiam aliud participium temporis futuri, quod solummodo ceteris abdicatis inveniri posse aestimatur, ut urgendus, quasi *ab* urgens legi non possit; quod quam frequentissime legimus, et exemplis non indiget. Sic etiam urgiturus, et urgitus. Dicunt etiam quod coeptus defectivum participium sit : compellimur et nos in hoc assentiri eis , quia incipio neutrale verbum est. Si forte dicas quia capio activum est, ex quo coeptus; non ita est : nam ex illo secundum passivam significationem non coeptus sed captus venit .

13. Mirans autem quomodo passivi verbi participium a neutrali verbo venire possit, super hoc Aeneam interrogasse memini, et taliter mihi respondit : hoc non esse participium, sed nomen adiectivum participio simile. Hoc Aeneae de isto participio iudicium est. Cum itaque audissem eum definite dicentem quod a defectivis verbis defectiva participia semper esse debeant , interrogavi eum dicens : quomodo ergo , mi domine , ab illo verbo , quod in personis defecit , invenimus participium nasci , ut est decens a

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

decet ? Tunc ad me subridens ait : moneo te, fili, ne similitudine aliqua seducaris : multi etenim non intellegentes vim latinae orationis, ducti similitudine, partes pro partibus ponunt ; sicut et illud, quod saepe legere solemus ·inpresentiarum· confundunt, nescientes quid sit, demunt extremam syllabam, ut ponant ·in praesentia·, facientes ablativum casum cum praepositione, quod omnino conveniens non est. Nam ·inpraesentiarum· unum adverbium facit temporale, ut sit quasi praesentim simile (a) : et in hoc modo seducuntur, quia putant gratis (b) ·decens· participium esse. Nam haec verba, quae secundum personas deficiunt, ut decet, oportet, taedet, et cetera, participia nulla habent. Superest ergo ut decens intellegas nomen esse adiectivum, participii quidem simile, sicut et condecens, indecens, et perdecens. Haec Aeneas. Verum quoniam de participio et in hoc et in supra memorato saepe opusculo sufficienter edisseruisse me arbitror, opportunum huic epistolae finem dabo.

EXPLICIT QUINTA DE PARTICIPIO.

(a) Cod. *simili.* (b) Cod. *natis.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

INCIPIT SEXTA DE CONIUNCTIONE.

1. Videtur mihi, fili carissime, haec pars orationis, quae coniunctio vocatur, similis esse incastraturis quibusdam et nexuris, quibus vincienda quaecumque colligantur molimina (a), maximeque tabulatorum. Tali etenim modo haec particula coniungit et conglutinat dictiones ac sententias: cuius potestatem in quinque species divisam veteres connumerant; quarum prima est copulativa, quae prope dicta coniungit. In copulativis coniunctionibus, quae numero sex sunt ·et· cet· at· atque· ast· ce· graeca adsumitur: extreme enim aput Graecos pro ·et· semper ponitur. Et haec copulativa subiunctivi ordinis fieri solet aput nos dumtaxat: ceterum in sua propria lingua saepe praeponitur. A nobis autem pronomini demonstrativo vel revelativo, quae monosyllaba sunt, subiunctim applicatur, per syllabae illius ut puto adiectionem, ut si dicas ·hicce·haecce·hocce·isce·eace·idce. Sed et omnibus pronominum casibus praedictorum subiungi potest. Sed si forte dicas, quia pronomen relativum generis feminini ·ea· non unius syllabae, sed duarum est; verum est quidem quod duae syllabae sint ·ea·; sed cum id fiat, quando novissimam consonans quaelibet consequetur, ut eam, eas, eos, et cetera, ut una longa littera

(a) Cod. *mnlimina*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

contra duas breves componderata, utraque syllabam faciat; duae solae vocales in unam syllabam redigi possunt: unde quia ·ea· una syllaba est, adicimus ·ce·

2. Non vero necesse fuerit (a) *ut* ·et· duae sint litterae, ·e· et ·t·, sed in copulatione uno stilo charaxantur, et sub una dictura dicuntur. Sed in verbo tertiae personae non ·&·, sed ·et· scribi debet, ut ·vacet· sulcet. Errant etiam qui in copulativa ·ac· et aspirativam ·h· scribunt, quae in solo habenda pronomine est, quod per omnes casus hanc eandem receptat, ut haec huius huic hanc ab hac. Sciendum sane est, quod in coniunctionibus potestas saepe mutetur, pro qualitate sententiarum ac ratione sensuum. Nam ·ast· et ·at· saepe non copulativae coniunctiones sed expletivae, sive ut melius dicimus, discretivae dicuntur: non tam enim sententias coniungunt, quam discernunt: nescio enim quomodo expletivas vocemus, quae et sensum et personas mutant ac discrepare faciunt. Sunt autem hae coniunctiones quae copulant sententias, quaeque licet pro causalibus et rationalibus accipi dicantur, si veritas nominis iuxta qualitatem sensus inquiratur, rectius expletivae dicendae sunt. Quae autem sunt completivae? cum· dum· nam· namque· quia· quoniam· etenim· et ceterae.

3. Mirandum autem, immo deflendum est to-

(a) Cod. *non necesse fuerit et vero duae sint litterae.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

toque lugendum affectu, quod cum ceterae orationis partes, tum maxime coniunctiones, confusae et circumiectae sint, in tantum *ut* inter causales nulla paene distantia sit. Donato meo parcam, qui hanc orationis partem maxime confundit, quod frater eius Don, rectissime reprehendit, quia rectissime iteravit. Sunt coniunctiones iterativae quae eumdem sensum eamdemque sententiam iterant; quae sunt ·item· itemque· itidem· identidem· tantumdem· rursum· denuo·iterum. Sunt tamen *inter* Afros scriptores qui haec adverbia potius affirmant esse iterandi.

4. Causales autem coniunctiones sunt quae retractandi et quodammodo destruendi sententiam habent causam; quae sunt ·si· ne si· nisi· tamen· verum· saltim ne ·sed· donec· usquequo ·quoadusque· usquedum·quatenus·quamdiu·quamvis·quamquam· quamlibet·siquidem·et certe. Rationales autem sunt quae ex praecedente sententia rationem sequentis requirunt; quae sunt .ergo ·ideo· idcirco· itaque· propterea· epita· (a) ·igitur· ceros· (b) ·quamobrem· proinde· per hoc· quapropter· propterea quod, et cetera. Sunt etiam quaedam coniunctiones *quae* adsimilativae dicuntur eo quod a verbis similitudinis respondent, ut ·sic· ita· proinde. Sunt etiam pariter quae et adverbia et coniunctiones communi modo dicuntur, ut ·paulatim· utique· etiam· equidem· interea· propterea. Dicimus e-

(a) Ita cod. (b) Hoc est graecum ἔπειτα.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nim ·interea· coniunctionem rationalem pro ergo. Dicimus etiam ·interea· adverbium temporis pro tunc. Dicimus etiam loci adverbium, ut ·ubi· Tunc etiam ipso dictionis breviatur accentu. Sunt etiam coniunctiones revelativae, quae sensum revelant, ut ·scilicet· videlicet· ilicet·

5. Scire et hoc debemus quod coniunctiones omnes aut praepositivae, aut subiunctivae, aut communes sunt. Sunt etiam quae nullius ordinis. Sunt praepositivae ·et· at· si· quoniam· ac· atque· ·porro· ceterum· ceros. Subiunctivae ·autem· vero· ·que· scilicet, et ceterae. Communes ·ergo· itaque· ·ideo· idcirco· per hoc· quod· proinde· epita· igitur· ·que· Nullius ordinis sunt ·iterum· paulatim· saltim: non enim ad ordinem dictionis, sed ad qualitatem sensus attinent.

6. Possim quidem de coniunctione paulo latius tractare, sed quia et a nobis et a multis saepe scriptum est, idcirco posita una dictione, quae utilis fore legentibus censenda est, cetera relinquemus intacta. Duae coniunctiones si simul in dictione positae fuerint, id est completiva et rationalis, a sese solventur, et nullius alterius sententiae ratio poscetur: ut, quoniam ergo, quia igitur, ideo quia, unde quoniam, quoniam idcirco, et ceterae. His dictis finis epistolae imponendus est.

EXPLICIT SEXTA DE CONIUNCTIONE.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

INCIPIT SEPTIMA DE PRAEPOSITIONE.

1. Septima mihi epistola de praepositione ordienda est. Sed quia de usitatis praepositionibus usitatus sermo paene pueris philosophorum est, idcirco et inusitatas praepositiones ex quarto philosophicae latinitatis genere sumamus. Hoc primitus scientes quod monosyllabae praepositiones nullum aliud praeter usitatum genus habeant, ut ·a· ad ·e· de ·ex· pro· prae· cis· post· trans· in· ·sub· cum ·clam. Hae (a) in nulla expolita (b) qua utimur latinitate habentur. Da ergo praepositiones casus accusativi: ·con pro aput; salion pro ante; cyron pro adversus et contra; trasso pro contra; matyrion pro circa; rectim pro érga; statuim pro pone; relas pro prope; farax pro secundum; longeon pro ultra; sarium pro praeter; sepelum pro supra; gabil pro usque; caom pro penes; livim pro iuxta; levim pro secus. Nunc ablativi praepositiones: respon pro coram; aspon pro palam, pro ipsa (c), pro sine; absit pro absque; aram pro tenus. Item ad utrumque communes, padon pro super; lindon pro subter; madus pro subtus.

2. Nunc nisi molestum est, ut haec luceant quae paululum obscura sunt, maiorum demus exempla. Loquitur ecce Andrianus quidam, vir in

(a) Nempe *quae sequuntur*. (b) Cod. *expta*. (c) Ita cod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

solvendis problesmatibus (a) admodum eruditus " con (1) tecta numande iubelos soni et laetitiae ,,. Hoc est dicere , aput habitatores tectorum. Glengus quoque ille nostri Maximiani pater in expositione de diis facta ita exorsus est: " salion solem ,, dii erant ,, id est ante solem. Idem (b) etiamsi in latinitate opimus erat, alio intulit in loco " se- ,, pelum pereneum vissere montem ,, id est supra montem. Galbungus quoque in quadam epistola ad asianum scripta Gargilium " altitudo , inquit , ,, eloquentiae tuae gabil pervenit aethera ,, id est usque ad aethera. Ego quoque olim " bellatis , ,, inquam , cyron me ,, hoc est contra me. Harum praepositionum accentus non tam subtiles sunt in versu quam necessarii propter tegenda mysteria , et propter experimentum docendae huius latinitatis. Haec de inusitatis praepositionibus dicta sufficiant ; nunc ad nostras redeamus quae in usu semper sunt.

3. Nulla praepositio debuit in D· finire , nisi quod nos necessitas cogit discernendorum utique sonorum , maiorum scita transgredi. Nam quia adverbium in ·T· exire certissimum est , et coniunctionem , ut ad , cogimur in praepositione adscribere per ·D· Nam ·at· aliquoties adverbium temporis est praesentis, iuxta illud virgilianum (2) " at per-

(a) Ita cum *s* etiam in aliis mss. veteribus. (b) Cod. *id est.*

(1) *Con* pro *apud* , in prima huius operis pagina.

(2) Nempe Virgilii haud epici.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

„ gite ad proeliandum „ id est nunc pergite. Aput autem per ·T· semper scribi debet : sed quia aput nomen scribitur neutrale ligni scilicet illius , quo tundenda quaeque et terrae iniectanda feriuntur , idcirco apud per ·D· scribere solemus.

4. Inter cis et citra hoc interest , quod cis ad proximiorem , interposito dumtaxat monte et flumine; citra vero ad longiorem pertinet locum , unde et citeriora et longiora dicuntur. Trans vero ad utrumque referri potest , licet motabiliter , hoc est in transitu tantum sic accipiatur. Nam quicumque scribere et etiam dicere audent aliquos habitasse trans mare , non incaute tantum sed pessime ac perversissime dicunt. Ita enim ordiri debent sententiam , ut dicatur trans mare vadunt et veniunt ; habitant vero cis mare et citra. In ultra et citra non pauca distantia est : nam citra etiam montis et fluminis interiectu dici potest ; ultra vero ad ultima vel remotissima loca et deserta semper refertur . Inter absque et sine hanc veteres ponebant discretionem , quod sine semper in bonam ferebant partem , absque autem in malam , ut sine peccato , absque sapientia . Sed hoc observamentum utrinque confusum est . Non autem satis certum est utrumnam utrumque utroque dici possit modo , an potius scriptorum errore ordo ratioque dictorum commixta sint. Hoc sane omnibus recte legentibus datur intellegi , quod ·sine· incommutabili ratione ad id referatur quod cuiquam rei omni-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

no non inest ; ·absque· vero ad duplicem sensum pertinet , sive eius rei qua quis in totum caret: ut dici solet , animalia sunt absque intellectu , intellectum utique non habentia : sive eius *rei* , excepta qua , ceterae et obscurantur et negantur ; et etiam eius cum qua simul aliqua vindicantur.

5. Multa sunt huius rei exempla , iuxta illud quod et ego hesterno feceram anno , cum librum de mundi creatione commentariorum adversus paganos ediderim , cuius principium est : " absque ,, Deo nullus est solo , qui omnia creat ,,. Huc et obscuratio et negatio simul et elucidatio continetur: cuncti enim dii qui dicuntur , obscurantur et negantur , et solus omnium laudatur Deus. Hunc sensum habet et ·praeter·, secundum illud " nullus praeter te sapit ,,. In eo autem quod Andreas quidam (a) scribsit de Pyrrho " absque ,, Asiae (b) , inquit , viribus , in comitatibus habuit ·X· milia ,, hoc *est* dicere , cum Asiae viribus. Tenus a multis subpositio , eo quod subiungitur , sic vocatur ; ut dicimus , nocte tenus. Et composita ·qua· coniunctionem ex se reddit causalem , ut quatenus dicat , hoc est usquequo dicat. Ante quoque duplicem habet sensum : sive enim de anterioritate temporis dicitur , ut illud " ante saecula fuit ,, : sive etiam pro coram accipitur , uti illud " ante tribunal sedebat ,, hoc

(a) Cod. *quidem*. (b) Cod. *Asia*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

est coram tribunali. *Inter* circum et circa et erga a nobis pridem quid intersit ante expositum est. Itaque de praepositionibus haec breviter satis edicta sint.

EXPLICIT SEPTIMA DE PRAEPOSITIONE.

INCIPIT OCTAVA DE INTERIECTIONE.

1. Nunc de *interiectione* pauca dicamus. Interiectio est quidem pars orationis, sed tam inusitata, ut nisi quia a Graecis non adnumeratur, latina esse non putetur. In oratione autem, quae raro a nobis legitur, multae interiectiones sunt, earumque significationes copiosae. Gloriandi, ut ·rassam· rave· samia· sarap· Laetandi, ut ·euge· salecum· Post clamandi, ut ·heve· hunave· Festinandi, ut ·max· et ·cetiu· salum. Laborandi, ut ·faticalpin· eugan. Mirandi, ut ·evax· affario. Suadendi, ut ·ques· goos. Gemendi, ut ·tatans. Lugendi, dolendi, ut ·pappen· leon. Haec de interiectione dicere contenti, cetera praetermittamus: nulla enim paene earum ad dicendum nobis prompta est, excepta una quam paene praetermiseramus, quae est lamentandi cum aspiratione dicenda, ut ·vae·, quae tam firma est,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ut a multis ambigatur utrum nomen an verbum an certe adverbium sit.

2. Liceat in clausula operis mei ludos tibi philosophorum exponere, licet ex pluribus paucos tres de Aeneae ponamus sermone. Dixit mihi: " vide, ,, fili, doceat te lapis hic nudus, quem vides aquis ,, conrosum; sic sapiens aquis suis conroditur, hoc ,, est sapientiae studiis infelix in mundo habetur (a). ,, Vides praeterea solem morientem; ecce, inquit, ,, equus (b) ex suo silit repagulo, totum percur- ,, rens campum, quoad idem equile reversurus ,, mulae cum pullis locum dat siliendi in campo ,, caelorum (c). ,, In mula lunam, in pullis stellas, in repagulo mare significans. Tertium dixit: " quis amat, nisi qui non redamat? ,, Galbungi ludus est " Quae, inquit is, tota una transvo- ,, lans hora puncta? anthropea (d) mens uno sub ,, totum momento pervolans polum. Mei quoque ,, lurculi (e), et*si* in cunctis tibi pareant minimi, ,, qui plus (f) aedificent quam noceant lectorem. ,, Vastum (g) personet ponticum ponto (1): ex ,, natum naturo natum naturam nataturus: terni

(a) Cod. *infaenosum in mundo habeta.* (b) Cod. *decius.* (c) Cod. *caelum.* (d) A graeco adiectivo ἀνθρωπεία, *humana.* (e) Ita cod., veluti diminutivum τοῦ *lusus.* (f) Cod. *quae pius.* (g) Cod. *vatum.*

(1) Quae sequuntur obscurissima, partim quidem mendosa ut reor sunt; sed tamen pertinent ad illam latinitatem inusitatam et mysticam vel barbaricam, quam non semel grammaticus noster commemorat et usurpat; cuius latinitatis nos quoque luculentum exemplum, edendo opusculo, cui titulus *hisperica famina*, infra dabimus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

„ terna flumen fontes fronda ex una undatim datu-
„ ri sepna semper atur aspir annis perennis rec-
„ tis re perque tura toregmatis magna dī decies
„ dena dilfensum quam possit malos minuatur (a)
„ atrocis aevo seu igneo (b) nymphae neganda gna-
„ ro ab ignando gnaris ab gelandis ·i· et ·o· lectisque
„ lux oro suis solim in throno trino uno omni
„ praesim potenti Deo digna regna regnaturo toni
„ per cuncta cunctorum aeterno aevo es andi (c)
„ saecula „.

FINIUNT BIS QUATERNAE MARONIS EPISTOLAE FELICITER
A (d) SALTORE PERSCRIPTAE.

(a) Cod. *minulatur*. (b) Cod. *ignd · · o*. (c) Pro *ante*? (d) Deest praepositio *A* in codice. Vocabulum autem *Saltore* perspicuum est.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

IN NOMINE DEI PATRIS MARONIS VERGILII ORDIUNTUR EPITOMAE.

INCIPIT I. DE VARIA RATIONE LATINITATIS.

1. Toto proficit in polo nostrae connumeratio litteraturae, quia non pecuniarum contractu sed sapientiae quaestu ratiocinamur. Sapientia autem ex sapore sic nominatur (1), quia sicut in corpore fit gustus, ita et in animae motu quidam sapor est, qui artium dulcedinem gustet, qui verborum sententiarumque vim discernat, amara quaeque refutans, suavia vero consectans. Amara quidem dicimus quae sectarum (2) contraëunt veritati;

(1) Gainfredus grammaticus in cod. vat. p. 1. sic. *Ex sapore, Virgilio testante, sapientia nominatur; quia sicut in corpore gustus fit, ita et in animae motu quidam sapor est, qui artium dulcedinem gustat, qui verborum sententiarumque vim discernit, amara quaeque refutans, suavia vero consectans. Amara quidem dicimus, quae sectarum contraëunt* (in cod. *contrahunt*) *veritati; suavia vero quae uniuscuiusque artis ac disciplinae suggerunt rationem. Haec sapientia biformis est, aetherea id est caelestis, telleaque id est terrena, hoc est humilis et sublimis; humilis quidem quae de humanis tractat rebus, sublimis vero quae ea quae supra hominem sunt internat ac penetrat.*

(2) *Secta* pro *dogma*; uti apud Iul. Paridem a me editum lib. II. 2. 2; et in fragmentis Arianorum collect. vat. T. III. part. II. p. 220.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

suavia autem quae uniuscuiusque artis ac disciplinae suggerunt rationem. Haec sapientia biformis est, aërea telleaque (a); hoc est humilis, et sublimis: humilis quidem quae de humanis rebus tractat; sublimis vero quae ea quae supra hominem sunt internat ac pandit. Nemo sane in hac me carpat pagina (b), quod veluti praeposterato telleam aëreae ordine antetulerim; cum scandentium hic mos (c) sit, ut ab inferioribus incipiant, et ad superiora scalatim tendant (d). Unde et comparationum gradus hoc modo ponimus, ut primum positivum, atque (e) celsiorem dein comparativum, exin superlativum ordiamur. Huius itaque sapientiae per illum hominem similitudo demonstratur, qui plastum telleum, afflamque (f) habet aetheream. Haec ergo pars sapientiae, quae humilis est, sublimi servire debet, sicut et plastum afflae. Unde etiam nos qui philosophiae artibus nimie studemus, quamlibet his quaedam eorum, quae antiquioribus Hebraeorum legibus quas divinas autumant caelitus promulgata sunt, contrariari videantur, non audemus tamen telleis (g) celsa subicere. Hoc ergo nobis omnimodatim catizandum (h) est, ut nostram eloquentiam, nostrum studium, nostrumque leporem, in illius aethereae legis construmentum ornatumque ministremus.

(a) Sicuti a *terra terrea*, ita a *tellus tellea*. (b) Cod. *pada*. (c) Cod. *non*. (d) Cod. *fendiat*. (e) Cod. *ac fide*, pro *atque*. (f) Ita cod. pro *afflatum*. (g) Cod. *de celsis*. (h) Ita cod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Etenim quicumque hance, quam nos valde emulem (a) putamus, ita defendunt peritiam philosophorum, ut auctoritatem primae Hebraeorum minuant, et huicce quamvis ornatae recentiori postferant, in cassum omne suum expendunt audatum (b). Sed his praetermissis, ad ipsius latinitatis, quamvis (c) in illa sapidinis est minimum (d), rationem (e) transeamus.

2. Latinitas autem, ut quidam retur, ex Latino orta est, quasi qui ipsius linguae auctor extiterit (1). Latinus quidam (f) fuit Annaeus (g), quem bis centenarium fuisse ferunt; sed quia hic Beli (h) cuiusdam regis temporibus fuerit, et longe ante linguarum retroacta divisio sit, negare cogemur, latinitatem utpote antiquiorem, ex ipso Latino usurpasse vocabulum: sed potius ut Aeneae (2) ac maioribus visum est, ex latitudine ipsius linguae constat fuisse derivatam. Denique cum hebraeam

(a) Id est *utilem*. (b) Ita cod. (c) Cod. *quem*. (d) Cod. *minima*. (e) Cod. *oratorum*. (f) Cod. *quidem*. (g) Num *Annius*? an potius *annosus*? (h) Cod. *belli*.

(1) Hunc locum, reticens Virgilii nomen, vindicat sibi Gainfredus grammaticus in cod. vat p. 5. *A Latino rege, qui ea inter ceteros auctores recte utebatur, latinitas, sicut quidam dicunt, nomen accepit. Sed alii rationabilius latinitatem ex ipsius linguae latitudine vocabulum sumpsisse ferunt: cum enim hebraeam graecamve in latinam linguam transferre volueris, hanc omnibus modis, loquelis, orationibus, syllabisque latiorem invenies. Nec minus et hoc intuendum, quod haec latinitas propter oratorum ornatissimum leporem oratio nuncupatur: unde et partes orationis intellegendae sunt partes latinitatis.*

(2) Scilicet grammatico.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

graecamve transferre (a) in latinam linguam volueris, hanc omnibus modis, loquellis (b), orationibus, syllabisque, latiorem offendes. Haec autem latinitas propter oratorum ornatissimum leporem (c) oratio nuncupatur: unde et partes orationis intellegendae sunt partes latinitatis. At vero qui partes orationum charaxare (1) volunt, nescio qua auctoritate animantur: nisi forte ut Glengus tractavit, quem Aspozius secutus est, pro sermonibus eloquentioribus accipiendae sunt, quae in octo partes findi solent.

3. Latinitatis autem genera sunt XII·, quorum unum usitatum scitur, quo scripturas Latini omnes atramentantur. Ut autem XII· generum experimentum habeas, unius licet nominis monstrabimus exemplo. In usitata enim latinitate I. IGNIS habetur, qui sua omnia ignit natura. II· QUOQUEVIHABIS, qui sic declinatur; genetivo quoquevihabis; dativo quoquevihabi; accusativo quoquevihabin, veru (d) superposito; vocativo quoquevihabin breve; ablativo quoquevihabi. Et pluraliter quoquevihabis producte; genetivo quoquevihabium; dativo quoquevihabibus; accusativo quoquevihabis; vocativo quoquevihabis; ablativo quoquevihabibus (2). Quo-

(a) Cod. *transsedere*. (b) Sic in aliis mss. *medella*, *tutella*, *querella*. (c) Cod. *laborem*. Sed corrigitur a Gainfredo. (d) Cod. *vero*.

(1) Id est *appellare* seu *scribere*.

(2) Hoc in Italia, nisi fallor, dicimus *parlare in gergo* ossia *furbesco*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quevihabin dicimus, quod incocta coquendi habeat ditionem. III. ARDON dicitur, quod ardeat. IIII. CALAX, calacis, ex calore. V. SPIRIDON, ex spiramine. VI. RUSIN, de rubore VII. FRAGON, ex fragore flammae (a). VIII. FUMATON, de fumo. VIIII. USTRAX, de urendo. X. VITIUS, quia paene membra mortua suo vigore vivificat. XI. SELUSEUS, eo quod de silice siliat: unde et silex non recte dicitur, nisi ex qua scintilla silit. XII. AENEON, de aeneo qui in eo (b) habitat, sive a cuius (c) elementis flatus fertur. Sic per omnia paene vocabula (d) latina ac summa generum subputatur. Finit.

INCIPIT II. DE SCINDERATIONE PHONORUM.

1. Primus Aeneas aput nos phona scindere consuetus erat: quod cum ab eo diligentissime percunctarer, cur hoc faceret, ait: o fili, inquit, ob tres causas phona finduntur: prima est, ut sagacitatem (e) discentium nostrorum in inquirendis atque inveniendis his, quae obscura sunt, adprobemus. Secunda propter decorum aedificationemque eloquentiae. Tertia ne mystica, quae solis gnaris pandi debent, passim ab infimis ac stultis facile repperiantur; ac secundum antiquum, sues margaritas calcent: etenim si illi didicerint hanc sectam,

(a) Cod. *flumeae*. (b) Cod. *de aenea de eo qui in eo habitat*. (c) Cod. *a quo*. (d) Cod. *oracula*. (e) Cod. *sagatate*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

non solum in agris nihil agent pietatis, nihil honoris reverentiaeve inpendent, verum etiam porcorum more ornatores suos laniabunt. Scinderationis autem triplex effectus est. Primus quo versus scindimus, Catone dicente: " mare oceanum classes quod longae saepe turbatur simul navigant ". Hoc enim dicere debuit: mare oceanum saepe turbatur, classes quod longae simul navigant. Secundus quo ipsa scindimus phona et syllabas, ut Lucanus (1): ge· ves· ro· tru· quando tum· a· fec· om· ni· libet aevo. Et sic solvuntur: " quandolibet vestrum gero omni aevo affectum ".

2. Tertium genus, quo litteras scindimus. Scinderatio autem litterarum superflua est; sed tamen a glifis sensuque subtilibus recipitur. Unde et phona brevia scindi magis quam longa commodum est. Cicero dicit: RR· SS· PP· MM· NT· EE· OO· A· V· II. (2) Quod sic solvendum est: " spes Romanorum periit. " Virgiliusque asianus: GGGG. L. B· FF· RR· S· NNN. TT· EAE· I· VVV· EE. Quae sic solvuntur: " glebae gignunt, fruges ferunt ". Aemilius quoque rhetor eleganter ait: SSS· SSS· SSS· S· PP· NNNN· NNNN· GGGG· R. MM. CC. TTT. III. II. PP. VVVV. VVVV. EE. AE. AAAA. A. AAAA. EEEE. EEE. Cuius haec solutio: " sapiens sapientiae sanguinem sugens sanguisuga venarum facta vo-

(1) Lucanus iunior, non ille cordubensis.

(2) Hoc fere apud Italos appellatur *scrivere in cifra*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

,, candus est ,,. Galbungus quoque in laudibus defunctorum, longas lineas texens, in prohoemio suo talia fatus est : Fausti PPPP. PPP. RRR. RRR. LM. SSS. NN. TTT. CIIII. AAA. AA. O. EEE. EEE. V. Quod taliter solvitur : " primae ,, partis procerae partes pleni pupis erant. ,, Porro multi sunt qui instar notariorum, dissimili quidem scriptura, partes latinitatis vel singulis vel binis litteris adnotare solent. Ut Virgilius troianus ad Aviceanum : " regali arcan (1) tibi si li- ,, berali omnem fertilitatem in agris, prolitatem ,, in filiis, mulitatem (a) in coniugibus, bene- ,, dictionem in pecoribus per deos (b) O. ,, Unam posuit litteram pro toto activo verbo, quod in O terminatur, id est opto. Ut Cicero de sole : " magnum, inquit, luminare, quod totum cir- ,, cuit polum, sol .ur. ,, Hoc posuit pro nominatur. Multi praeterea ad hoc scindunt phona, ut ea per syllabas quasdam aliter componere ac dirigere nitantur. Ut Lucius de nomine : " nomen, ,, inquit, in modos scindamus ; latinum utmon, ,, quod est in signum ; graecum nomo ·enne· et ,, ar. (c) ,,.

3. Scire debemus quod multa artium omnium phona latina philosophica mutaverit ratio;

(a) Ita cod. Infra *mulier a mulitudine*. (b) Cod. *prodeor*. Mallem *a diis*. (c) Ita cod. Accedat interpres.

(1) Ita heic et deinceps in codice legitur. Quis autem hunc aethiopem lavet ?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sicut in verbis invenimus vel adiectionem superfluam, vel diminutionem corruptibilem : adiectionem, cum rogavissem vel rogavisse, pro rogassem et rogasse, adiecta media syllaba, scribatur: detracta, rogarunt pro rogaverunt; sic rogarant pro rogaverant, et rogarit pro rogaverit. Solent etiam rhetores mensurandorum pedum temporumque gratia aliquas syllabas in modis addere; ut illud est ·M· Volumnii (a): " ionicum navigabere pontum. ,, Hoc posuit pro navigare. Idem alibi: " flamma au- ,, rum accensa probante ,, id est probat (b). Consuerunt etiam nomina vel pronomina aliis litteris longo aliquando (c) legere modo, ut bonum quod etiam buonum (d), et ago pro ego, quae in multis invenimus. Multi etiam pro nomine aliud nomen, quod litteris magis sit proximum, indere voluerunt; ut meus mei mihi, pro ego. Per varias latinitatum multifariasque differentias quisnam ire (e) potuerit? cum tam multae sint, ut nequeant numerari (f).

4. Omnes partes orationis scindi solent. Nomina, ut ubi sit regnum, ponatur germen, Lucano dicente: " germen Romanorum rectum est ,, hoc est regnum. Pronomina quoque scindutunr, ut ·si· pro ·is·, secundum illud Alexandri: " salvus sit, si qui consulit ,, hoc est is qui consulit. Verba quoque scindimus, ut nodo pro dono, et gelo pro lego. Adver-

(a) Sic scribo. Ceterum in codice *M* videbatur ambigua, deinde erat *volumius*. (b) Cod. *accensi proba ateamini probat*. (c) Cod. *longa aliquam debuit*. (d) Cod. iterum *bonum*. Sed *buonum* habet Fronto, et Itali hodierni retinent. (e) Cod. *quis anuere*. (f) Cod. *numeri*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

bia quoque secundum Hilarium: " locutus sum vobis rhei, pro heri. ,, Participia quoque scindebant necessitate cogente, sicut dicit Cicero: " sapientiam mans in actus exerit ,, pro amans. Coniugationes quoque scinduntur, secundum illud Ciceronis: " qua- ,, siunt vivere vita odibili ,, quasiunt pro quatinunt. Scinduntur etiam praepositiones, Terentio dicente: " quidque faciemus abs te ,, hoc est dicere: absque te quid faciemus. Item: " ne si domino in hac vivitur colonia ,, hoc est sine. Scinduntur etiam interiectiones, tata pro atat.

5. Sciat unusquisque scindentium peritorum, hoc in primis curare se debere, ut quaecumque sic scindat, solutio probet quomodo scindat: non enim recte solvitur a quoquam post quod non recte praeponitur. Tum an graeca vel hebraea nomina verbave scindere debeat, ne praesumat; quia hoc in neutra lingua habetur. Cicero solebat sic scindere phona, ut phoni medium in primo, et medium aliud in secundo poneret versu; iuxta illud: " in qua cuncti manebant simul collecti do iura ,, ineuntes foedera munientes mo ,, hoc est in domo. Mutabat aliquando sua consuetudine, ut non in clausulis tantum, sed in mediis vel primis saepe versibus scissa insereret phona, secundum illud: " hostes proponunt, o cives da dextras, vestro ver- ,, sa iuri re voce, gubernanti fato ,, hoc est dare. Rursumque: " sur sol succurrere clara fulgens luce ,, ge gaudium civili portans salute ,, hoc est surge

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sol. Hoc in disyllabis Cicero faciebat. Item in trisyllabis: " debeo civibus meam rem communem fa, ,, nec avaritiam secter in propriis ce malam, neu ,, rapinam agam in externis re. ,, Hic findit facere. Et iterum: " omne visum ab homine ·cu· delecta- ,, bile, natura fugante ·pi· ipsi indita; ex quo (a) ,, non potest ·ur· cupidine carere. ,, Hic findit cupitur. Item prosectam prosam fecit sic: " lau· con- ,, temptus pecuniae ·da· in omni molimine ·ibi· per ,, amorem philosophiae ·lis· menti fiet peritae ,, hoc est laudabilis.

6. Terentius mutato more, syllabam ex hoc versu trahens, et ex illo aliam, vel commutabat vel minuebat atque addebat, secundum illud: " tempo- ,, ra quae ·prae· suum suo sub iure finem finitum ,, sibi ·runt· mundi compage statuta. ,, Hoc est: quaerunt tempora praefinitum finem. Item: " fortis ,, ensem Aeneas forte portabat, in ·nu· pelta fidens ,, ·ma· tuta tela vibrans (b) vincebat. ,, Hoc est ensem in manu portabat. Varro quoque litteras ·X· versus mutare visus est per denos, secundum illud: " utinam, o viri, dolorem pro vestris ·P· sicuti pro ,, suo genetrix gnato sustinet ·A·! Quis enim forti ,, non dolet amico ·T·, cum eum in multis videat ,, iniuste torqueri ·E·? Cur ergo ne vos quidem ,, hoc iusto vivitis affectu ·R·, vestram ut pro ve- ,, stris cito hauriatis gazam ·E· redimendis, quos ,, iniqua proripuerat praeda ·M·, iniquorum ditioni,

(a) Cod. *qui*. (b) Cod. *vertim*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

,, plebi superbae datos (a)? ·I· Nolite itaque vestris ,, parcere divitiis ·N·, cum sit magis cunctis bonus ,, opibus amicus ·I· ,, Hic primum dictionis verbum PATEREMINI scissum est. Non ergo novum putemus esse morem scindendi (b) phona, cum antiquitus solitum (c) sit fieri: quod his compertum esse poterit, qui scholas africanas, immo qui in quacumque poli parte positas latinas perlustret: a quibus solet etiam aliud scindendi genus adsumi, ut ex duobus quae coniungi debeant, assumpta ex utroque syllaba prima, unum fiat (d) phonum, sicuti cum ordinem ac fidem volumus edocere, Orphei cantus (e) nominatur. Item cum vitam ac disciplinam quis exponit, ludus (f) potissimum edicitur. Sicut senex Donatus intulit: " vidi immen- ,, sam (g), quis capiat? ,, Solent enim integro nomini alia de alio syllabam supplementi gratia superaddere, ut est suaptum; su enim ex suavitate susceptum est.

7. Multa praeterea sunt genera scindendi, quae sparsim in suis libris doctores prodidere: nullus tamen eorum, ut opinor, expositionis huiusce ad me usque edidit opus. Vos igitur hoc facite quod meus magister (h) fecerat, gratuitum gratiarum causa agendarum (i) suae coniugi cantilicum (k), quae

(a) Cod. *superventati*. (b) Cod. *scindi*. (c) Cod. *solitus*. (d) Cod. *faciatur*. (e) Cod. *Orfessui cante*. (f) Cod. *ludis*. (g) Cod. *muesam* (h) Cod. *emeus vestrae*. Num in priore vocabulo latet *Aeneas*, qui reapse nostri Virgilii magister fuit? (i) Cod. *gratuitum gratum agens agendarum*. (k) Cod. *cantilitum*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sibi ex ropha (a) et scephora oleo mixto paene mortalibus inusitatum ferculum confecerat, dicens: "
,, mea uxor, meae divitiae, mea gloria, mea gratia,
,, meum spiramen, quas tibi grates rependam,
,, quae mihi tale ferculum (b) commentata es, quo
,, ne ipsi quidem reges utuntur romani?,, Si ergo pro vilibus grates refert poëta oleribus, quas nostris pro tam dulcibus sapientiae dapibus grates convenit rependere doctoribus?

8. Sunt alia scindendi iura, quae tamen quia trita (c) sunt, silentio velim praeterire. Sed ne quis etiam munusculo se suspicetur (d) defraudatum, unum vobis huius rei ponam testimonium, quod meae clausulam dabit epitomae. De perturbatione sumamus exemplum, quae dictiones (e) multiformes, variasque aliarum sententiolarum in eadem sententia interceptiones solet apponere: quod vitium perversum quidem ordinem, paene tamen immutabilem, per omnes textus lectionum intulerit (f) autoritatem. Ex quibus est illud Aeneae mithridatici belli historiam, immo tragoediam, lacrimabiliter enarrantis: "illo, inquit enim, narrare proponimus
,, (quo metro? dactylico) quod maximum scimus
,, gestum est bellum; in illo, inquam, eodemque
,, quo vicensimum et quintum aetatis expleveram
,, annum. (hoc enim ita esse Aeneas me docuit)

(a) Num pro *raphano?* (b) Cod. *depuli facere.* (c) Cod. *trina.* (d) Cod. *susciperit.* (e) Cod. *dicti.* (f) Cod. *inolerit*, pro *inolerit?*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

,, tempore, Blastus quidam genere frisius (a) Iu-
,, lius (quod vocabulum Blasti a poëtis accipit, quia
,, paene homines pro nimia immanitate mandere,
,, quod Blasti dicuntur facere, videbatur); hic er-
,, go a septentrione (ex hac quippe parte oriundus
,, erat) Romam, Germanorum sibi, quorum socie-
,, tatem amicitiamque pariter adquisiverat, satelli-
,, tibus adiunctis veniens, ingentem urbi populo
,, plebique perdicione per eundem facta: in septem
,, siquidem contra sese dimicaturas civitatem divi-
,, sit partes, et intolerabilem incussit plagam, ut
,, paene tota civitas internecioni se daret.,, Hic autem ordo paene totius testimonii praeposterus est: quem indifferenter ideo relinquimus, quia est unicuique in potestate prout libuerit ordinare; et huic expositiunculae finis in proximo est. Sapientium autem scriptorum est, iuxta haec quae proposuimus exempla, scindere phona. Finit.

INCIPIT III. DE METRIS.

1. Metrorum quidem compositio multifaria est; non enim ad eundem ordinem, naturam, numerum, finem, omnia (b) respiciunt: verumtamen unum nosse debet unusquisque cantatorum, quod metiatur, in quacumque pensatura phona sint. Metrum ex meta nomen accepit, cuius pedes sunt dicti velut quaedam medietates sonorum, quae

(a) Cod. *pheregus*. (b) *omnium*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quoniam necessitate cantandi a poëtis disparata sunt, in tantum ut extrema soni parte in alterum translata, nullum phonum incolume remaneat; hac de causa nullum metrum planum inveniri potest. Multas autem a metro cantilenas, propter poëtarum rhetorumque voluntatem, eorum sectae declarant. Quaedam enim prosa, quaedam liniata, quaedam etiam mederia, nonnulla perquam extensa ponuntur; quorum pauca pro vestra utilitate expositurí sumus.

2. Prosa quidem sunt per brevitatem, sicuti in Aenea lectum est:

Phoebus surgit, caelum scandit,
Polo claret, cunctis paret.

Hi duo versus octo metra habent; primum enim metrum, Phoebus est; secundum surgit; et sic per cetera phona; et ita duo hi collecti sedecim pedibus fulciuntur. Omnes autem prosi versus per spondaeum edi solent. Hoc autem sciendum est, quod inter omnes pedes dactylus et spondaeus principatum habeant. Mederiorum est versuum nec prosos nec liniatos fieri, quod magis pro cantuum modulatu, quam rationis respectu consuetum est; Varrone canente:

Festa deum sollemnia
Publica per canam compita,
Quorum fistulae modulo (a)
Poli persultant sidera.,,

(a) Cod. *fistula modela*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Nunc metire per metra. Primus versus est trium membrorum, quorum primum per spondaeum, et duo sequentia per dactylos ponderantur: ut festa deum I; sol II; lemnia III; et sic per IIII. versus pari lance pensatos (a), bis sena reperies metra, et pedes triginta (b).

3. At liniati versus quinque semper metris metiri debent; secundum illud Catonis elegantissimi rhetoris:

Bella consurgunt poli praesentis
Sub fine; preces (c) tempnuntur senum
Suetae doctrinae: reges (d) dolosi dolos fovent tyrannicos (e);
Deùm (f) cultura multos (g) neglecta per annos.

In his versibus primus spondaeus, tandem reliqui tres dactyli sunt, qui pedes habent ·XLII· Perextensi autem versus ornato quidem sed inrationabili circuitu paene usque ad ·XII· perveniunt, secundum illud Lupi christiani ita affantis:

Veritas, vera aequitas, veraque largitas,
Laudata fides, diurnos dies
Tranquilla*que* tenent tempora.

Nam hi versus, et hoc plus solito, necessaria ut credo, verbi adiectione, ·XIII· metra tenent, cuius pedes sunt ·XXXIII· Sunt autem qui dicunt triphonos aut quadriphonos versus: in quibus quidem

(a) Cod. *pensatus*. (b) Cod. *praece*. (c) Cod. *tringenti*. (d) Cod. *regis*. (e) Cod. *tyrannos*. (f) Cod. *dium*. (g) Cod. *moles*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

non est derogandum, quia poëtis libertas quaedam suos componendi versus a veteribus nostris permissa est; sed tamen indubia fides his non est adhibenda, quia auctoritate canonum nulla suffulti, permissum magis sequi, quam exemplum voluerunt. Quorum versus in medium proferimus.

4. Don quidem, discentis mei Donati germanus frater, hunc versum (a) antiquum (b) in laude Arcae regis Arcadum posuit:

Arcadicus (c) rex terrificus laudabilis laude dignissimus.

Gergissus quoque in commentariis, quos de sole luna astris et praecipue caeli arcu septem viginti voluminibus edidit (d), quadriphonis persaepe usus est versibus, quorum uno tantum in principio posito, exempli et ego gratia, utar. Dicit enim:

Sol maximus mundi lucifer omnem aëra illustrat pariter.

Horum ordines versuum, quia non ad certam auctoritatem sed ad varietates poëticorum cantuum manifestandas positi sunt, indagari a me necesse non est, praesertim cum omnis qui voluerit eos pensare, facillime valeat. Nonnulli aiunt quod unoquoque gressu duum pedum primus elevetur et secundus inclinetur, vel ut proprius solvatur dicunt (e), ut legit, agit, nubit, vadit. Sed nos dicimus quod rectum esse sentimus, quia non minus secundos

(a) Cod. *tcum vorsuum.* (b) Cod. *anticum.* (c) Cod. *archadius.* (d) Cod. *septem viventium volumini.* (e) Cod. *dicam.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

pedes repperimus elevari, quam primos, urgeo (a), ama, doceo, audi.

5. Maxime autem haec diversitas ob similium phonorum discretionem reperta est, ne confusibilitas aliqua nascatur. Dicimus enim nominativum casum sedes, elevato primo: si verbum sit, versa vice secundum levantes pedem dicimus sedes. Sic cum dicuntur reges, primus erigitur: at cum verbum reges, secundus pes elevatur: quod tamen non secundum rationem metrorum, sed secundum discretionis aptitudinem facere solemus. Sicut etiam ·pone· imperativo modo primam acuimus syllabam et novissimam *deprimimus* (b); at e diverso ubi adverbium fit aut praepositio, prima calcata, novissima acuitur. Sicut etiam carminum genera quaedam, quae quamquam extraordinaria esse videantur, tamen a rhetoribus ac leporicis, secundum illectam voluntatem saepiter usurpantur: ut sunt cantamenta et cantatellae, quibus vel maxime Sagillius germanus et Vitellius utuntur. Ut ille quidem in libello de mari et luna:

Cucurrunt una vice
Altante temporum gande.

Iste vero in laude Matronae (1) uxoris suae cantatellas satis intulit, in quadam ita infiens:

Mea Matrona, tuam amplector zonam;

(a) Cod· *ugeo*· (b) Loco τοῦ *deprimimus* et in codice spatium vacuum.

(1) Matrona nomen proprium in inscriptionibus antiquis non semel legitur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Nobis anima una haeret aquae arctum. (a).

6. Et quoniam de rhetoribus ac leporicis mentiuncula facta est, et de metris atque carminibus sermo progressurus est, videtur mihi commodum esse, ut aliquanta de philosophiae generibus memorem. Philosophia est amor quidam et intentio sapientiae, quia fons et matrix est omnis artis ac disciplinae: unde et omnes qui in quacumque parte sive caelesti sive terrestri pura animae et intenta sollicitudine sapificat, philosophus dicendus est recte. Nostrae autem philosophiae artes sunt multae, quarum studia principalia sunt poëma, rhetorica, grammatica, leporia, dialectica, geometria etc., quae non tam emulitatem (b) quam curiositatem praetendunt. Inter poëma et rhetoricam hoc distat, quod poëma sui varietate contentum, angustum atque obscurum est: rhetorica autem sui amoenitate gaudens latitudinem ac pulchritudinem cum quadam metrorum pedum accentuum sonorum syllabarumque magnificata numeratione praeparat.

7. Sed multi in hoc tempore vim differentiamque artis ignorantes, in rhetorica poëma, et in poëmate rhetoricam agglomunt (c), non habentes in memoria quod Aristoteles Alexandri morum (d) magister praeceperit: unaquaeque, inquiens, ars intra suas contineatur metas. Non enim formidant maiorum metas scindere, et nulla reprehensione con-

(a) Ita cod. (b) Pro *emolumentum*. (c) Ita cod. pro *agglomerant*.
(d) Cod. *Silex Alexandri agrorum*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

fundere: de qua pauca pon pigito promere exempla. Lapidus quidam (a) in Asia minore orator praesens, multa reprehensione digna conscripsit; ut illud: sol in occasu metitur maria. Nulla hic veritas est; nulli enim naturam maris profundam metiri possibile est. Ergo dicatur: sol in occasu tingit (b) mare, quo quodammodo transitorie tincto, usque ad Seres (c) festinato proficiscens, tota illis ardentissima fulget nocte. Lapidus itidem dicit: ventus robora labefactat.

8. Gramma est littera, grammatica litteratio (1) totius lectionis semitula. Littera interpretatur legitera, quod est legendi itinerarium (2). Oportere enim de opportunitate derivatur; loqui in morosiore eloquentia est dicere simpliciter, communiterque ad omne dictum refertur. Inter volo et cupio; velle enim ex quadam suavi ac legitima voluntate intellegitur; cupire (d) autem immoderatae cupiditatis est. Dialectica (e) ob hoc dicitur, quia plurima quae sunt grammatica (f) profert. Certamen ex certo loco dicitur. Inter plebes et populus: plebes enim quae

(a) Cod. *quidem.* (b) Dicerem *tangit* nisi sequeretur *tincto* (c) Cod. *possessores* (d) Ita cod. (e) Cod. *Belsa.* Sed legendum esse *dialectica* apparet infra. (f) Cod. *gramma.*

(1) Sic Gainfredus grammaticus in cod. vat. p. 3., cuius ope emendavi nostrum in codice corruptum sic: *gramma est litteraturae pervidatio.*

(2) Hunc locum, dissimulato Virgilii nomine, usurpat Gainfredus grammaticus in cod. vat. p. 3. *Littera dicitur quasi legitera, eo quod legentibus iter ad legendum praebet.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

plenis agris domibusque omni substantia redundans, per hoc nec belli pervicax, nec doctrinae extat efficax: populus autem ex pope, hoc est ex fortitudine vel manuum vel sensus sic appellatur. Inter verus et verax: verus enim ad naturae tantum veritatem refertur, verax autem dicitur qui nequaquam mentitur. Cur quod (a) creaturas pro elementis, et elementa pro creaturis ex nostris quidam posuere? cum elementum aethereum quasi divinum aliquid vocandum sit. אל enim apud Hebraeos Deus dicitur; unde et apud Graecos ἥλιος sol appellatur. Creatura autem vocatur quicquid de terrae materia creatum est. Sunt et elementa initia litteraturae, quae ex elimatione, hoc est ab inscriptione vocitantur. Haec de dialectica arte sint dicta (1).

9. Geometria est ars quae omnium herbarum graminumque experimentum enuntiat: unde medicos geometras vocamus, id est expertos herbarum. Astronomia est quae astrorum omnium cursus lineasque ostendit, in qua arte temporum signa, operum opportunitates intelleguntur: ex qua ·XII· signa principalia supputantur, quae Graeci mazaron vocant, apud quos non ·XII· sed ·XIII· habentur, quorum sunt nomina monmah, tonte, phinon vel damech, perfellea, belgalic, margalet, lutam-

(a) Pro *quid quod*.

(1) Ergo superiores etymologiae potiore iure ad epitomam IIII. amandandae essent.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rion, taminon, raphaluth (1), et cetera, quibus omnis humani generis vim gubernari putant. Haec ideo patitur, quia in prima nocte qua uxorata est, monmah, (a) belgalith cucurrerunt, id est stellae duae. Physica (b) hoc est rationabilis (c), super natura rerum attingit disputationem.

10. Illud quoque omni sapienti sciendum atque scrutandum est, quomodo et qualiter sese plastus homo habeat; qui primo plastum ex limo, deinde afflam ex superioribus; et haec ineffabiliter cuniuncta habet, dissimili natura in semet ipso perfruens. Plastum quidem quasi in materia viliore compactum, utpote ex liquidis et aridis, frigidis rebus conexum, infibulata sibi affla, quae est anima, homo (d) deputatur. Sed quia anima ad hoc tantum imperat corpori, ut animet, sicut et omnia animantia; ergo nisi haec omnia mentem et rationem habuerit, nihil ab animantibus differt. Mens enim de metiendo dicta, quando subtiliorum sensuum mensuram aperit animae; in qua capacitate tali quadam facta superior ratio infusa perfecte eam sapere facit. Triplex quidem in homine status est. Anima quidem naturalia sapit, in qua est ingenium, de ingenio vitae creatoris sibi insertum ac nominatum. Mens autem moralia intellegit, in qua est memoria, qua visa vel audita tenaciter me-

(a) Cod. *moncum.* (b) Cod. *et picam.* (c) Immo *naturalis.* Nam *rationabilis* est *logica* (d) Cod. *numeri.*

(1) Gnosticorum haec vel astrologiae superstitiosae videntur vocabula.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

morat, *ac* velut in quodam integro vase congregans innumeris cogitationibus scatet. Ratio vero superiora et caelestia perlustrans intellectum quodammodo ignitum flammosumque possidet. Non immerito itaque praeceptores nostri Sulpicia (a) atque Istius (b) hominem mundi minoris nomine censuerunt; quippe qui in semet ipso habet omnia, ex quibus mundus constat visibilis: terra enim in corpore, ignis in anima, aqua in frigiditate, aër in cogitamentorum velocitate, sol in splendore sapientiae, luna in incerto et instabili statu divitiarum, iuventus quae est campus floridus, in nobilitate virtutum et multitudine planitiae, montes in exaltatione generositatis, colles in successione hereditatis, valles in humiliatione tribulationis, ligna fructifera in fructibus largitatis, ligna sterilia et loca aspera et voragines in immunditia, spinae quoque et tribuli in malis moribus avarisque hiatibus, serpentes et pecora in simplicitate atque prudentia, mare quoque undosum beluosumque in turbinosa cordis profunditate hominis et in ipsa ratione.

11 His omnibus et aliis temere decursis, ad nostrum propositum, hoc est ad metrorum narrationem fine tenus recurramus. Omnis versus hexametrus (c) et pentametrus poëticus erit. De sapphico autem metro et heroico versu metiendo (d), in

(a) Cod. *Sulpita*. (b) Puto nomen proprium, non pronomen. Num legendum *Histrias* qui infra memoratur? (c) Ita cod. (d) Cod. *metire*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quadam epistola, quam ad discentem (a) Donatum Romam misimus, descripsisse me sufficienter memini: vereor ergo, ne si haec eadem repetivero, fastidiosus magis scriptor quam sollicitus doctor haberi incipiam. De graecis metris autem, quorum natura dissimilis est et longe diversa, nihil hic disputare necessarium reor, cum latinum opus efficiam. Ante omnia autem tria ista omni doctori carmina componere volenti necessaria sunt, ut primum describendarum litterarum notitiam habens, singularum modos mensurasque depingat ac syllabarum, neve versum versui et metrum metro commisceat, ne sua vel suorum arte bene composita, per scribendi imperitiam nihil lucri legentibus conferat. Tum demum ut in orationis partibus et romana veritate non fallatur; ne quod eloquenter se composuisse putarat, ignorata veritate latina, risum pro laude adquirat. Tertio ut in suis carminibus unumquemque versum suo reddat iuri; ne sicut Alexander macedo cuidam sibi laudes carmine decantanti audenter exprobravit, suo vitio pretiosarum sit fuscator margaritarum.

(a) Cod. *duodecim.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

INCIPIT IV. DE COGNOMINATIONIBUS NOMINUM ATQUE VERBORUM.

1. Memini me a Donato, meo discente, vestro municipe (1), hesterno rogatum anno, ut unde caelum dictum sit aperirem: cui respondi non illius temporis fuisse ei operi impendere mentem. Cui rei festinati id temporis vacare non potui, *eam* nunc vestrae dilectioni largibor, alia superadditurus. Caelum ab hoc dici putatur, quia quaedam intra se grandia celat arcana; et ipsum aërum (a) *quia* spatiis nubiumque obstaculis ab humanis celatur obtutibus (b) rectissime nomen accipit. Altum caelum diximus; sed altitudo et profunditatem nonnumquam significat: denique sive mare sive quicquid infra terram est positum, altum nominandum est. Sicut et senex Donatus: " obsecro vos o ,, alti quicumque estis, emittite ad me solem, terrae ,, lucentem diem protinus allaturum. ,, Terra ob hoc dicitur quia hominum pedibus teritur. Sed ter igitur ·RA· dicitur, primo quod ex ea nascimur, proinde ex huiusmodi ·R· Secundum quod eius fructibus alimur ac recreamur. Tertio quod in eam resoluti veluti in matris vulvam recondimur. Caelum ab Hebraeis aquarum collectus שמים dicitur. Sol

(a) Ita cod. (b) *obtitudine sua.*

(1) Si ergo Iul. Germani patria innotescet Africa, Africanum quoque Donatum sciemus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

dicitur quia solus per diem sui fulgoris vi totum orbem obtundit, una stellis cum lunam lustrat; vel certe sol ex sollemnitate, hoc est habundantia splendoris nuncupatur. Luna a quadam Diana aestimatur quae numen (a) vocitabatur: sed quod verius, luna ex ipso lumine vocatur. Stella a quodam Stelline vocitata est, quem dicunt aurigam fuisse stellarum: sed stellae omnes ideo dicendae sunt, quia veluti quaedam stillicidia levi volatu discurrunt. Sed inter stellas et astra et sidera, quae tria genera sunt caelestis ornatus, hae differentiae; quia stellae ut diximus de stillando derivantur, astra de varietate picturae (aster quisque a philosophis pictor dicitur); sidus de situ motore nominatur. Ergo sidera altissima sunt astrorum, stellae minima quaeque astra ac levia; *astra vero* omnis ornatus caelorum.

2. Avidus de aviditate carpendi dicendus est: volucer vero ab ipsa velocitate volandi: volatile autem non erit nomen proximae positionis, sed derivatum, quidquid volat communiter dicitur, et Catone dicente: sagittae eius volatiles sunt. Et Cicero: elephantus, inquit, volatilis in bello. Bestia dicitur de bessu, hoc est more feritatis. Belba (b) marina, ut balaena in mare, a *physicis* vocatur. Caro a caritate cognitionis: corpus a corruptibilitate naturae dicitur: sed hoc de homine: ceterum quod visui patet, corpus dicitur, quaeritur unde appellatur. Pus in philosophia custodia dici-

(a) Cod. *nomen*. (b) Ita cod. pro *belua*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tur, ita ut Origenes: " positis in pure fratribus solus (a) evasit ,, hoc est in carcere. Corpus a custodia dicitur: caput a capitate sumi certum est: unde capere dicimus quae comedimus, et tenere quae manu tangimus, seu cogitatione ac memoria. Oculus dici dicitur, eo quod occulta pervideat ac perlustret: auris eo quod auditum sermonis ex internis hauriat. Pectus, eo quod spectat ad cordis secreta, dicitur a pectando, id est discernendo, unde peccata dicuntur. Ubera nonnisi mulierum dicuntur, quae ab ubertate lactis nuncupantur: si in viris volueris nominari, virilia erunt quae humorum inundatione exuberant. Venter a venti spiramine sic dicitur; quia et ventus ab hoc nomen accipit, quod per omnes venas, latebras artusque totius creaturae perveniat. Lingua a linguendo dicitur. Philosophi virtutem et cursum manus et pedes vocaverunt, quorum nominum monoptota declinatio est per omnia genera: a ·mane· ergo, hoc est virtute, manus appellatae sunt; et a ·per· pedes, quod est a cursu. Hinc equus ab aequitate cursus dicitur. Vir a virtute nominatur: mulier a mulitudine (1) sexus: uxor quae a viro fuerit uxorata in coitu. Sed coitus generaliter dicitur omnis coëuntia sive itineris, sive concordiae sive connubiorum. Cor vocatur a corruptione sensuum.

(a) Cod. *salus*. Ergo vel *salvus*, vel *solus*.

(1) Confer p.102. v. 12. ubi *mulitas*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

3. Lux dicitur semper caelestis, hoc est diei solisque: at lumen materiale est, id est ignis aut lucernae. Aqua generaliter dicitur omnis liquor. Panis dicitur omne quod pascit. Vinum sive de vinea, sive quod impleat venas. Labia ex labore loquendi dicuntur, sive quod per verba labuntur delapsu. Lapides dicuntur de sua lampaditate, quia ex eis lampades ignis accenduntur. Lapides pretiosi ex insito sibi splendore, velut ex quadam lampadum similitudine nominati sunt. Saxa vero immania et immobilia velut quaedam staturae dicuntur. Petra de duritia dicitur. Dies nominatur a quibusdam quia diis iucundus est; nos dicimus dies, quia a tenebris dividat. Nox dicitur ab eo quod humanis noceat. Tempus a temperamento dicitur, eo quod diebus mensibus annis frigore aestateque temperatur. Annus dicitur eo quod cuncta innovat. Mensis a mensura dicitur, sive quod mensam, id est terram, eius fructibus dapibus impleat. Aestas de longitudine dierum dicitur. Ignis (a) ardon dicitur. Autumnus dicitur de aumatione (1) fructuum, qui colliguntur. Hiemps frigus interpretatur vel sterilitas. Ver, quod in eo cuncta vernant, id est virescunt. Pluvia, quod de caelo pluviat, sive quod ipsius terrae germen irrigat. Nubes dicuntur,

(a) Cod. *ipse*.

(1) Vocabulum *aumatia* habes in Attonis polyptico editionis meae p. 46. v. 3, quo loco interpres videtur halucinari explicans *loca secreta in theatro*, pro *horrea*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quia solem suo tegmine veluti quodam pallio obnubunt. Gloria a glorificatione. Apud philosophos glores dicuntur. Gratia ea quae gratis datur et sine pretio accipitur. Brachium fortitudo dicitur. Dentes dicuntur, eo quod dent loquellam vel fortitudinem voci : alii ruminas nominaverunt, alii mandibulas, eo quod rodunt cibos, vel mandunt. Unaquaeque res mansura est in quo nascitur, et sine quo vivere non potest, sicut homo sine coetu, aves sine volatu, pisces sine natatu. Et sicut corpus per quinque sensus constat, ita scriptura per quinque litteras vocales, quae regnant in ·VIII· partibus orationum. Finit.

INCIPIT V. DE CATALOGO GRAMMATICORUM.

1. Primus igitur fuit quidam senex Donatus apud Troiam, quem ferunt mille vixisse annos. Hic cum ad Romulum, a quo condita est Roma urbs, venisset, gratulantissime ab eodem susceptus, ·IIII· continuos ibi fecit annos, scholam construens, et innumerabilia opuscula relinquens, in quibus problesmata (a) proponebat dicens: quae sit mulier illa, o fili, quae ubera sua innumeris filiis porrigit, quae quantum suxa fuerint, tantum

(a) Ita et p. 90. et in aliis mss.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

in ea inundant? Haec est sapientia. Quid inter verbum et sermonem et sententiam et loquellam, et orationem? Verbum est omne quod lingua profertur et voce: sermo ex duobus verbis compositum est, hoc est serendo et monendo: sententia est quae sensu concipitur: porro loquella, quando cum quadam eloquentia dictionis ordo pertexitur: oratio, quando usque ad manuum artem describendus oratorius sermo perveniat. Fuit itidem apud Troiam quidam Vergilius eiusdem Donati auditor, qui in describendis versibus diligentissimus erat, qui LXX volumina de ratione metri scripsit, et epistolam ad Vergilium asianum missam de verbi explanatione. Tertius Vergilius ego.

2. Nam Vergilius asianus praedicti discens fuit, vir summus, ministratorius satis, ut numquam in sede eum vocantis sermo inveniret. Hunc vidi meis oculis, et puerulo mihi notas characsavit. Hic scribsit librum nobilem de duodecim latinitatibus, quas his nominibus vocavit (1). Prima, latinitas usitata. Secunda assena. Tertia semedia. Quarta numeria.

(1) Dixi iam in praefatione, me hunc tractum de duodecim latinitatis generibus, ex romano bibliothecae angelicae codice, sive ex Arevali adnotationibus ad Sedulium in append. V. p. 426, partim sumere; quatenus scilicet romannum fragmentum neapolitano codici corruptissimo hac in parte medetur. Quia tamen romanum quoque fragmentum mendis defectibusque laborabat, id ope codicis neapolitani non semel integrioris a me persanatum fuit: quam rem ii, qui Arevali editionem cum mea conferent, verissimam deprehendent.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Quinta metrofia. Sexta lumbrosa. Septima sincolla. Octava belsabia. Nona bresina. Decima militana. Undecima spela. Duodecima polema.

I. Usitata, quae in usu romanae eloquentiae habetur, et qua scripturae latinae atramentantur, hoc est scribuntur.

II. Assena (a), hoc est notaria, quae una tantum littera pro toto sono contenta est, et haec quibusdam formulis picta.

III. Semedia, hoc est nec tota usitata, nec tota inusitata, ut *monta glosa*, id est mons altus; *gilmola*, id est gula.

IV. Numeria, quae proprios habet numeros, ut *nim* unus, *dun* duo, *tor* tres, *quir* quatuor, *qum* quinque, *ses* sex, *sem* septem, *onx* octo, *amin* novem, *ple* decem quod dictum de plenitudine est. Et sic *nimple* undecim, usque ad *plasin* viginti, et *torlasin* triginta, et *quirlasin* quadraginta, usque ad *bectan* centum, et pervenit usque ad *colephin* mille, et reliquum.

V. Metrofia, hoc est intellectualis, ut *dicantabat*, id est principium; *sabin* iustitia; *gnuo* utilitas; *bova* fortitudo, *teer* dualitas coniugalis; *coivum* veneratio; *brop* pietas; *yfoph* religio; *dipts* nobilitas; *mymos* dignitas; *fan* recognitio; *uliob* honor; *gabtal* obsequium; *blaqth* lux solis; *merc* pluvia, *sral* dies et nox; *gatrb* pax; *biun* aqua; *et*

(a) Cod. rom. *asena*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ignis; *spax* longaevitas. Ex his rebus totus mundus gubernatur et prosperatur.

VI. Lumbrosa, hoc est perlonga, cum pro uno (phono) usitato totus versus scribitur, cuius exemplar hoc: *gabitane con bresin galsiste ion*, hoc est legere. Item *nebesium almigero pater panniva*, hoc est vita.

VII. Sincolla, hoc est perbrevis, versa vice, cum totus versus usitatus in uno continetur phono, cuius exempla sunt ista *utgears*, hoc est mores corrigite (a), bona dibegite (b). Item *biro*, hoc est linquere parentes utile non est.

VIII. Belsabia, hoc est perversa, cum casus nominum, modusque verborum transmutatur; ut legibus, hoc est lex; *rogate* et *rogant*, hoc est rogo.

IX. Bresina, hoc est spaciosa, cum unum phonum multa usitata significat, ut *sur*, hoc est campus vel spado vel gladius vel amnis.

X. Militana, hoc est multimoda, cum pro uno phono usitato multa ponuntur, ut pro cursu *gammon*, *sualin*, *selon*, *rabath*.

XI. Spela, hoc est humillima, quae semper res terrenas loquitur, ut *sabon*, hoc est lepus; *gabul*, hoc est vulpis; *gariga*, hoc est grus; *lena*, hoc est gallina. Hac Cussinus (c) utebatur.

XII. Polema (d), hoc est superna, quae de su-

(a) Cod. *collegite*. (b) Ita cod. (c) Ita videbatur in cod. (d) Ita cod. rom. At neap. *ponema*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

perioribus tractat, ut *allippha* (a) pro anima; *spiridon* pro spiritu; *repota* pro virtutibus quibusdam supernis; *sanamiana anus* pro quadam unitate Dei alti (1). Hoc semper genere *sermonis* vir (b) loquebatur hic (c).

3. Vergilius asianus primarius quidam (d) apud Cappadociam, vir dulcissimus erat, in physicis satis gnarus, et in computatione lunae et mensuum (e) sagacissimus. Hic scholasticis suis aiebat de tonitruo interrogantibus, spiritum quendam esse inusitati venti, qui praestitutis temporibus mundo intonat, et cuius sonus tonitruit, cuius natura haec est ut solus humanis sensibus ingerat, qui non tam spiramen quam fulgoream flammam habet, quem et altiorem omnibus ventis, et profundiora omnium penetrare asserebat. Quem cum interrogassem utrumnam hic ventus propria dictione an aliena regeretur, assumens pagellam, ·IIII· poëticos confecit versus ita inquiens:

Summa in summis
Potens caelis
Celsaque cuncta
Gubernat celsa.

Id est Hebraeorum Deus.

(a) Retro *affla* vel *afflia*. (b) Cod. *virus*. (c) Cod. *primo genus quaedam*. (d) Cod. *haec*. (e) Pro *mensium*, ut alibi. Sed tamen Gainfredus (supra p. 28. n. 1.) legebat *mensium*.

(1) Hactenus pertingit angelici codicis fragmentum.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

4. Histrius vir (a) hispanus in compositione historiarum splendidae satis eloquentiae, quandam similitudinem mihi dedit dicens: vicem solis in testimoniis gerit verbum; nam sicut dies absque sole non est rutilus, sic testimonium sine verbo nondum luce micat. *Item*: o rex scito, quia sicut tecum tua ancilla vitam hanc est sortita communem, ita tu cum ea mortem subibis communem. Item interrogatio: o avare, quid caelum, quid terra, quid mare sua dona tibi ferunt, et tu tua bona non fers proximo? Item. Ut mare obvia quaeque vorat, nec satiari potest, sic mens hominis avari toto nescit saeculo satiari. Hactenus Histrius.

5. Erat aput Aegyptum Gregorius graecis studiis valde deditus, qui tria milia librorum de Graecorum historiis conscripserat. Aput Nicomediam Balapsitus nuper vita functus, qui nostrae legis libros, quos ego in graeco habui (b) sermone, me iubente vertit in latinum, quorum est principium:

Principio caelum terramque mare omniaq. astra
Spiritus intus alit (c).

Erant praeterea tres Iuliani, unus in Arabia, alius in India, tertius in Africa: quos Aeneas meus praeceptores habuit, quorum libros meditante notaria arte in lucrosam descriptionem transtulit: in quibus repperitur quod vir quidam Maro fue-

(a) Cod. *virus*. (b) Cod. *adion*. (c) Cod. *fovet*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rit prope diluvium, cuius sapientiam nulla narrare saecula poterunt (a). Unde Aeneas cum me vidisset ingeniosum hominem, me *hoc* vocabulo iussit nominari, dicens: hic filius meus Maro vocabitur, quia in eo antiqui Maronis spiritus redivivit. Erat etiam avus meus Martulis vir satis gnarus et clarus vultu. Hic in arte grammatica diligentissimus. – Haec vobis, o sodales atque discentes, legum paternarum libris pro cunctorum legentium utilitate atque salute excerpta insinuasse (b) sufficiat.

MONITUM.

Hactenus ad litteram neapolitanum exscripsi codicem. Deinceps augustiis temporis pressus festinata tantummodo et rudia excerpta feci, omissis communioribus locis qui nihil novi videbantur habere. Nullam tamen praetermisi fere partem, in qua vel priscus aliquis laudaretur auctor, vel utilis doctrina traderetur. Menda vero, quaecumque erunt, tum corruptissimo codici tum etiam necessariae festinationi meae tribuenda sunt.

(a) Cod. *potebunt.* (b) Cod. *sinuasse.*

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE FILOSOFIA Y LETRAS

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

VI. DE LITTERA.

Littera est veluti quaedam legendi nativitas: unde et eius incrementa, infantuli e matris utero prorumpentis aetatibus *comparantur*. Ut enim infans dicitur qui loqui nescit; et parvulus cum parva gressuum molimina nititur imprimere; et puer quando pubescit; adulescens autem cum proceritate corporis adolescit; iuvenis vero cum iuventute adultat, coniugio admiscetur, atque liberalibus studiis iam dignus fit; at vir cum omnium sensuum consiliorumque virtutem nanciscitur; ita etiam littera ab ipsis cerae characteribus usque ad quassorum compositionem hosce ordines directat: siquidem infans appellatur cum *signis* dumtaxat characsandis per ceras gammulis eisdem indiget: parvula vero est, cum syllabarum conglutine paulatim graditur: puerula, cum pedum mensuris crescit: adulescentula, cum poëtica metra per versuum carminula sofflat: at iuvencula, cum casuum verborumque quandam intellegentiam capiescat: virgo autem, cum quassorum, ut dixi, compositionem plenissime perdocet. Et ut aliquid intimatius aperiam, littera mihi videtur humanae conditionis esse similis: sicut enim homo plasto et affla et quodam caelesti igne consistit, ita et littera suo corpore, hoc est figura; arte ac dictio-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ne velut quisdam compaginibus . . unta est etc. Nulla littera computo caret (1). A saepe quingentos, saepe triginta, saepe decem significat. At. B quinque milia vel duos tantum. C centum vel octoginta. D quingentos semper. E nongentos efficit. I et V quatuor centum vel unum tantum faciunt. M mille significat. X decem et decem milia. G omni numero usque ad decem subiecta est. H ab IX usque ad triginta. K centies centena milia supplet. O nulli numero negatur sive magnissimo sive midissimo. Finit.

VII. DE SYLLABIS.

Syllabae sunt glutina litterarum . . . quod nulla earum absque vocalibus litteris stare queat; unde et reginae litterarum dicuntur. Syllabae senas litteras transcendere non debent, ut crosps; vel duas habere vocales excepto diphthongo, ut aes laus fraus etc. De computo syllabarum quia Terentius plenissime disputavit, nos breviter disseremus, ea tantum quae ipse reliquit subdentes etc.

(1) Conferatur Valerius Probus de not. rom. in editione Gothofredi p. 1478. 1479, qui tamen a Virgilio nostro plerumque discrepat.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

VIII. DE NOMINE.

De nomine breviariam epitomam editurus, *sic* rogare prius debeo querimonantibus qua de causa nomen omnibus partibus latinitatis praelatum sit etc. Nomen secundum sensum principium est, non secundum appellationem. Cum enim nascitur homo, ante quam rem aliquam agat, nomen illi inditur: nomen ergo principalis pars latinitatis est. Qualitas nominum non bipertita, ut quidam rentur, sed multipertita est; variis siquidem et multis consistit speciebus. Nonnulli tamen de propriis et appellativis nominibus quaestionantur, quasi proprium sit aliquod nomen latinum. Omnia latina, immo omnia phona, ita invicem conexa sunt, ut quodque sicut alteri erit, ita ab altero appelletur. Proprietas duas res significat, aut specialitatem, aut propriorem ordinem: proprii enim recte dicuntur qui in primordio scribuntur. Unde et Cicero de Iustino: " ita fuit Iustinus, aut proprius omnium sese obsedit,, hoc est primus omnium. Proprium nomen, primarium dicendum est etc. Appellativa autem nomina multissimas species habent . . . Lapis ex quo habes lapiculum, ostium ostiolum, flagrum flagellum: quidam addunt ·r· ut sit fragrum: nam flagrum, quod flagrat odore. *Sed* non facile creduntur. Ut autem Cicero solebat dicere,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nosces diminutiva ex sensu, non ex littera. Derivativa autem non unius moris sunt, ut de terra terrenus, de monte montanus: quaedam de regionibus et gentibus derivantur et sectis, ut machaonicus et grammaticus. Sciendum quod omnia derivativa nomina adiecta semper sunt. Comparationi positivus gradus cum genitivo servit; licet ex soloecismo tamen superlativi faciat opus, ut sapiens sapientium. Nonnumquam etiam comparativus gradus cum genitivo casui adhaeserit, superlativi opus facit: dicis enim maior omnium, ac si dixisses maximus: cum superlativus, si ablativo plurali fuerit adiunctus, pro comparativo accipiatur, Done dicente " tu es omnibus fortissimus regibus ,, hoc dicit, fortior omnibus. De comparativo autem non parva nascitur quaestio, utrum nam idem gradus utriusque numeri casui ablativo servire debeat, an tantummodo singulari: aliis hoc confitentibus quod utrumque recipiat casum, aliis autem diffitentibus quod absque singulari ablativo aliquem habeat casum cui rite serviat. Ego assero quod comparativus gradus utriusque numeri casui ablativo rectissime serviat. Comparativus nominativo casui absque comparandi adverbio, quod est quam, adiungi non debet. Positivus pro comparativo ponitur, sicut Horatius scribens " factus est suo magnus doctore ,, pro maior; rationabilis pro rationabilior:

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quae a plerisque garrissimis (a) viris usurpata sunt, aperta definitione insperari non debent. Comparativus superlativo incongruentissime praeponitur, ut maior maximo. Superlativus omnibus superequitat; sicut positivus omnibus subsidet. Comparativus, velut quaedam scala est, positivo altior, et superlativo humilior. Est gradus quasi positivus superficie, sed qualitate superlativus: dicimus enim praecipuus omnium, egregius patrum, cernuus regum.

De generibus. Quadriformia genera sunt, sicut patet legentibus, masculinum, femininum, neutrum, commune etc. Nomina communia sunt, ut sacerdos, dies, finis, renis, lacus. Sed cum masculini generis sit, sic declinabitur lacus, laci, laco, lace, laco. Sicut domus, domi, domo, et faciet domorum domis. Et feminum lacus, lacus. Et domus faciet domuum domibus etc. Communia etiam masculini et neutri inveniuntur, ut fulgor, murmur, prunus, buxus. Sunt et feminini et neutri communia, ut tellus, holus. Omnis animalis aut avis nomen, proprium genus habere non potest, ante quam discernatur cuius sit generis; exceptis his, ut taurus et vacca, bos bovis, aries et ovis. Nomina autem quae omnibus generibus aptantur, non communia sed omnigena dici debent, ut felix, velox, verax, amens, dives, prudens.

De numeris hoc tantum dicendum est, quod

(a) Ita cod. Fortasse *gravissimis* aut *gnartssimis*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sequestrata singularitate, et pluralitate manifesta, multa communia utrique numero inveniuntur, ut spes, nubes, dies, clades, sedes, vultus, grex, sus, et cetera. At terra, in qua hominum genus est, turba, tribus, populus, plebs, concio, licet singularem numerum praeferunt, pluralia tamen manifestantur ex sensu; unde et pluralis numeri verbis applicari debent, sicut Cicero effatur: " audite plebs, et intendite tribus ,, etc. Cum Aeneas adhuc me discipulum lucide vellet imbuere, quandocumque mihi modos, syllabas, pedes, metra scribebat, ita punctis interpositis informabat, ut primo pede pagella impressa, unum punctum imprimeret; ut ita, secundum incrementum vel numerum modorum, punctorum quoque adiectio infigeretur. Dicebat enim: nullum diem totum totamque noctem vacuam a sapientiae studiis exigas; quia si una die vel nocte lectionem intermiseris, et crastino statim legere coeperis, sensus acumen aliquantula licet parte reperies deacutum etc.

De casu. Casus sunt sex. Quare? quia sex negotia homines habent, nominant, generant, dant, agunt, vocant, auferunt: unde hi quoque casus hanc summam accipiunt etc. De accusativo casu quaerunt quid sit. Plerique nostrorum hoc verbum frequentant (a), hoc est accusandi. Cicero etenim

(a) Cod. *frequenter*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sic dicit : " accusate quod rectum est (1) ,, id est agite. Accusativus casus ab hoc vocatur, quia verbo haeret activo : et verius dicam, accusativus ipse activus erit. De septimo autem casu quid dicemus, cum tam multi de eo scripserint, ut iam nulli certi sint? Nos tamen hoc dicimus quod septimus casus ablativo hoc tantum distat, quod ablativus praepositionem recipiat; septimus autem casus certis casibus certisque verbis haereat. Dicis enim ablativo casu, ab hac regione venerunt; septimo autem, hac regione praediti sunt etc. Sunt alia quae nullum casum habent, excepto ablativo numeri singularis; sed in plurali omnibus gaudent, ut ab hoc viscere, et ab hoc verbere. Ditio plurale non habet. Cum dicitur tenebrae in die factae, ferrugo accipitur; at tenebrae densissimae ac profundissimae, noctium obscuritates. Iuventus et senectus plurali numero non flectuntur. Sunt nomina quae a veteribus aliter declinantur, nunc aliter, ut : vis, vis, vi, vim, vis, vi; et pluraliter vis, vium, vibus. At nos dicimus virs, vins, vin, et pluraliter vires etc. Sol utroque numero declinatur; sed singulariter ipsum luminare significat; at pluraliter ipsos dies nominamus, in quibus sol totum illuminat solum. Nonnulli ipsa carmina soles nominavere, sicut Horatius in princi-

(1) Hunc locum legebat Gainfredus grammaticus, ut dixi p. 18, cum nondum hanc Virgilii partem agnoveram.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

pio voluminis taliter exorsus est " solorum (a) meo-
„ rum omni ecclesiae vestrae commendo „. Hoc sane considerandum quod multa nomina neutra duas declinationes habent, ut fundamen et fundamentum, et vas vasis, et vas vadis. Sunt et feminina, quae duplici declinatione gaudent, ut materies et materia: calvitia, doloris; calvitium artis: segnities, vitii est; segnitia, frigoris: laetities subiti beneficii est; laetitia, familiaritatis: requies, refrigerii a labore est; requia, otiositas: origo originis, initium est; at origo origonis neutrum est, et est velum navis, in plurali origona: cantharus animal est; cantharum, camera: domus, domuncula: conclavium, domus: domicilium, nidum (b) avis: diluvium, inundatio immoderata aquae: diluvies (c), sanctificatio etc. Inter operationem et opus et operam. Operatio singulorum est; opus generale est omnis officii; opera autem, laboriosa lassitudo est etc.

IX. DE PRONOMINE (1).

Superiore coepto *reddita* ratio est requirentibus qua de causa nomen verbo praetulerimus. Nunc

(a) Ita cod. Sed dic *solium*. (b) Ita cod. pro *nidus*. (c) Cod. *diluvium*.

(1) Recole p. 21. vers. ult.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

aliud quaestionis imminet genus, cur etiam pronomen verbum praecedit, cum verbum omnium partium egregium sit. Respondeo, quod in divisione omnium partium orationis, alii octo partes dixerunt; nonnulli minuentes, nomen et pronomen in eadem parte redigendum putaverunt. Et verbum et participium in unum congloberantes *unam* dixerunt. *Item* adverbia et coniunctiones unam, sequestrata praepositione et interiectione: ita ut ·V· partes nominarent etc. Adverbia ex pronominibus nasci certissimum est, ut quondam ex quodam, olim ex olli, cuiatim ex cuio, meatim a meo, ipseve ab ipso etc. Sunt pronomina ignota, quae multifarie defectiva sunt; nonnulla enim solo nominativo flectuntur, unde est uspiam. Sunt quae tribus casibus flectuntur cuium, cui, cuio; cuia, cuiae, cuiam (1). Sunt quae tetracasibus declinantur, ut helus, helius, heli, helium; helia, helius, heli, helam; helum, helius, heli, helum. Sunt quae pentacasibus utuntur, ut eccum, ecci, ecco, eccum, eccum; ecca, eccae, eccam, ecca, ecca; ellum, elli, ello, ellum, ello. Sed plurali carent. Bis declinantur dui, duorum, duis, duos. Sic et ambi. Duo, duum, duobus, duos, a duobus. Sic et ambo, ambuum, ambobus etc. Inter mei vel mis: mis quando ab aliquo spero

(1) In his et in sequentibus confer Gainfredum grammaticum apud me p. 27. 28. 35.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

promissam venturam rem; mei quod praesens possideo. Et sunt pronomina quae non omnia in usu habentur, ut mus, gen. mi, dat. mo, acc. mum, voc. mi, abl. mo. Et plur. mi, morum, mis, mos, o mi, a mis. Fem. ma, mae, mam, o ma, a ma; mae, marum, mis, mas, a mis. Et neutr. mum. Et tus, tuus, sus. Solum nullam declinationem habet. Solus per omnes casus. Sunt et alia quae in usu non sunt, ut quantotus, tantotus, quantotius, tantotius. Sicut Fabianus in quodam versu: " quantotae tonant carminibus, Iuliane, ,, uxores apes (a) sunt ,,. Sunt deminutiva, ut solulus, ullulus, unulus, totulus. Sunt derivativa, ut mealis, tualis, sualis, nostralis, vestralis, alteralis. Sunt qui pronomina pro verbis in quassis ponebant. Legi in quodam libello: " tem- ,, plis in quae parietibus (b) deûm innumeris ,,. Aeneas nomen verbo anteponi debere censebat, ut " eodem sol in caelo splendet radiis ,,. Et iterum " vir in quo viget cor ,,. Et alibi dicitur " fortis ,, potentia eius ,,. Et Homerus (c) ait: " ille opu- ,, lentissimus rex, regina dea illa coniuge · · · ,,. Et iterum: " ille lunam potens plenam spiritus · · · in placorem lucis ,,. Finit.

(a) Cod. fortasse *apex*. (b) Cod. *parientibus*. (c) Cod. *Hamerus*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

X. DE VERBO. (1)

Memini me, cum essem adulescentulus scholaribus studiis deditus, quodam interfuisse die conventui grammaticorum, qui non minus quam triginta in unum positi in laude artium et decore componendo multa quaesivere, et hoc omnes rectavere, quod nihil utilius componendi esset, quam verbi ratio, cuius dispositione omnis latinitatis status perficitur in positione quassorum. Verbum igitur duobus ex modis constat, *ver* ex verbere quod lingua gutturi infligit; *bum* ex bucino quod vox reboat etc. Querimoniantur cur in ordine verborum qualitas primum ponitur etc. Indicativus ob hoc dicitur, quia et quae acta sunt, et quae aguntur, et quae agentur, per ipsum indicantur, ut vido, vidavi, vidabo etc. Infinitivus a quibusdam communicativus vocitatur etc. Terentio dicente " curritur a castris ,, etc. Meditativa verba, ut facturio. -- Frequentativa, ut amo amito. -- Fervere dicitur de libidine, calere vero de calore corporis etc.

Coniugationes tres sunt, ab a, ab e, ab i. Quaeritur quare coniugatio sit? Ideo coniugatio vocatur, quia tota latinitas his tribus veluti quodam iugo sustentatur: alii vero propter ordinem

(1) Citat hanc suam epitomarum partem Virgilius p. 36. 57. 59.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

litterarum putant: nonnulli coniugationes esse credunt ab hoc, quia uniuscuiusque declinatio inveniatur. Hoc nosse debemus, quod uniuscuiusque coniugationis verbum, duplex futurum tempus habeat: dicimus enim interrogabo, et interrogem; videbo, videam; audibo, audiam; agam, agebo. Sunt alia verba duplicis per omnia coniugationis, ut vido vidas, video vides; sed vido ad mentis oculos dicitur, video ad carnales. Sic tego tegas, celatio consilii est; tego tegis, tectorum. Sic do das dati sponte largitio est; dedo dedis virilis rei coactio est. Sic probo probas, alicuius examinatio: probo probis, cum manus medicorum corpora contractat. Sic et volo volas, volatilis; volo vis, voluntarium est. -- Sic usurpo usurpas alicuius nominationis sive praesumptionis est: at usurpeo usurpes, inchoatio conscriptionis.

De numero. Numeri verborum sunt duo. Sunt verba quae singularem numerum non habent, ut vocitamus. Sunt quae pluralem non recipiunt, pugillito, pugillitas. Unde et Varro non ausus dicere de Romanis quia pugillitaverunt, sed dicebat quia pugillitavit unusquisque pro suis viribus.

De figura. Verbum acceptis compositionibus loquelam et sensum immutat pariter et pandit. Nam clamo clamoris simplicis est; conclamo simul cum multis; acclamo cum falso aliquem accuso; reclamo aliquem exeuntem vocitans; inclamo et succlamo murmurandi est; proclamo laudandi vel de-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

precandi; declamo rhetorizandi; exclamo quando pro viribus vocem elevo. Salto gaudium cum quodam verborum motu praetendens: sed in compositione littera mutatur, ut exalto quod est in voce prolati gaudii; insulto irrisionis iniuriosae; persulto cum per aures longe astantium sonitum penetrare facio; resulto cum alte respondeo; consulto prudentis consilii dispositio est. Testor, aliquid confirmans sententia; contestor, cum quadam auctoritate affirmans; protestor, manifeste cavenda denuntians; obtestor, aliquem ad testimonium vocans qui sit *in* dignitate; detestor, aliquid execrandum respuens. Iuro, iuramentum verum cum quadam iurisiurandi confirmatione testificans; periuro, falsitate ipsum polluens; adiuro, maiore potentia obsecrans. Pono, simpliciter aliquid statuens; dispono aliquid operis, vel disponere foederis est. Propono nonnunquam ad interrogandam pertinet quaestionem; appono adiectionis est; impono insuendi est; suppono aliquem censum (a) vel laborem; praepono aliquid praeferens. Sic et antepono; nam postpono aliud infertur iudicans; compono ordinandi est; sepono separandi; subpono aliquid subtus; depono labefactandi est vel vita excedendi.

De personis. Personae verborum, sicut et pronominum, III. sunt. Sed multa verba sunt, quae personis deficere videntur: siquidem verbum inve-

(a) Num *aliquod pensum*?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nimus, quod prima caret persona, rees reest; nam resum resumus latinus sermo non profert. Sensus autem huius verbi hic est, reesse hoc est in munitione multo tempore residere, Gratiano dicente: " Campari (a) multis in arce reerant annis ,,. Quaedam verba sunt, quae secundam personam non habent, ut soleo solet, solemus solent.

De significatione. Cur non statim post coniugationem significationem exposuerim, iuxta Gratiano magistro fretus, cuius in schola decem annos feci, statui ut a qualitate ad coniugationem, a coniugatione ad numerum, a numero ad figuram, a figura ad personam, a persona ad significationem, et ita ad tempora pervenirem etc. Sunt verba quae subreptive agere videntur etc. Multos movet, quare cum praeteritum tempus saeculo sit primum, nunc scriptores a praesenti tempore verbum ordiuntur? Veteres a praeterito, at nos a tempore, quo scribimus, verbo initium damus (1) etc. Sunt verba quae vel adiciuntur syllabis vel diminuuntur. Adiciuntur, ut legero, ris, rit; legerimus, ritis, rint; et hoc indicativo modo tempore praesenti, ut sequentia declarant, imperfectum legerebam, perfectum legissi, plur. legisserunt. Fut. legeram, res, ret. Imperativum legere legerat; legeramus, legerite vel legeratis, legerant. Futu-

(a) Ita cod.

(1) Legebat hunc Virgilii locum Gainfredus grammaticus apud me citatus p. 65.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rum legerito legerat ; legeramus legeritote , legerant vel legerunto. Optativum, utinam legererem , res , ret ; legereremus , retis , rent. Legississem , ses, set ; legississemus, setis , sent. Futurum legeram , legeras , legerat. Sic rite per hunc ordinem declinatur : et in passivo habet tempore praeterito legestus sum. Minuuntur alia , ut semo , semis , semit ; et hoc pro semino. Et praeterito semsi pro seminavi , et semptus sum. Sunt alia quaedam declinatione difficillima , ut fio fis fit , licet secunda persona multis non placeat. Imperfectum fiebam ; perfectum fui ; plusquam perf. fueram ; futurum fiam , fies , fiet. Imperativum fiam fiamus. Futurum fito fiat. Optativus modus aut declinatur forem , res , ret ; aut , ut nonnulli , fierem. Et habet passivum verbum fior , firis , fitur et cetera ; fiebar , fitus sum , fiar. Imp. fiere. Infinit. fieri. Fut. esse vel fuisse. Particip. fitus fiendus. Sed hoc verbum multis incognitum est. Est et aliud verbum difficile , ut sum , quod praeteritum imperfectum non habet, nec praesens, nisi plusquam perfectum eram , eras , erat ; et fut. ero , eris , erit. Imp. tempus fut. sim , sis , sit. Coniunctivus modus cum sim sis sit. Plusquam perf. cum essem. Fut. cum ero. Infin. esse vel fuisse. Ob huius verbi brevitatem praedictum verbum fio nunc quasi ulteriore modo adiungitur , ut quod in alio deest , in alio suppleatur. Explicit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

XI. DE ADVERBIO. (1)

Adverbium verbi quasi ex obliquo famulum est; cuius tamen multiformes species sunt: nam quaedam locum, quaedam tempus designant. Cum dicis *tum*, tempus designat; at cum dicis *tun*, locum designat. Ut " tun pugnavere totum collecti per diem. Et pro illuc: " ite con arma ponite aera . . . hastis. Et coniuncta duo " tun con in mare fluctuans consternari fecit etc. Nec duae simul vocales aestimentur, sicut superius exposuimus in pronominibus. In quassorum compositione adverbium nominibus adiungebant veteres, ut: vir in acie fortiter pro domo liberis et capite pugnat; non autem fortiter pugnat, sed vir fortiter. Sunt adverbia quae putantur esse nomina neutralia, sed non sunt; ut longe, prope, necesse, facile, difficile, ut si dicas: longe est nos in his ulterius commorari locis. Et prope erat, inquit, Phoebum occasu celeri movere se. Et necesse, inquit, Gallos fieri fallaces. Et iterum, facile est virum vinci, viro virtutis subito superveniente. Sunt adverbia et nomina et verba, ut falso. Dicis enim " falso vos ,,. Hîc verbum est primae coniugationis falso falsas. Et ablativo casu " falso nomine vocatur ,,. Et adverbium " falso loqueris ,,. Sunt

(1) Memorat haec et sequentia Virgilius noster p. 68. 84.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

adverbia, quorum conditio ab aliis partibus orationis nascitur, ut mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum. Me enim ablativus est, cum praepositio, et faciunt adverbium simul. Sunt adverbia quae et nomina; ut magister dicitur, qui sit praecipuus doctor. Et adverbium est, sicut Lucanus ait: " doctores etenim magister omnia faciebant ,,. Sunt adverbia propter metrorum necessitates, ut fortius iter, pro fortiter; comptose pro compte. Aut minuuntur, ut audacter pro audaciter. Multi adverbia de coniunctivis faciunt, ut tamen pro inde, ergo pro saepe. Ut " ergo legunt sapientes tua scripta o Cato ,,. Hoc est dicere, saepe legunt. Et Cato dicit: " tamen, inquit, reversi Romam veniunt ,,. Hoc est inde reversi. Finit.

XII. DE PARTICIPIO.

De participio brevia dicenda sunt. Gerendi vel typici verba de participiis derivata fideles quique doctorum ita intellegunt, ut eligendi genitivum participii, verbi passivi, temporis futuri; et ita per ordinem totum casum numero singulari in hanc formam versum esse definiunt, quod inusitata latinitate derivatum est. Gerendi autem verba dicuntur quae in opere quod natura non erat suum, aliqua gerunt. Haec et activo verbo haerent. Typici autem verba ideo dicuntur, quia ex

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

praedicto participio typicata sunt. Quando autem *gerit*, tunc tantum gerendi nomen accipit: typicale autem nomen, sive gerat sive etiam non gerat, immobiliter tenebit. Ipsa autem participia quandocumque verbis fuerint applicata, tamquam verba sonabunt. Sunt compositiva, ut legens eram pro legebam vel legi; et legens ero pro legam. Duo futura vel duo praeterita, ut salvandus ero, sive salvatus fui, quod sic dicendum salvatus sum sive salvandus sum. Sum enim verbum mobile est, quod participia secum ferunt; et prout illa fuerint, sic es, est, sumus, estis, sunt. In reliquis autem temporibus a suo statu moveri non possunt. Finit.

XIII. DE CONIUNCTIONE.

Videntur mihi coniunctiones omnes cuiusdam catenae vel nexurae vicem exequi, quod omnes sententias annectant. Tamen nonnullae ex eis separare dicuntur, ut *autem* et *vero*, si in principio dictionis positae fuerint: in mediis dictionibus pro copulativis habentur. Expletivae autem duas ob causas sic vocantur; primum quod sensum dictionis expleant, vel quod in metris suum locum obtineant; iuxta illud Catonis " virile quoque certari competit agmen ,,. Hic enim *quoque*, praeter metri expletionem nullam causam habet. Inter *autem* et *enim* hoc distat, quia *autem* dictionum sensum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

commutat ac discernit, *enim* vero conglutinat. Inter *verum* et *vero* duae sunt differentiae (a); una, quia *verum* praepositivi ordinis est, *vero* subiunctivi; alia, quia *verum* causaliter pro tamen habetur, *vero* expletionis suae tantum stationis accipitur. Quamquam in V. species coniunctio divisa sit, tamen in sese commiscentur, ita ut unaquaeque alterius ratione pro dictionum qualitate utatur. Frequenter enim causales pro rationalibus, et copulativae pro causalibus poni solent; ut pro *enim*, *et* ponatur; ut vos vicistis et duo iuverunt; hoc est quia duo iuverunt. *Quoniam*, *et*, *enim*, pro *tametsi* ponuntur, ut " quoniam ego auctoritate certa fidens omnium probra tempno ,, hoc est tametsi omnia tempno. Et iterum scribens " enim, inquit, multos vivant annos, non se umquam vindicabunt ,, hoc est si vivant. " Et, ait, iurabant quoniam debellabant ,,. Hic est ordo " ideo debellabant quoniam iurabant. Et sic Histrius ait: " omnis homo prout valet, vitat pericula; sed et iure vitae quaerit commoda ,,. Etenim hic sensus " non solum illa vitat, sed etiam ista quaerit. Finit.

XIV. DE PRAEPOSITIONE.

Omnes enim praepositiones, quae accusativo casui serviunt, in aliis latinitatis generibus pro in-

(a) Cod. *substantive*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

vicem plerumque mutantur. Aliquamdiu apud Constantinopolim sumus; apud pro in. Tu ergo ne scripseris circumdata sed circum data. Et circa et erga duae praepositiones sunt casus accusativi, sed hanc diversitatem habent, quod circa ad visibilem materiam vel locum pertinet, et erga ad animum spectat et affectum gerit proximorum. Adversus de adversitate dicitur ··· pro contra. Ita et ante et prope et pone et ultra praepositiones accusativi casus immobiles sunt, nec pro aliis aliae iectantur. Communes praepositiones, quando accusativum habent, mobiles sunt; immobiles, quando ablativo adhaerent. Finit.

XV. DE INTERIECTIONE.

Interiectionum significatio et quia trita est, et quia paene supervacua atque incondita a nostris iudicata est, hoc tantum dico, quia vae et eugae cum significant adversa, diphthongum in clausula sui habebunt: cum autem ve tantum distinguit, et euge laetitiam ostendit, diphthongum habere non est necessarium. Finit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

AUCTORES ALIQUOT A GAINFREDO GRAMMATICO LAUDATI.

P. 12. b. Comminianus (1). Sed in his (quidam, quispiam) non pars orationis, Comminiano (a) testante, sed additamentum quoddam accidit. Si enim haec additamenta ab his pronominibus separentur, nil significare possunt per se. — Et hoc sciendum, quod licet alia ex istis additamentis litteraturam partium orationis habent, quoniam additamenta sunt, partes orationis, Comminiano testante, esse non possunt.

P. 17. b. Comminianus. Verba tertiae coniugationis habent quatuor formas in praeterito perfecto, Comminiano testante.

P. 18. b. Comminianus. Do, teste Consentio, plusquam perfecto caret; Comminianus tamen dederam (b) esse dicit.

P. 23. Comminianus. Comminianus quasdam coniunctionum dubitativas, quasdam admonitivas esse designat.

P. 15. Plinius secundus. Significatio verborum,

(a) Cod. modo *Common.* modo *Comin.* Charisius qui latissime hunc citat, in editis certe libris, habet *Commin.*, vocatque *disertissimum.*
(b) Cod. *ederam.*

(1) Comminianus grammaticus legebatur adhuc in codicibus gallicani monasterii centulensis, ut cognoscimus ex catalogo apud Dacherium ed nov. T. II. p. 311. Item custodiebatur apud Anglos in bibliotheca episcopali eboracensi, teste Alcuino de §§. eboracensibus v. 1556.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Plinio Secundo testante, proprie in actione vel passione est.

P. 19. Terentius grammaticus. De consuetudine, quae nunc est, Terentius dicit: " nihil est quod dictum prius ,,. Sed iniecit: " postrema ae- ,, tas mundi, ut disciplinam pristini saeculi, ita ,, et sermonem fastidire coepit, et nova parere ,, verba, quae iuvenum ritu florent et vigent ,,.

EXCERPTA EX ANONYMO GRAMMATICO
qui primus est in illo codice neapolitano
unde nos Virgilium sumpsimus.

Dicimus hic Iuppiter, huius Iovis. Apud antiquos libros invenimus plenas declinationes, hic Iuppiter, huius Iuppitris, huic Iuppitri. Legimus in Capro hic Iovis. Etiam Naevius, Actius, Pacuvius, omnes isti utuntur hoc exemplo. Tamen ista de usu semota sunt.

In Plinio Secundo legimus, quoniam nominativus singularis non debet esse iuger, sed hoc iugerum. Nam non potest in ablativo singulari ·o· littera terminari in neutro genere, nisi a nominativo ·um· terminato.

Vulcanalium dicimus. Tamen Sallustius dixit religionem Vulcanaliorum.

In Cicerone: tum de peripetasmis (*a fem. peripetasma ut dicit grammaticus.*) Si esset neu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

trum, ab hoc peripetasmate faceret peripetasmatibus. (1)

Multi dicunt, utrum lac dicamus an lact? Et revera si quaeras, hoc rite facit, nec aliud. Nam si dixeris lac, erit genitivus lacis; quemadmodum allec allecis. Lectum est hoc saepius praecipue apud Varronem. Ille dicit: lac non debemus dicere, sed lact. Sed dixit Caesar contra ipsum rem valentissimam: nullum nomen duabus mutis terminari; c. autem et ·t·, duae mutae sunt. Ergo exclusi sumus ab illa regula. Superest ut sequamur regulam Plauti, lacte ut dicamus. Habemus in Baccidibus, sicut lacte lacti simile.

Astigius (2) sic definivit: pronomen est quod fungitur officio nominis. Invenitur in antiqua historia: " maiores nostri ex nominibus rerum dabant ,, etiam nomina ipsis oppidis; inmanisque Gela ,, fluvii cognomine dicta ,,.

Legimus apud Plautum: " a mane usque ad ,, vesperum ,,.

Apud Sallustium in historiis habemus: ille Consturgim apud legiones venit.

(1) Sic Plautus (observante Probo ed. Lindeman. p. 105) cum servili schema dicens, non neutri generis declinationem subvertit, sed genus. Item Donatus apud eundem Lindeman. p. 15: " huius formae nomina veteres etiam feminino genere declinabant ,,.

(2) Eundem puto hominem, qui Astyages est apud Priscianum ed. Putsch. p. 546. 6.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

GRAMMATICUS

ANTIQUISSIMIS LITTERIS IN VATICANO CODICE SCRIPTUS

QUEM ESSE PROBUM IN PRAEFATIONE SUASIMUS.

1. DE VOCE.

Vox sive sonus est aër ictus id est percussus (1), sensibilis auditu quantum in ipso est, hoc est quamdiu resonat. Nunc communis vox, sive sonus, aut articulata est aut confusa: articulata est, qua homines locuntur et litteris conprehendi potest, ut puta, scribe Cicero, Vergili lege, et cetera talia: confusa vero aut animalium aut inanimalium est, quae litteris conprehendi non potest. Animalium est, ut puta, equorum hinnitus, rabies canum, ruditus ferarum, serpentium sibilus, avium cantus, et cetera talia: inanimalium autem est, ut puta, cymbalorum tinnitus, flagellorum strepitus, undarum pulsus, ruinae casus, fistulae auditus, et cetera talia. Est et confusa vox sive sonus hominum quae litteris conprehendi non potest, ut puta, oris risus vel sibilatus, pectoris mugitus, et cetera talia. De voce sive sono, quantum ratio poscebat, tractavimus.

2. DE ARTE.

Ars est uniuscuiusque rei scientia, summa subtilitate adprehensa. Nam et Graeci ἀπο τῆς ἀρετῆς, a virtute censebant artem esse dicendam: unde et veteres artem pro virtute frequenter usurpant. Nunc huius artis, id est grammaticae, omnis dumtaxat latinitas ex duabus partibus constat, hoc est ex analogia et anomalia. Ideo utriusque partis rationem subicimus.

3. DE ANALOGIA.

Analogia est ratio recta perseverans per integram declinationis disciplinam: ut, puta, hic Catilina, haec lupa, hoc scri-

(1) Hoc antiquissimi grammatici nostri initium fortasse prae oculis habuit Lactantius de opif. D. cap. V. dum scriberet: *grammatici atque philosophi vocem esse definiunt aërem spiritu verberatum.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nium, et cetera talia: scilicet quoniam haec nomina sic per omnes casus secundum sua genera in declinatione perseverant, sicuti est analogia, recta declinationum disciplina.

4. DE ANOMALIA.

Anomalia est inmiscens vel inmutans ratio per declinationem.

5. DE MISCENTE.

Miscens anomaliae per declinationem ratio est, ut puta, ab hoc altero huic alteri: scilicet quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, haec secundum analogiae rectam rationis disciplinam dativo casu numeri singularis ·o· littera definiuntur. Item ab hac mula, his et ab his mulabus: scilicet quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, haec secundum analogiae rectam rationis disciplinam dativo et ablativo casu numeri pluralis ·is· litteris definiuntur. Item ab hoc iugero, horum iugerum: scilicet quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, haec secundum analogiae rectam rationis disciplinam genitivo casu numeri pluralis ·orum· litteris definiuntur. Sic et cetera talia, quae contra analogiae rectam rationis disciplinam miscent per casus declinationum formas, anomala sunt appellanda.

6. DE INMUTANTE.

Inmutans anomaliae per declinationem est ratio, ut puta, hic Iuppiter, huius Iovis. Sic et cetera talia, quae contra analogiae rectam rationis disciplinam immutant per casus declinationum formas, anomala sunt appellanda.

7. DE DEFICIENTE.

Deficiens anomaliae per declinationem est ratio, ut puta, hoc nefas, et cetera talia: scilicet quoniam haec contra analogiae rectam rationis disciplinam non per omnes casus in declinatione perseverant. Sic iam et per ceteras partes orationis analogia vel anomalia consideranda est, hoc est ut quaecumque pars orationis neque inmiscet, neque inmutat, aut deficit per declinationis disciplinam, ad analogiam pertineat: quae vero miscet, vel inmutat, aut deficit per declinationis disciplinam, anomala sunt appellanda. Nunc etiam hoc monemus, quod analogia maximam partem rationis contineat, anomalia vero aliquam. De analogia et anomalia,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quantum ratio poscebat, tractavimus.

8. DE LITTERIS.

Littera est elementum vocis articulatae. Elementum autem est uniuscuiusque rei initium a quo sumitur incrementum et in quo resolvitur. Accidit unicuique litterae, nomen, figura, potestas. Nomen litterae est quo appellatur. Sane nomen uniuscuiusque litterae omnis artis latores, praecipueque Varro, neutro genere appellari iudicaverunt, et aptote declinari iusserunt. Aptoton est autem, quando nomen per omnes casus uno schemate declinatur, ut puta hoc a, huius a, huic a, hoc a, o a, ab hoc a, sic et ceterarum litterarum nomina genere neutro aptote, et numero tantum singulari declinanda sunt. Figura litterae est qua notatur, et qua scribitur. Potestas litterae est, qua valet, hoc est qua sonat. Nunc omnes latinae litterae dumtaxat sunt numero XXIIII. Hae nominantur vocales, semivocales, et mutae; sed semivocales et mutae appellantur consonantes. Sane quaeritur, qua de causa semivocales et mutae consonantes appellantur? hac de causa, quoniam coniunctis illis vocabulis sic nomina earundem consonant. Sed cum ad ipsas litteras pervenerimus, illic quemadmodum coniunctis illis vocabulis nomina earundem consonent, conpetenter tractabimus.

9. DE VOCALIBUS.

Vocales litterae sunt numero quinque: hae per se proferuntur, hoc est ad vocabula sua nullius consonantium egent societate, ut puta a. e. i. o. u., et per se syllabam facere possunt, hoc est, ut ipsae inter se tantummodo misceantur, et syllabae sonus efficiatur, ut puta .ua. .ue. oe. au. ui. ia., et cetera talia. Harum, id est vocalium, hae duae i. et u. transeunt in consonantium potestatem, tunc cum aut ipsae inter se geminantur, ut Iuno, viator, vultus, vel quando cum aliis vocalibus iunguntur, ut vates, vaecors, iam, vos, maiestas, maior, et cetera talia. Nunc quaeritur, quando .i. vel .u. litterae loco consonantis sint positae, vel quando inter vocales accipi debent. Quare hoc monemus ut tunc .i. vel .u. loco consonantis accipiantur, quando praepositae vocabulis in syllaba scilicet sua inveniuntur; quando vero subiectae et ipsae vocales iudicentur, ut puta, .iu., utique .i. nunc loco consonantis et .u. loco vocalis accipitur. Item .ut., utique .u. nunc loco vocalis consideratur. Sic et iuxta

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ceteras vocales alias, si ·i· vel ·u· litterae in syllaba sua praeponuntur, vim consonantium habere iudicantur: si vero subiciuntur, vocalium loco iunguntur.

10. DE SEMIVOCALIBUS.

Semivocales consonantium litterae sunt numero septem. Hae secundum musicam rationem per se proferuntur, hoc est ut ad vocabula sua nullius vocabuli egeant societate, ut f. l. m. n. r. s. x. At vero secundum metra latina et structurarum rationem subiectae vocalibus nomina sua efficiunt, ut ef. el. em. en. er. es. ex, sed per se syllabam facere non possunt: scilicet quoniam semivocales litterae si inter se misceantur, sonum syllabae facere non repperiuntur, ut puta· fl. ms. rx. ns: et ideo ut diximus per se semivocales syllabam facere non possunt. Ex his autem id est ex semivocalibus, ·x· littera duplex in metris, sive structuris, iudicatur, si quidem geminatarum harum consonantium sono iungatur, id est gs. aut cs·, ut rex, et regs, pix, et pics. Nunc etiam hoc iuxta aliquos reprehendendum est, quod huic duplici litterae, id est ·x. ad exemplum genetivum casum videantur subicere, ut puta rex regis, pix picis, quod a ratione ·x. litterae, quae duplex est, longe alienum esse videatur. At in hoc nomine non est simile huic tractatui, quod est nix nivis?

11. DE MUTIS.

Mutae consonantium litterae sunt numero novem. Hae nec per se proferuntur, neque per se syllabam facere possunt. Per se hae non proferuntur, si quidem vocalibus litteris subiectis sic nomina sua definiunt, ut puta be. ce. de. ge. ha. ka. pe. qu. te. Per se autem syllabam facere non possunt, scilicet, quoniam mutae litterae si inter se misceantur, sonum syllabae facere non repperiuntur, ut puta. bc. dg. tk. pq. et cetera talia. Nunc et in his mutis supervacuae quibusdam .k. et ·q. litterae positae esse videntur, quod dicant .c. litteram earundem locum posse complere, ut puta, Carthago pro Karthago. Nunc hoc vitium etsi ferendum puto, attamen pro .quam. quis est qui sustineat cuam? Et ideo non recte hae litterae quibusdam supervacuae constitutae esse videntur. Item ex isdem mutis ·h· aspirationis notam, non litteram, esse existimaverunt, cum et haec, sicuti cetera, certum sonum retineat potestatis suae, ut puta, honos. Numquidnam onos, aut cetera talia? Et ideo hoc quoque non recte existimasse notandi sunt. Nunc quaeritur de consonan-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tibus, quare in duas partes dividantur, hoc est in semivocales et mutas? hac de causa, quoniam semivocales maiorem potestatem habent quam mutae; nam cum omnes artis latores, praecipueque Caesar, propter rationem metricam et structurarum qualitates, singularum litterarum sonos ponderarent, hac ratione semivocales mutis praeferendas iudicaverunt, quod semivocales geminatae ad sonum vocalibus occurrunt, hoc est, ut syllabam facere possint, ut puta, .fla. ars. .mons. iners. et cetera talia. At vero mutae geminatae si vocalibus occurrant, nec syllabam, nec sonum scilicet facere possunt. Quis enim b. c. d. k. p. q. t. g. geminatas vocalibus misceat, et sonum syllabae potest audire? Et ideo hac praelatione semivocales mutis rite videntur antecedere.

Nunc hoc monemus, quod .h. iuncta cum aliis mutis possit vocali concurrere, et sonum syllabae suscitare, ut puta, pulcher: et ideo hic adspirationis nota, id est sonus, non littera accipi debet: scilicet quoniam mutae coniunctae si vocalibus occurrant, prohibentur sonum syllabae suscitare. .Y. autem et .Z. propter graeca nomina Latini accipiunt. Nunc etiam hoc quaeritur, qua de causa ratio metri, vel musicae, proclivior sit ad rationem graecam quam latinam? utique hac de causa, quoniam graecarum litterarum vocabula in dimidia parte sunt disyllaba, et in alia monosyllaba, id est, ut XXX, et. VI. sonos contineant. At vero litterarum latinarum nomina cum sint omnia monosyllaba, id est, ut. xx. et unum sonum contineant, necesse est, ut et in ratione metri vel musicae plus facultatis ratio graeca quam latina optineat. Sed haec in metris vel musicis conpetenter tractabimus. Nam et hoc monemus, quod pauci sciunt, si quidem non semper x. littera duplex sit accipienda, sed tunc duplex accipienda, quando subiecta syllabam confirmat, ut puta, nox et nocs, lex et legs, felix et felics, et cetera talia; siquidem tunc et sonum duarum litterarum contineat: at vero quando praeposita syllabae existat, non duplex sed simplex est accipienda ut puta, maximus, anxius. Numquidnam macsimus, aut ancsius et cetera talia? Et ideo, ut diximus, quotiens .x. littera syllabae existat, simplex est supputanda: scilicet quoniam .cs. et .gs. litterae geminatae, si vocalibus praeponantur, numquam sonum syllabae suscitabunt. De litteris, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

12. DE SYLLABIS.

Etiam de syllabis quoniam non brevis ratio est, ideo alio loco conpetenter tractabimus.

13. DE PARTIBUS ORATIONIS.

Partes orationis sunt octo: nomen, pronomen, participium, adverbium, coniunctio, praepositio, interiectio, verbum.

14. DE NOMINE.

Nomen est scilicet pars orationis. Nomini accidunt, qualitas, genus, figura, comparatio, ordo, numeri, casus, accentus.

15. DE QUALITATE.

Qualitas nominum est, qua intelleguntur nomina qualia sunt, idest, propria an appellativa. Propria sunt nomina deorum et hominum, quae prima accipiunt, hoc est utique quibus nuncupantur, ut puta, deorum Iuppiter, Iuno, Neptunus, et cetera talia. Item hominum Cicero, Terentius, Plato, et cetera talia. Appellativa autem sunt nomina animalium et inanimalium: sunt item et illa, quae ex aliqua re hominibus accidunt, ut puta, animalium leo, canis, anser, et cetera talia: inanimalium arbor lapis, vestis, et cetera talia. Illa autem quae ex aliqua re hominibus accidunt, ut puta, felix Cicero, fortis Demosthenes, doctus Plato, et cetera talia: utique ut sit felix, quod accidit, nomen appellativum; et Cicero, proprium. Sic et fortis et doctus sint nunc nomina appellativa quia accidentia sunt; at vero Demosthenes et Plato, propria. Sane hoc monemus, quod si felix vel fortis ceteraque talia, cum non ex aliqua re, id est, ut felix a felicitate, et fortis a virtute, adiunguntur, sed ipsa prima nascentibus infigantur, hoc est ut hisdem vocabulis nuncupentur; haec iam non appellativa, sed propria pronuntiantur. De qualitate nominum, quantum ratio poscebat, tractavimus.

16. DE GENERE.

Genera nominum sunt quinque: masculinum, femininum, neutrum, commune. Omne masculinum genus est quod suo generi convenit tantum, ut puta, doctus doctos, et cetera talia. Femininum genus est quod suo generi convenit tantum, ut puta, doctam doctas doctarum, et cetera talia. Neutrum genus est, quod suo generi convenit tantum, ut puta, mancipium mancipiorum mancipiis, et cetera talia. Commune genus est quod duobus generibus convenit tan-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tum, ut puta, masculino et feminino; tales, felicem, et cetera talia; dicimus enim, tales pueros et tales puellas, felicem puerum et felicem puellam. Item quod masculino et neutro convenit tantum, ut puta, magnorum, doctorum, et cetera talia: dicimus enim magnorum puerorum et magnorum mancipiorum, doctum puerum et doctum mancipium. Item quod feminino, et neutro convenit tantum, ut puta, magna, alta, et cetera talia: dicimus enim magna mulier et magna mancipia, alta domus et alta templa. Sic et cetera talia quae in quocumque casu duobus generibus convenire repperiuntur tantum, haec communis generis esse pronuntiantur.

Sane hoc monemus, quod sint aliqua nomina generis communis, quae licet absolute posita et ipsa esse repperiantur, hoc est, sine numero, vel genere, et casu, et non tantum ad genus commune solum, sed et aliud genus pertinere probantur, ut puta si dicat ·magnum·, cuius generis utique non solum communis, sed et neutri, scilicet magnum in accusativo et masculino et neutro est genus commune; at vero nominativo est genere neutro. Item - docti - utique et communis et masculini, scilicet quoniam docti in genetivo ex masculino et neutro est generis communis. At vero nominativo est generis masculini. Et ideo absolutorum nominum conicienda sunt genera, scilicet quoniam non semper omnia absolute opposita, hoc est, sine genere, vel casu, et numero posita, per omnes casus uno genere perseverant. Omne genus est, quod tribus generibus convenit, id est, masculino et feminino et neutro, ut puta, felix, magnis, gracilis, et cetera talia: dicimus enim felix puer et felix puella et felix mancipium: magnis pueris et magnis puellis et magnis mancipiis; gracilis pueri et gracilis puellae et gracilis mancipii, et cetera talia.

Quae in quocumque casu tribus generibus convenire repperiuntur, haec omnis generis esse pronuntiantur. Nunc in his nominibus generis omnis etiam hoc monemus, quod sint aliqua nomina quae licet absolute sunt posita, hoc est ut supra iam in genere communi docuimus, id est, sine numero, et genere, vel casu, et non tantum ad genus omne solum, sed et aliud genus pertinere probantur, ut puta, si dicat gracilis; cuius generis utique non solum omnis, sed et communis; scilicet quoniam gracilis in genetivo ex masculino et feminino et neutro est generis omnis: at vero nominativo est generis communis. Et ideo, ut supra iam in genere communi

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

docuimus, etiam nunc monemus, hoc est, ut absolutorum nominum concienda sint genera: scilicet quia, sicuti iam supra diximus, non semper omnia nomina absolute opposita, hoc est, sicut iam diximus, sine casu, vel genere, aut numero posita, per omnes casus uno genere perseverant. Nunc etiam hoc monemus, quod sint aliqui, qui et quod tribus generibus convenit, generis communis esse velint, hoc est, ut quattuor genera nominum tantum esse definiant: sed hi si rationem metricam vel structurarum legant, tunc intellegent, quantum commune genus a genere omni differat: et ideo, ut diximus, quod duobus generibus convenit, generis esse communis; quod vero tribus, generis omnis: scilicet quoniam propter rationem structurarum vel metricam necesse est, ut nominibus quinque genera sint necessaria. De genere nominum, quantum ratio poscebat, satis tractavimus.

17. DE FIGURA.

Figura nominum duobus modis intellegitur, hoc est, simplex et composita. Simplex figura nominum intellegitur quando ex una parte orationis tantum nomina inveniuntur esse constituta, ut puta felix Cicero, callidus Cato puer, sic et cetera talia. Nomina quae ex una parte orationis tantum repperiuntur esse constituta, ad figuram simplicem necesse est ut pertineant. Composita figura nominum intellegitur, quando non ex una parte orationis tantum inveniuntur nomina esse constituta. Componitur autem nominum figura ex integro vel integris et corrupto. Integrum vel integra sunt quae solas partes orationis designant, ut puta, Cicero, tu vel ego. Haec verba, sic ut et cetera talia, quae ad solas partes orationis pertinere repperiuntur, integrum vel integra esse pronuntiantur. Corruptum autem est quod nullam partem orationis demonstrat ut puta ·les·pos·nas·ras·cal·pur·ti· sa, et cetera talia, quae ad nullam partem orationis convenire inveniuntur, ad corruptum pertinere pronuntiantur.

Nunc quoniam quid sit integrum, et quid sit corruptum exposuimus, et ideo iam quemadmodum fiat figura composita, doceamus. Composita figura nominum fit, ut diximus, duobus modis, hoc est, ex integris sive integro, et corrupto, sed hi variari inter se possunt. (a) Scilicet nomina figuram compositam efficiunt,

(a) Cod. *variati inter se prout sunt.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

et ideo aliqua eorum subiciemus exempla, quibus facillime et cetera sint dinoscenda. - Ex integris. - Figura nominum ex integris componitur quando duae vel eo plures partes orationis in uno nomine esse repperiuntur, ut puta ·infelix· (·in· enim praepositio utriusque casus est) et ·felix· nomen nunc scilicet appellativum. Eo plures partes orationis in uno nomine esse repperiuntur, ut puta, praesidia : prae, enim praepositio ablativi casus esse repperitur; si coniunctio ostenditur; di praepositio quae loquellis deservit accipitur; a, autem praepositio ablativi casus esse dinoscitur. Sic et alia nomina quae a duabus vel eo pluribus partibus orationis constituta esse repperiuntur, ad figuram compositam ex integris secundum numerum suum pertinere pronuntiantur.

Ex integro et corrupto - . Figura nominum ex integro et corrupto componitur, quando in prima parte nominis pars orationis repperitur et sequens corrupta invenitur, ut puta subtilis: - sub - enim praepositio utriusque casus est, et - tilis - corruptum. Sic et alia nomina, quae in prima parte sua partem orationis habent constitutam, et sequentem corruptam ex integro et corrupto, ad compositam figuram necesse est ut pertineant.

Ex corrupto et integro - . Figura nominum ex corrupto et integro componitur, quando in prima parte nominis corruptum repperitur, et sequens pars orationis invenitur, ut puta - portentum - ; por· enim corruptum esse repperitur, tentum· vero participium esse probatur. Sic et alia nomina, quae in prima parte sua corruptum habent constitutum, et in sequenti partem orationis oppositam ex corrupto et integro, ad compositam figuram necesse est ut pertineat.

Ex integro et corrupto et integro - Figura nominum ex integro et corrupto et integro componitur, quando in prima et novissima parte nominis pars orationis repperitur, at vero in media corruptum invenitur, ut puta - perpetuus - , ·per· enim praepositio accusativi casus est; ·pe· vero corruptum invenitur; ·tuus· autem pronomen esse repperitur. Sic et alia nomina, in quorum prima et novissima parte pars orationis repperitur, et in media corruptum invenitur ex integro et corrupto et integro, ad figuram compositam pertinere monstrantur. - Ex corrupto et integro et corrupto - Figura nominum ex corrupto et integro et corrupto componitur, quando in prima et novissima parte nominis corruptum invenitur, at vero in medio pars orationis esse

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

repperitur ut puta - Fannius - ; ·fan· enim corruptum invenitur, ·ni· vero coniunctio esse probatur, ·us· autem corruptum esse dinoscitur. Sic et alia nomina, in quorum prima et novissima parte corruptum repperitur, et in medio pars orationis invenitur ex corrupto et integro et corrupto, ad figuram compositam pertinere monstrantur.

Ex integro et corrupto, et integro et corrupto - . Figura nominum ex integro et corrupto et integro et corrupto componitur quando in prima et tertia parte nominis orationis pars repperitur, at vero in secunda et novissima corruptum esse invenitur, ut puta - inportunus : ·in· enim praepositio utriusque casus repperitur, ·por· vero corruptum, ·tu· pronomen esse cognoscitur; ·nus· autem corruptum esse probatur. Sic et alia nomina, in quorum prima et tertia parte pars orationis repperitur, at vero in secunda et novissima corruptum esse invenitur ex integro et corrupto et integro et corrupto, ad figuram compositam pertinere probantur. -

Ex corrupto et integro et corrupto et integro -. Figura nominum ex corrupto et integro, et corrupto et integro componitur quando in prima et tertia parte nominis corruptum invenitur, at vero in secunda et novissima pars orationis esee repperitur, ut puta - catulinam - ·ca· enim corruptum invenitur, ·tu· pronomen esse probatur, ·li· vero corruptum esse consideratur; ·nam· autem coniunctio esse manifestatur. Sic et alia nomina, in quorum prima et tertia parte corruptum invenitur, at vero in secunda et ultima pars orationis esse invenitur ex corrupto et integro et corrupto et integro, ad figuram compositam pertinere monstrantur.

Ex integris et corrupto - Figura nominum ex integris et corrupto componitur, quando in prima parte nominis duae vel eo plures partes orationis repperiuntur constitutae et in sequenti corruptum invenitur consistere, ut puta - viator - : ·vi· enim nomen esse repperitur, ·a· vero praepositio ablativi casus esse probatur, ·tor· autem corruptum esse pronuntiatur. Eo plures, ut puta, - invisibilis: ·in· enim praepositio utriusque casus esse repperitur, ·vi· vero nomen invenitur, ·si· coniunctio manifestatur, ·bilis· autem nunc corruptum esse pronuntiatur. Sic et alia nomina in quorum prima parte duae vel eo plures partes orationis esse repperiuntur, et in sequenti corruptum invenitur; ex integris et corrupto ad figuram compositam pertinere monstrantur.

Ex corrupto et integris. - Figu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ra nominum ex corrupto et integris componitur quando in prima parte nominis corruptum invenitur, et in sequenti duae vel eo plures partes orationis repperiuntur: duae, ut puta, candidi; ·can· enim corruptum invenitur, ·di. et ·di· duae praepositiones quae loquellis deserviunt esse repperiuntur. Eo plures, ut puta, Sempronianí: ·sem· enim corruptum invenitur, ·pro· praepositio ablativi casus accipitur, ·ni· coniunctio iudicatur, ·a· praepositio ablativi casus praedicitur, ·ni· vero coniunctio pronuntiatur. Sic et alia nomina in quorum prima parte corruptum invenitur, et in sequenti duae vel eo amplius partes orationis sunt constitutae, ex corrupto et integris ad figuram compositam pertinere monstrantur.

Nunc quoniam, quemadmodum variatis modis figura composita nominum fiat, satis ostendimus, et ideo iam et quemadmodum in eadem figura soni caveantur, moneamus. Ut puta quaeritur, rogatus, visibilis, et cetera talia, ex quibus composita esse repperiantur? utique rogatus ex integro et corrupto: scilicet quoniam in prima parte verbum esse repperitur, in sequenti ·tus· quod licet hisdem litteris scribatur, quibus et nomen, quod facit huius turis, attamen in hoc nomine id est rogatus ad sonum probatur, quod ·tus· presso accentu auditur, et ideo nunc corruptum esse iudicatur. Item visibilis utique in primis partibus nomen et coniunctio considerantur; in sequenti vero ·bilis· quod licet hisdem litteris scribatur, quibus et nomen quod iracundiam significare interpretatur idest ·bilis·, attamen in hoc nomine, id est visibilis, ad sonum probatur quod ·bilis· presso accentu auditur, et ideo nunc corruptum esse iudicatur. Sic et cetera talia quae hisdem litteris scribuntur quibus et partes orationis ad sonum propter figuram compositam sunt consideranda.

Item quaeritur venustus quemadmodum componatur, id est ex nomine et ·tus·, an ex coniunctione ·ve· et nustus? utique ex coniunctione et ·nustus·: scilicet quoniam, sicuti docuimus, illa sunt nomina ex integro pronuntianda, quae sola tantum partem orationis contineant. Nunc cum venustus ex parte orationis et ·tus· sit constituta, utique iam ex integro et corrupto invenitur esse composita, et ideo, ut docuimus, venustus ex coniunctione et ·nustus· componi oporteat. Sic et cetera talia nomina in figura sive simplici seu composita sunt consideranda.

Sane etiam hoc moneimus, quod sint aliqui artis latores qui ex

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

duobus corruptis dicant fieri posse figuram compositam; sed contra eorundem imperitiam non dignum est ut nostra respondeat scientia, quandoquidem nulla pars orationis repperiatur, quae ex duobus corruptis sit constituta, nisi si contra praecepta caelitus data integram, hoc est partem orationis, in duas partes scindunt, et compositam figuram ex ipsis constituunt ut simplicem quam adserere repperiantur; siquidem simplex ex integro, id est ex una parte orationis tantum constituta esse inveniatur; et ideo, ut diximus, quia ex duobus corruptis numquam figura composita esse monstratur. De figura nominum, quantum ratio poscebat, tractavimus.

18. DE COMPARATIONE.

Comparatio nominum scilicet appellativorum est, qua per gradus conlationis nomina augmenta aut deminutiones accipiunt. Hi sunt tres, et appellantur positivus sive absolutus, comparativus, superlativus. Positivus sive absolutus est gradus ipsa positio, ut puta, fortis et cetera talia. Comparativus gradus est aliquid addens aut minuens per comparationem, ut puta fortior, brevior, et cetera talia. Superlativus gradus est eo plus adiciens aut minuens per comparationem, ut puta fortissimus, miserrimus, et cetera talia. Sane non semper haec omnia nomina per omnes tres gradus conlationis perseverant: interdum enim inveniuntur nomina quae in positivo sive absoluto gradu tantum sint constituta, ut puta, novus, et cetera talia. Interdum quae in comparativo tantum, ut puta, interior, et cetera talia. Interdum quae in positivo sive absoluto, et comparativo tantum, ut puta, ingens, ingentior, et cetera talia. Interdum quae in positivo et superlativo tantum, ut puta, pius, piissimus, et cetera talia. Interdum quae in comparativo et superlativo tantum, ut puta, potior, potissimus, et cetera talia. Frequenter vero quae per omnes tres gradus perseverant, ut puta, felix, felicior, felicissimus, et cetera talia.

Nunc hoc quaeritur, qua de causa haec aliqua nomina, sicuti supra ostendimus, non per omnes gradus conlationis perseverant? Quare hoc monemus quod eorundem sonos cum syllabis et accentibus in metris conpetenter tractare debebimus, scilicet ut quando haec nomina comparativos vel superlativos gradus sustinere possint, doceamus. Sane comparatio his nominibus accidit, quae quali-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tatis vel quantitatis habent materiam. Praeterea non omnia nomina, quae qualitatis et quantitatis habent materiam, comparativos vel superlativos gradus facere inveniuntur, sed quae superlativos gradus facere possunt qualitatis materiam continere repperiuntur.

Nunc etiam hoc monemus quod illa sunt qualitatis materiae nomina, quae quale sit quid demonstrant, hoc est iustum an iniustum, album an nigrum, bonum an malum, sic et cetera talia, quae quid quale sit significant, ad qualitatis materiae nomina necesse est ut pertineant. At vero quantitatis materiae sunt nomina quae mensurae, vel numeri aut ponderis contineant formam, ut puta, altus, infinitus, gravis, et cetera talia, quae quid quantum sit significant, ad quantitatis materiae nomina necesse est pertinere. Nunc quoniam qui vel quod sunt gradus conlationis, et quemadmodum per eosdem nomina non semper perseverent, nec non et qualitatis et quantitatis quemadmodum appareant demonstravimus, et ideo iam quod vel quae genera nominum singuli gradus in nominativo casu numeri singularis contineant, nec non et singula genera in hisdem gradibus nominativo casu numeri singularis, vel quod quibus formis definiantur, ostendam.

19. DE POSITIVO GRADU.

Positivus sive absolutus gradus in nominativo casu numeri singularis genera nominum continet quinque, masculinum, femininum, neutrum, commune, omne.

20. DE GENERE MASCULINO.

Positivi gradus nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis tribus his formis definiuntur tantum ·er· ·ex· ·us·

21. DE GENERE FEMININO.

Positivi gradus nomina generis feminini nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum ·a· De genere neutro – Positivi gradus nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis duabus his formis definiuntur tantum ·e· ·um· De genere communi. – Positivi gradus nomina generis communis nominativo casu numeri singularis tribus his formis definiuntur tantum ·il· ·er· ·is· De genere omni. – Positivi gradus nomina generis omnis nominativo casu numeri singularis his decem formis definiun-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tur tantum. ax· ex· ix· ox· ans· ·ens· ers· ors· am· us· De comparativo gradu. – Comparativi gradus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum ·ior· De genere neutro. – Comparativi gradus nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum ·ius· – De superlativo gradu. – Superlativus gradus in nominativo casu numeri singularis tria haec genera nominum continet tantum, masculinum, femininum, neutrum. De genere masculino. – Superlativi gradus nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis quattuor his formis definiuntur tantum ·rimus· ·simus· ·timus· ·ximus· De genere feminino. – Superlativi gradus nomina generis feminini nominativo casu numeri singularis quattuor his formis definiuntur tantum ·rima· ·sima· ·tima· ·xima· De genere neutro. – Superlativi gradus nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis quattuor his formis definiuntur tantum ·rimum· ·simum· ·timum· ·ximum·

Nunc quoniam quod vel quae genera nominum singuli gradus in nominativo casu numeri singularis contineant, nec non et singula genera in hisdem gradibus nominativo casu numeri singularis quot vel quibus formis definiantur ostendimus, iam ideo quemadmodum ex gradibus gradus fiant, doceamus. – De gradibus, quemadmodum gradus fiant. Quaecumque nomina comparativos vel superlativos gradus ex se facere possunt, haec ex his tribus generibus nominum indigent positione, id est masculino, communi, omni; unde possint sui cuiusque generis eorumdem graduum accipere rationem: et ideo haec tria genera subiciemus, quae scilicet ad rationem graduum pertinere repperiuntur. De genere masculino –. Masculini generis nomina, sicuti supra diximus, in positivo gradu nominativo casu numeri singularis tribus his formis definiuntur tantum er· ex· us· Nunc earundem singularum rationem subicimus, quo dinoscantur nomina, quemadmodum ex ipsis formis gradus conlationis facere possint.

DE ·ER·

Quaecumque nomina generis masculini in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec genetivo casu numeri singularis ·or· syllabam accipiunt, et comparativum gradum generis communis ostendunt: scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo ca-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

su numeri singularis ·ior· litteris definiuntur, et non ex illa positione formae, quae ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur venire intelleguntur, hi generis communis esse repperiuntur ut puta, hic niger, huius nigri - hic et haec nigrior - facere debeant. Sane hoc monemus, quod in hoc praecepto sint aliqui quinque soni, qui ·or· litteris post consonantem definiantur, ut puta, minor, et cetera talia. Nunc haec eadem supradicti generis nomina, quae diximus, in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis supradictis litteris definiri, in genetivo casu numeri singularis ·us· syllabam accipiunt, et non tantum comparativum gradum generis neutri, sed et adverbiorum ostendunt: scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·ius· litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri, sed et adverbiorum esse repperiuntur, ut puta - hic niger; huius nigri, nigrius - utrique respondeat. Sed tunc hi generis neutri esse repperiuntur, quando generibus neutris iungi inveniuntur, ut puta - nigrius officium -. At vero quando non generibus neutris, sed cum alia qualibet parte orationis miscentur, adverbiorum esse pronuntiantur, ut puta - nigrius fecit. Sic et alia comparativi gradus quando generi neutro, vel quando advierbis respondeant, intelleguntur.

Sane hoc monemus, quod in hoc praecepto sint aliqui quinque soni, qui ·us· litteris post consonantem definiantur, ut puta, minus. Item quaeritur qua de causa minora non minoria dicantur? hac de causa, quoniam comparativi gradus numquam a litteris definiuntur: nunc haec eadem nomina, generis scilicet masculini, quae diximus, in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possint, in eodem nominativo casu numeri singularis ·rimus· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis sui ostendunt, ut puta, hic niger, hic nigerrimus facere debeat. Item haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·rima· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta, hic niger, haec nigerrima facere debeat. At vero haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·rimum· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut puta, hic niger, hoc nigerrimum facere debeat.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Nunc in hac forma qua diximus generis masculini nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiri, quaeritur qua de causa hic - taeter -, et non - taetrus - dicatur? hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina superlativos gradus ex se facere possunt, haec si in eodem superlativo gradu in quolibet casu ante ultimam, sive ante ultimas syllabas, ·ri· syllabam habent constitutam, et possunt ex se generis masculini positivi gradus facere nomina, eandem ·ri· syllabam cum sequentibus litteris omittunt, et nominativum casum numeri singularis generis masculini positivi gradus quibus litteris definiant ostendunt; ut puta, hic nigerrimus, vel harum nigerrimarum, aut hoc nigerrimum; hic niger in positivo gradu facere monstratur: nam cum dicat Cicero in frumentaria - aut odor Aproni taeterrimus - utique iam hic taeter non taetrus facere pronuntiatur.

Item in hac supradicta generis forma quaeritur, qua de causa niger in genetivo casu numeri singularis per syllabam non crescat, et tener in genetivo casu numeri singularis per syllabam crescat? hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, excepto vocativo casu numeri singularis, si per ceteros casus in ultima vel ante ultimam syllabam per geminatas consonantes scribuntur, numquam a nominativo casu numeri singularis in ceteros casus, excepto genetivo casu numeri pluralis, per syllabam crescunt, ut puta ·niger · nigri· et cetera talia. At vero cuiuscumque generis nomina nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, et per ceteros casus in ultima vel ante penultimam syllabam per singulares consonantes definiuntur, haec nominativo casu numeri singularis, excepto vocativo casu numeri singularis, in ceteros casus per syllabam crescunt, ut puta, hic tener, huius teneri, et cetera talia, quae nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur quando a nominativo casu numeri singularis per ceteros casus ex syllaba crescere vel non crescere repperiuntur.

Hoc etiam monemus, quod hi nominativi, a quibus ceteri casus per syllabam crescunt, plus habent potestatis in structuris vel metris quam illi nominativi a quibus ceteri casus per syllabam non crescunt. Sed de eorundem potestate, cum ad metra ipsa venerimus. Sane etiam hoc monemus, in hac forma generis masculini qua diximus in positivo

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·er· litteris definiri, quod non ex ea plures soni, id est, plurima nomina possint exhiberi. De forma generis masculini quam in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·er· litteris definiuntur, quemadmodum ex comparativis gradus facere possint, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ·EX·

Quaecumque nomina generis masculini in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·ex· litteris definiuntur, si comparativos casus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis ·or· syllabam accipiunt, et comparativum gradum generis sui tantum ostendunt, ut puta, hic senex, huic seni, hic senior facere debeat. At vero haec generis masculini nomina, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·ex· litteris definiri, superlativos gradus facere prohibentur, scilicet quoniam haec eadem supradictae formae nomina in superlativo gradu sonum pedum in metris, vel in structuris exhibere non possunt. Sane hoc monemus quod haec eiusdem supradictae formae nomina, generis scilicet masculini, si cogantur ex specie sua et generis feminini facere nomina, quod haec eadem generis feminini nomina per inmutationem repperiantur esse anomala, ut puta hic senex, haec anus facere debeat. Nunc etiam hoc monemus, in hac forma generis masculini, qua diximus, in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ex litteris definiri, quod ex ea forma plus quam tres soni, hoc est quam tria nomina, non possint exhiberi. De forma generis masculini qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ex litteris definiuntur, quemadmodum ex se comparativos gradus, nec non et nomina feminina facere possint, vel intra quantum numerum esse repperiantur, quantum ratio poscebat tractavimus.

DE ·US·

Quaecumque nomina generis masculini in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·us· litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec in genetivo casu numeri singularis ·or· syllabam accipiunt, et comparativum gradum generis communis ostendunt: scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·ior· litteris definiuntur, et non ex illa positione formae, qua ex genere masculino nominativo casu numeri singularis nomina definiuntur, venire intelleguntur,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

hi generis communis esse repperiuntur, ut puta, hic doctus, huius docti, hic et haec doctior facere debeant. Nunc haec eadem supradicti generis nomina, quae diximus in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis supradicta forma finiri, in genetivo casu numeri singularis ·us· syllabam accipiunt, et non tantum comparativum gradum generis neutri, sed et adverbiorum ostendunt: scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·ius· litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri, sed et adverbiorum esse repperiuntur, ut puta hic doctus, huius docti, doctius utrique respondeat. Sed tunc hi generis neutri esse repperiuntur, quando generibus neutris iuncti inveniuntur, ut puta doctius officium: at vero quando non generibus neutris sed cum alia qualibet parte orationis miscentur, adverbiorum esse pronuntiantur, ut puta - doctius fecit -. Sic et alii comparativi gradus quando generi neutro, vel quando abverbiis respondeant intelleguntur.

Nunc haec eadem nomina generis scilicet masculini, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·us· litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in ablativo casu numeri pluralis ·simus· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis sui ostendunt, ut puta, hic doctus, ab his doctis, hic doctissimus facere debeat. Nunc haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·sima· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta, hic doctus, ab his doctis, haec doctissima facere debeat. At vero haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·simum· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut puta, hic doctus, ab his doctis, hoc doctissimum facere debeat. Nunc in hac forma, qua diximus generis masculini nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·us· litteris definiri, quaeritur, qua de causa sobrius positivi gradus sit tantum? hac de causa, quoniam si sobrius, secundum praeceptum supra datum, in genetivo casu numeri singularis ·or· syllabam accipiat, sonum tamen comparativi gradus facere non potest, ut puta hic sobrius huius sobrii, hic vel haec sobrior: et ideo sobrius, et cetera talia comparativos gradus facere prohibentur.

Sane hoc monemus, quod in forma hac, qua diximus generis masculini nomina in positivo gra-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

du nominativo casu numeri singularis ·us· litteris definiri, haec tria nomina repperiri, quae per gradus conlationis propter sonos pedum, qui scilicet pertinent ad metra vel structuras, anomale data sunt comparari, id est bonus, malus, magnus: faciunt enim ex genere masculino in positivo gradu bonus, malus, magnus; in comparativo melior et melius, peior et peius, maior et maius: scilicet quoniam omnis comparativus gradus duo haec genera continet, idest commune et neutrum. Sed quando hic communis et quando neutri generis, sive adverbiorum, esse dinoscantur in superioribus iam satis tractavimus. In superlativo, optimus, pessimus, maximus. Sic et per femininum et neutrum genus, nec non et sicut docuimus commune, haec tria suprascripta nomina per gradus conlationis propter supradictos pedum sonos anomale data sunt comparari.

Sane etiam hoc de his tribus suprascriptis nominibus quaeritur, qua de causa propter pedum sonos sic anomale debeant comparari? Quare hoc monemus, quod haec cum syllabis et accentibus in metris competenter tractabimus. Nunc etiam hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·us· litteris definiri, quod ex ea plures soni, idest plurima nomina possint exhiberi. De forma generis masculini, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·us· litteris definita quemadmodum ex se faciant comparativos, vel superlativos gradus, nec non et tria nomina anomala, quantum ratio poscebat tractavimus. Nunc quoniam quemadmodum ex suo genere masculino gradus conlationis fiant ostendimus, et ideo iam de genere communi incipiamus.

22. DE GENERE COMMUNI.

Communis generis nomina, sicuti supra docuimus, in positivo gradu nominativo casu numeri singularis tribus his formis definiuntur tantum ·er· ·il· ·is·. Nunc earumdem rationem subicimus qua dinoscantur nomina, quemadmodum ex ipsis formis gradus conlationis facere possunt.

DE ·ER·

Quaecumque nomina generis communis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis ·or· syllabam accipiunt, et comparativum gradum generis sui ostendunt: scilicet quoniam, sicuti supra docuimus, quicumque com-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

parativi gradus nominativo casu numeri singularis ·ior· litteris definiuntur, et non ex illa positione formae, quae ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ·ex· litteris definiuntur venire intelleguntur, hi generis communis esse repperiuntur, ut puta, hic et haec acer, huius acris, huic acri, hic et haec acrior facere debeant.

Nunc eadem supradicti generis nomina, quae diximus in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis supradicta forma definiri, in dativo casu numeri singularis ·us· syllabam accipiunt, et non tantum comparativum gradum generis neutri, sed et adverbiorum ostendunt: scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri, sed et adverbiorum repperiuntur, ut puta hic et haec acer, huic acri, acrius utique respondeat. Sed tunc hi generis neutri esse repperiuntur, quando, sicuti supra diximus, generibus neutris iungi inveniuntur, ut puta, acrius acetum. At vero quando non generibus neutris, sed cum alia qualibet parte orationis miscentur, adverbiorum esse pronuntiantur, ut puta acrius respondet. Sic et alii comparativi gradus quando generi neutro vel quando adverbiis respondeant intelleguntur: nunc haec eadem nomina, generis scilicet communis, quae diximus, in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in eodem nominativo casu numeri singularis ·rima· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta, hic et haec acer, hic acerrimus facere debeat.

Item haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·rima· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta hic et haec acer, haec acerrima facere debeat. At vero haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·rimum· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut puta, hic et haec acer, hoc acerrimum facere debeat: nunc in hac forma, qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiri, quaeritur qua de causa hic vel haec acer et acris dicatur? hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina superlativos gradus ex se facere possunt, haec in eodem superlativo gradu in quolibet casu ante ultimam, sive ante ultimas syllabas, ·ri· syllabam habent constitutam, et possunt ex se generis communis positivo

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

gradu facere nomina, eandem ·ri· syllabam cum sequentibus litteris omittunt, et nominativum casum numeri singularis generis communis positivi gradus quibus litteris definiatur, ostendunt. Nunc cum dicat Vergilius - acerrimus Aiax - utique iam hic vel haec acer, non acris, facere demonstravit. Item in hac supradicti generis forma quaeritur, qua de causa acer communis generis esse dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina in genetivo casu numeri siugularis ·is· litteris definiuntur, et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec generis esse communis pronuntiantur: nunc cum dicat Vergilius - acris Orontis -, utique iam acrem generis communis esse demonstravit.

Item in supradicta forma quaeritur, si haec eadem supradicta communis generis nomina ex sua specie in genera neutra transeant, in eodem genere neutro in positivo gradu nominativo casu numeri singularis qua littera debeant terminari? utique ·e·: scilicet quoniam quaecumque nomina generis communis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, si ex sua specie in genera neutra transeunt, haec eadem genera neutra in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur: at vero pluralis ·ia· litteris definiuntur, ut puta, hic et haec acer hoc acre et haec acria facere debeant. Item in hac supradicti generis forma quaeritur, qua de causa ·acer· genetivo casu numeri singularis a nominativo casu singularis numeri per syllabam non crescat, et ·pauper· in genetivo casu numeri singularis a nominativo casu numeri singularis per syllabam crescat? hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, haec, excepto vocativo casu numeri singularis, si per ceteros casus in ultima vel ante ultimam syllabam per geminatas consonantes scribuntur, numquam a nominativo casu numeri singularis in ceteros casus, excepto genetivo casu numeri pluralis, per syllabam crescunt, ut puta, acer acris, et cetera talia: at vero cuiuscumque generis nomina nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, et per ceteros casus in ultima vel ante ultimam syllabam per singulares consonantes scribuntur, haec a nominativo casu numeri singularis, excepto vocativo casu numeri singularis, in ceteros casus per syllabas crescunt, ut puta, hic pauper, huius pauperis. Sic et cetera talia, quae nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quando a nominativo casu numeri singularis per ceteros casus ex syllaba crescere vel non crescere possint, repperiuntur.

Nunc etiam hoc monemus, quod hi nominativi, a quibus ceteri casus per syllabam crescunt, plus habeant potestatis in structuris vel metris, quam illi nominativi a quibus ceteri casus per syllabas non crescunt. Sed de eorum potestate cum ad metra ipsa venerimus conpetenter tractabimus. Nunc etiam hoc monemus, in hac forma generis communis, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·er· litteris definiri, quod ex ea scilicet forma plus· quam quattuordecim soni, hoc est, quam XIIII· nomina, non possint exhiberi. De forma generis communis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·er· litteris definita, quemadmodum ex se comparativos vel superlativos, nec non et ipsos positivos gradus facere possint, vel intra quantum numerum esse repperiantur, quantum ratio poscebat, tractavimus·

DE ·IL·

Quaecumque nomina generis scilicet communis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·il. littteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis ·or· syllabam accipiunt, et comparativum gradum generis sui ostendunt: scilicet quoniam, sicuti supra diximus, quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·ior· litteris definiuntur, et non ex illa formae positione, quae ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ·ex· litteris definiuntur venire intelleguntur, hi generis communis esse repperiuntur, ut puta hic, et haec pugil, huic pugili, hic vel haec pugilior facere debeant. Nunc haec eadem supradicti generis nomina, quae diximus in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis supradicta forma definiri, in dativo casu numeri singularis ·us· syllabam accipiunt, et non tantum comparativum gradum generis neutri, sed et adverbiorum, ostendunt: scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·ius· litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri, sed et adverbiorum, esse repperiuntur, ut puta, hic et haec pugil, huic pugili, pugilius utri respondeat: sed quando pugilius generi neutro, vel quando adverbio in comparatione respondeant, in superioribus iam satis ostendimus.

Nunc in hac forma, qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu nu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

meri singularis ·il· litteris definiri, quaeritur, qua de causa pugil communis generis esse dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis ·il· litteris definiuntur, et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec communis generis esse pronuntiantur. Item in hac supradicta forma quaeritur, si haec supradicta communis generis nomina ex sua specie in genera neutra transeant, ut eadem genera neutra in positivo gradu in nominativo casu numeri singularis, qua littera debeant terminari? ·e· scilicet, quoniam quaecumque generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·il· litteris definiuntur, si ex sua specie in genera neutra transeunt, haec eadem genera neutra in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur. At vero pluralis ·ia· litteris definiuntur, ut puta hic et haec pugil, hoc pugile, et haec pugilia, facere debeant.

Nunc etiam hoc significamus, quod etsi ex omnibus clarum est, attamen ne obscuro exemplo usi esse videamur, quod pugiles illi vel ille appellentur, hoc est, qui non exiles, sed bono corpore esse probantur. Sane haec supradicta communis generis nomina, quae diximus in suprâdicto gradu nominativo casu numeri singularis ·il· litteris definiri, superlativos gradus facere prohibentur: scilicet, quoniam haec eadem supradictae formae nomina in superlativo gradu sonum pedum in metris vel structuris exhibere non possunt. Nunc etiam hoc monemus, in hac forma generis communis, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·il· litteris definiri, quod ex ea forma plus quam septem nomina non possint exhiberi. De forma generis communis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·il· litteris definita, quemadmodum ex se comparativos gradus, nec non et intra quantum numerum esse repperiantur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ·IS·

Quaecumque nomina generis scilicet communis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·is· litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis ·or· syllabam accipiunt, et comparativum gradum generis sui ostendunt: scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·ior· litteris definiuntur, et non ex illa positione formae, qua ex gene-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

re masculino nominativo casu numeri singularis ·ex· litteris definiuntur nomina venire intelleguntur, hi generis communis esse repperiuntur, ut puta, hic et haec fortis, huic forti, hic et haec fortior facere debeant. Nunc haec eadem supradicti generis nomina, quae diximus in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis supradicta forma definiri, in dativo casu numeri singularis ·us· syllabam accipiunt, et non tantum comparativum gradum generis neutri, sed et adverbiorum, ostendunt: scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·ius· litteris finiuntur, hi non tantum generis neutri, sed et adverbiorum, esse repperiuntur, ut puta, hic et haec fortis, huic forti, fortius utrique respondeat. Sed quando fortius generi neutro, vel quando adverbio, in comparatione respondeat, in superioribus iam satis ostendimus.

Sane in hac forma, qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·is· litteris definiri, hoc monemus, quod hoc unum nomen repperiatur, quod in comparativo gradu tam generi suo, quam neutro, nec non adverbio, propter sonum metri vel structurae per inmutationem anomaliae sic debeat comparari, id est iuvenis; facit enim comparativo gradu generis scilicet communis iunior, neutri autem sive adverbii, iunius, at vero superlativum gradum facere prohibetur. Sed hoc nomen qua de causa in sopradicto gradu anomale per inmutationem comparetur, vel superlativum facere prohibeatur, tunc conpetenter tractabimus cum ad ipsa metra veniemus. Nunc haec eadem nomina generis scilicet communis, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·is· litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in eodem nominativo casu numeri singularis ·simus· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis masculini ostendunt, ut puta hic et haec fortis, hic fortissimus facere debeat. Item haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·sima· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta, hic et haec fortis, haec fortissima facere debeat. At vero haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·simum· syllabas accipiunt, et superlativum generis neutri ostendunt, ut puta, hic et haec fortis, hoc fortissimum facere debeat.

Nunc quaeritur, qua de cau-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

si ex ista forma, qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·is· litteris definiri, ·austeris·; et non ex illa, quae ·us· litteris definitur, ·austerus· dicatur: hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina superlativi gradus in quolibet casu ante ultimam, sive ante ultimas syllabas ·si· syllabam habent constitutam, et ex sua specie positivi gradus facere possunt nomina, haec in eodem superlativo gradu ex quolibet casu ante ultimam sive ante ultimas syllabas ·si· syllabam quam habent constitutam cum sequentibus litteris omittunt, et positivi gradus nominativum casum, de quo ambigebatur, ostendunt. Nunc cum dicat Lucilius " austerissimarum herbarum sucos exprimebat ,, utique iam hic vel haec austeris, non hic austerus facere demonstratur.

Nunc in hac forma, qua diximus, generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis litteris definiri, quaeritur qua de causa fortis communis generis esse dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri siugularis ·is· litteris definiuntur et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec communis generis esse pronuntiantur. Item in hac supradicta forma quaeritur, si haec supradictae formae communis generis nomina ex sua specie in genera neutra transeant, in eodem genere neutro in positivo gradu nominativo casu numeri singularis qua littera debeant terminari? utique ·e·, scilicet, quoniam quaecumque generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·is· litteris definiuntur, si ex sua specie in genera neutra transeunt, haec eadem genera neutra in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur; at vero plurali ·ia· litteris definiuntur, ut puta hic et haec fortis, hoc forte et haec fortia facere debeat. Item in hac supradicta forma quaeritur, qua de causa facillimus non superlativus gradus facilissimus esse dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·is· litteris definiuntur, si superlativos gradus ex se facere possunt, haec in eodem nominativo casu numeri singularis ·simus· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis masculini ostendunt. Nunc si facilis ·simus· syllabas accipiat, numquidnam facillimus, et non facilissimus face-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

re ostendat? et ideo facillimum non gradum suum superlativum esse demonstrat.

Praeterea etiam hoc monemus quod propter sonos metri, vel structurae non possint superlativi gradus ante ultimam syllabam ·lis· syllabam habere constitutam. Sed qua de causa superlativi gradus ante ultimam syllabam propter metricam rationem vel structuram ·lis· syllabam non possint habere constitutam, etiam hoc in metris competenter tractabimus· Item in hac forma, qua diximus, generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·is· litteris definiri, quaeritur qua de causa haec iuvenis dure accipiatur, cum iuvenis communis generis esse doceatur. Quare hoc monemus, quod cuiuscumque generis nomina iunguntur cum alterius generis vocabulo, haec consideranda esse quemadmodum sonus suos exhibeant, hoc est, si ad coniunctum genus respondeant, eius generis esse dicas cuius generis esse oporteat; sin vero in sono, hoc est a genere discrepant, pro locutione accipias. Sed haec apertius, cum de sonis in metris tractare coeperimus, ostendemus. Nunc etiam hoc monemus, quod hoc nomen, id est iuvenis, in genere neutro propter metri vel structurae sonum numerum pluralem facere prohibeatur. Sane hoc monemus in hac forma generis communis, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·is· litteris definiri, quod ex ea forma plures soni, hoc est eo plura nomina possint exhiberi. De forma generis communis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·is· litteris definita, quemadmodum ex se faciat comparativos vel superlativos, nec non et ipsos positivos gradus, vel unum nomen anomalum, quantum ratio poscebat tractavimus. Nunc quoniam quemadmodum ex genere communi gradus conlationis fiant ostendimus, et ideo iam de genere omni incipiamus.

23. DE GENERE OMNI.

Omnis generis nomina, sicuti supra docuimus, in positivo gradu nominativo casu numeri singularis decem his formis definiuntur tantum ax· ex· ix· ox· ans· ens· ers· ors· us· am· Nunc earumdem rationem subicimus, qua dinoscantur nomina quemadmodum ex ipsis formis gradus conlationis facere possunt.

DE ·AX·

Quaecumque nomina generis scilicet omnis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·ax· litteris definiuntur, si com-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

parativos gradus ex se facere possunt, haec indicativo casu numeri singularis ·or· syllabam accipiunt, et comparativum gradum generis communis ostendunt: scilicet, quoniam, sicuti saepe diximus, quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·ior· litteris definiuntur, et non ex illa positione formae, qua ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ·ex· litteris nomina definiuntur, venire intelleguntur, hi generis communis esse repperiuntur; ut puta, hic et haec et hoc audax huic audaci, hic vel haec audacior facere debeat. Nunc haec eadem supradicti generis nomina quae diximus in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis ·ax· litteris definiri, in dativo casu numeri singularis ·us· syllabam accipiunt, et non tantum comparativum gradum generis neutri sed et adverbiorum ostendunt: scilicet, quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·ius· litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri, sed et adverbiorum esse repperiuntur, ut puta, hic et haec et hoc audax, huic audaci, audacius utrique respondet. Sed tunc hi generis neutri esse repperiuntur, quando, ut supra diximus, generibus neutris iungi inveniuntur, ut puta, audacius, mancipium. At vero quando non generibus neutris, sed cum alia qualibet parte orationis miscentur, adverbiorum esse pronuntiatur, ut puta – audacius dixit –. Sic et alii comparativi gradus quando generi neutro, vel quando adverbio respondeant, intelleguntur.

Nunc haec eadem nomina, generis scilicet omnis, quae diximus, in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·ax· litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in genetivo casu numeri singularis ·simus· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis masculini ostendunt, ut puta hic et haec et hoc audax, huius audacis, hic audacissimus facere debeat. Item haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·sima· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta hic et haec et hoc audax, huius audacis, haec audacissima facere debeat. At vero haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·simum· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut puta, hic et haec et hoc audax, huius audacis, hoc audacissimum facere debeat. Sane hoc monemus, ut ex his septem supradictis

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

scilicet formis, id est, ex· ix· ox· ans· ens· ers· ors·, quaecumque nomina comparativos vel superlativos gradus ex se facere possunt, supra datae formae, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ax· litteris definiri, disciplinam sequantur, ut puta, simplex, felix, velox, amans; sapiens, iners, vecors. Sic et cetera talia nomina, quae ex eisdem suprascriptis formis venire intelleguntur, et comparativos, vel superlativos gradus ex se facere possunt, ut supra diximus, supra datae formae disciplinam sequantur.

Nunc quoniam quemadmodum supradictarum formarum nomina comparativos vel superlativos grase facere possunt demonstravimus, et ideo iam quot ex hisdem singulis formis soni exhiberi possint, moneamus. Ex forma generis scilicet omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ax· litteris definiuntur, hoc monemus quod plusquam XXIII. soni hoc est, quam viginti tria nomina exhiberi non possint. Ex forma generis scilicet omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ex· litteris definiuntur, hoc monemus, quod plusquam XXIII. nomina exhiberi non possint. Ex forma generis scilicet omnis qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ix· litteris definiuntur, hoc monemus quod plusquam ·v· soni, hoc est quam quinque nomina exhiberi non possint. Ex forma scilicet omnis generis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ox· litteris definiuntur, hoc monemus quod plusquam VIIII. soni, hoc est quam novem nomina exhiberi non possint. Ex forma scilicet generis omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ans· litteris definiuntur, hoc monemus, quod eo plures soni, hoc est eo plurima nomina possint exhiberi. Ex forma generis scilicet omnis qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ens· litteris definiuntur hoc monemus quod eo plures soni, hoc est eo plurima nomina possint exhiberi. Ex forma scilicet generis omnis qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ers· litteris definiuntur, hoc monemus quod eo plures soni, hoc est eo plurima nomina exhiberi possint. Ex forma scilicet generis omnis qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ors· litteris definiuntur, hoc monemus quod eo plus quam octo soni, hoc est eo plurima nomina exhiberi non possint.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Nunc etiam hoc quaeritur, qua de causa supradictarum formarum nomina generis omnis esse dicantur? hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis hisdem supradictis formis definiuntur, et ex sua specie vocabula feminina vel neutra facere possunt, haec generis omnis esse pronuntiantur. De formis suprascriptis octo, generis scilicet omnis, quemadmodum ex his nomina comparativos vel superlativos gradus facere repperiantur, nec non et ex singulis formis intra quot sonos exhibere possint, quantum ratio poscebat tractavimus.

DE ·US·

Quaecumque nomina generis omnis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·us· litteris definiuntur si comparativos gradus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis ·or· syllabam accipiunt et comparativum gradum generis communis ostendunt: scilicet quoniam, sicuti supra diximus, quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·ior· litteris definiuntur, et non ex illa positione formae, qua ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ·ex· litteris nomina definiuntur, venire intelleguntur, hi generis communis esse repperiuntur, ut puta hic, et haec, et hoc vetus, huic veteri; hic et haec veterior facere debeant. Nunc haec eadem supradicti generis nomina, quae diximus in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis ·us· litteris definiri, in dativo casu numeri singularis ·us· syllabam accipiunt; et non tantum comparativi gradus generis neutri, sed et adverbiorium esse repperiuntur, ut puta, hic et haec et hoc vetus, huic veteri veterius, utrique respondeat. Sed quando veterius generi neutro, vel quando adverbio in comparatione respondeat, iam satis in superioribus ostendimus.

Nunc haec eadem nomina generis omnis, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·us· litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, haec ex dativo casu numeri singularis ·i· ultimum omittunt et in eodem dativo casu numeri singularis ·rimus· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis masculini ostendunt, ut puta hic et haec et hoc vetus, huic veteri, veterrimus facere debeat. Item haec eadem supradicti generis nomina ex supradicto casu supradictam litteram omittunt, et in eodem supradicto casu ·rima· syllabas accipiunt et

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta hic et haec et hoc vetus, huic veteri, haec veterrima facere debeat. At vero haec eadem supradicti generis nomina ex supradicto casu supradictam litteram omittunt, et in eodem supradicto casu ·rimum· syllabas accipiunt, et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut puta hic et haec et hoc vetus, huic veteri, hoc veterrimum facere debeat. Nunc qnaeritur qua de causa vetus in genere neutro numeri pluralis vetera, et non veteria faciat? hac de causa, quoniam quaecumque vocabula neutra nominativo casu numeri singularis ·us· litteris definiuntur, haec nominativo casu numeri pluralis ·a· littera post consonantem concluduntur.

Sane etiam hoc monemus, in hac forma generis omnis, qua diximus, in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·us· litteris definiri, quod ex ea forma plus quam tres soni, hoc est quam tria nomina non possint exhiberi. Item in hac forma, qua diximus generis omnis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·us· litteris definiri, quaeritur qua de causa vetus omnis generis esse dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri siugularis ·us· litteris definiuntur, et ablativo casu numeri singularis ·e· vel ·i· littera terminantur, haec si ex sua specie vocabula feminina vel neutra facere possint, generis omnis esse pronuntiantur. De forma generis omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·us· litteris definiuntur, quemadmodum ex se faciant comparativos vel superlativos gradus, nec non et intra quantum numerum esse repperiantur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ·AM·

Omnis generis nomen est quod in positivo gradu ·am· litteris definitur, id est nequam hoc, id est nomen in positivo gradu tam numeri singularis, quam pluralis aptote declinatur, hoc est per omnes casus uno sonu (1) pronuntiatur: in comparativo autem ex genere communi nequior, ex genere neutro sive adverbio nequius facere debeat. Sed quando nequius generi neutro, vel quando adverbio comparetur, in superioribus iam satis ostendimus. At vero in superlativo gradu genere masculino nequissimus, genere feminino nequissima, genere neutro nequis-

(1) Ita cod. *sonu*. Addatur igitur hoc exemplum lexicis.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

simum facere pronuntiantur. Nunc quaeritur, qua de causa nequam omnis generis esse dicatur? quare hoc monemus quoniam quaecumque res sola repperitur exemplum non habet a quo corrigatur, et ideo quemadmodum ad sonum suum confirmata esse repperitur, necesse est ut sic accipiatur. De nomine generis omnis, quod in positivo gradu per omnes casus ·am· litteris definitur, quemadmodum per omnes gradus sonent, ostendimus.

Sane quaeritur, qua de causa summus, intimus, extremus, ultimus, et cetera talia positivi et non superlativi gradus esse repperiuntur? hac de causa quoniam omnia nomina generis scilicet masculini superlativi gradus, exceptis tribus his anomalis, id est, optimo, pessimo; maximo, nominativo casu numeri singularis duabus his formis definiuntur tantum; ·rimus· ·simus·, ut puta nigerrimus, doctissimus: nunc cum summus, intimus, extremus, ultimus et cetera talia nominativo casu numeri singularis non hisdem supradictis formis definiantur, utique non iam superlativi, sed positivi gradus nomina esse pronuntiantur, haec supradicta nomina positivi non superlativi gradus esse pronuntianda: scilicet quoniam omnia nomina in superlativo gradu, exceptis tribus nominibus supra memoratis anomalis, nominativo casu numeri singularis quattuor excessu suaiandllabis constituta esse repperiuntur: nunc cum haec intra datum supradictum numerum syllabarum esse inveniantur, et ideo non superlativi sed positivi gradus nomina esse probantur. Item quaeritur ultimus an ulterioris positivus gradus esse dicatur? sed ultimus, si in sua forma secundum supradatam disciplinam ·or· syllabam in genetivo casu numeri singularis accipiat, numquidnam ulterior facere ostentat? et ideo ultimum non positivum gradum ulterioris esse demonstrat.

Sane etiam hoc monemus, quod nominibus comparativi vel superlativi gradus haec undecim adverbia adiungi non debeant, idest –, adeo, magis, tam, potius, per, bene, valde, minus, plus, satis, nimium: ut puta adeo doctior, vel adeo doctissimus, sed doctior et doctissimus, sine adeo, dici debeant. Sic et sine aliis suprascriptis adverbiis comparativi vel superlativi gradus nomina pronuntiari oporteant. Item etiam hoc monemus, quod si haec eadem suprascripta adverbia nominibus positivi gradus inveniantur adiuncta, haec nomina

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

iam non positivi potestatem, sed pro comparativis vel superlativis in metris vel structuris sint accipienda: ut puta - adeo doctus et vel sonat doctior vel doctissimus. Sic et alia positivi gradus nomina iuncta supradictis adverbiis pro comparativo, vel superlativo gradu sunt accipienda. Sed quando haec comparativo, et quando superlativo gradu respondeant, in metris propter sonos, conpetenter tractabimus.

Sane hoc monemus, quod comparativi gradus nomina ablativo casu, respondeant; ut puta - doctior illo, vel illis -. Hoc item monemus quod si nominibus comparativi gradus ·quam· syllabam adiungamus, iam non ablativo, sed nominativo casui respondere repperiantur; ut puta - doctior quam ille, vel illi -. Sic et alia comparativi gradus nomina adiuncta sibi ·quam· syllaba, nominativo non ablativo casui necesse est ut respondeant. Item hoc monemus, quod superlativi gradus nomina genetivo casui respondeant, ut puta servantissimus aequi -, disertissimus Romanorum -, omnium quos terra substinet sceleratissimus. Sic et alia superlativi gradus nomina genetivo casui necesse est ut respondeant. De comparatione, quantum ratio poscebat, tractavimus.

24. DE ORDINE.

Ordines nominum sunt tres, positio, derivatio, deminutio. Positio nominum est ipsa origo, ut puta, mons, pons, et cetera talia. Derivatio nominum est, quae ex ipsa positione nominum concipitur. Haec biformi specie nascitur, ut puta, a monte - montius et montanus: a ponte - pontius et pontanus -: sic et cetera talia nomina a derivatione biformi figura nascuntur. Deminutio nominum est quando ex ipsa positione nominum unaquaeque res breviatur, ut puta, a monte monticulus, a ponte ponticulus. Sic et ceterae deminutiones dinoscuntur cum a sua positione breviantur. Nunc et hic, sicuti et in gradibus conlationis, considerandum est quod non omnia nomina per ordines omnes semper perseverant: interdum enim inveniuntur nomina quae in positione et in derivatione tantum sint constituta, ut puta, pater, paternus, et patrius: qua ratione Vergilius - patrius amor -, et Terentius - patrium monumentum - dicendum esse censuerunt. Interdum in positione et deminutione tantum, ut puta, canis, catulus. Frequenter vero per omnes ordines perseverant, ut puta mons, montius, vel montanus et monticu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

lus. Nunc et hic quaeritur qua de causa non omnia nomina per omnes ordines semper perseverant? quare hoc monemus, sicuti et in comparatione monuimus, quod eorundem sonos cum syllabis et accentibus in metris conpetenter tractabimus; scilicet quando haec nomina derivationem vel deminutionem sustinere possint, doceamus. De ordine nominum quantum ratio poscebat tractavimus.

25. DE CASIBUS.

Casus sunt sex, nominativus, genitivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus. Casus autem dicti sunt quod per eos partes aliquae orationis in declinationem cadant. – De Numero. Numeri nominum sunt tres, singularis, pluralis, et communis: singularis, ut unus; pluralis, ut duo, vel eo plures; communis autem numerus dicitur qui singulare et plurale nomen continere invenitur, ut puta dies, nubes, acies, et cetera talia, quae scilicet et ad singularem et ed pluralem numerum respondere repperiuntur, haec communis numeri esse pronuntiantur. Sane etiam hoc monemus quod haec nomina non secundum communem numerum per omnes casus perseverant: scilicet quoniam si est dies communis numeri, diei autem singularis, dierum vero pluralis; et ideo, ut diximus, haec nomina per casus secundum suum numerum sunt pronuntianda. – De accentu. – De accentibus autem quia non brevis ratio est, in metris cum syllabis conpetenter tractabimus. Nunc quoniam quae accidunt nomini ex ordine universa tractavimus, et ideo iam ablativos casus numeri singularis, quibus vel quot litteris definiantur, doceamus.

De ablativo casu –. Ablativus casus numeri singularis septem his litteris definitur tantum, hoc est, vocalibus quinque ·a· e· i· o· u· semivocalibus duabus ·m· s·. Harum singularum rationem subicimus, qua dinoscantur nomina quemadmodum secundum formas suas per casus declinentur. De ·a· – Littera ·a· ablativus casus numeri singularis terminatus genera haec tria continet tantum, masculinum, femininum, commune. – De genere masculino –. Masculini generis nomina quae ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis quattuor his formis definiuntur tantum ·a· ia· as· es·

DE ·A·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri sin-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

gularis ·a· littera post consonantem definiuntur, ut puta – ab hoc Catilina, hic Catilina –, haec ad hoc exemplum declinantur numero singulari, hic Catilina, huius Catilinae, huic Catilinae, hunc Catilinam, o Catilina, ab hoc Catilina. Numero plurali, hi Catilinae, horum Catilinarum, his Catilinis, hos Catilinas, o Catilinae, ab his Catilinis. Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, a nominativo casu numeri singularis ·a· littera post consonantem definiuntur, ad exemplum Catilinae per omnes casus declinantur. Nunc hoc monemus in hac forma generis masculini qua diximus ablativo casu numeri singularis ·a· littera nomina terminari, et nominativo casu numeri singularis ·a· littera post consonantem definiri, quod ex ea plus quam ducenti septuaginta tres soni, hoc est quam ducenta septuaginta tria nomina non possint exhiberi. De forma, generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·a· littera post consonantem definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ·IA·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·a· litteris terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ia· litteris definiuntur, ut puta ab hoc Sosia, hic Sosia, haec ad hoc exemplum declinantur. Numero singulari, hic Sosia, huius Sosiae, huic Sosiae, hunc Sosiam, o Sosia, ab hoc Sosia. Numero plurali, hi Sosiae, horum Sosiarum, his Sosiis, hos Sosias, o Sosiae, ab his Sosiis. Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·ia· litteris definiuntur, et nominativo casu numeri singularis ·ia· litteris, non ·ia· syllaba, terminantur, ad exemplum Sosiae per omnes casus declinantur. Nunc in hac supradicta forma haec monemus, quod quaecumque nomina, generis scilicet masculini, unumquemlibet casum ad formam Sosiae facere inveniuntur, haec dativo et ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas ·i· litteras scribuntur. Nunc in hac supra scripta forma quaeritur, qua de causa nomina in dativo vel ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas ·i· litteras scribantur? hac de causa quoniam quaecunque nomina ablativo casu numeri singularis ·ia· litteris terminantur, haec in dativo et ablativo casu numeri pluralis cum eodem ablativo casu numeri sin-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

gularis pari numero syllabarum oportet pronuntiari. Item etiam hoc monemus, in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·ia· litteris terminari, et nominativo casu numeri singularis ·ia· littteris definiri, quod ex ea plusquam XXXII. soni, hoc est XXXII. nomina non possint exhiberi. De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·ia· litteris terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ia· litteris, non ·ia· syllaba definiuntur, quantum ratio poscebat tractavimus.

DE ·AS·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·as· litteris definiuntur, ut puta ab hoc Aenea, hic Aeneas, haec ad hoc exemplum declinantur. Numero singulari, hic Aeneas, huius Aeneae, huic Aeneae, hunc Aenean, o Aenea; ab hoc Aenea. Haec numero plurali non declinantur, scilicet quoniam quaecumque nomina latina dumtaxat generis masculini accusativo casu numeri singularis ·an· litteris definiuntur, haec pluralem sonum facere prohibentur. Sed qua de causa haec supra memoratae formae nomina pluralem sonum facere prohibentur, in metris conpetenter tractabimus. Nunc hoc monemus, in hac forma generis masculini qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·a· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·as· litteris definiri, quod ex ea plusquam LXXXII. soni, hoc est quam octoginta duo nomina non possint exhiberi. De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·as· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ·ES·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, nominativo casu numeri singularis ·es· litteris definiuntur, ut puta, ab hoc Anchisa, hic Anchises, haec ad hoc exemplum declinantur. Numero singulari hic Anchises, huius Anchisae, huic Anchisae, hunc Anchisen, o Anchisa, ab hoc Anchisa. Haec numerum pluralem non admittunt, scilicet quoniam quaecumque nomina dumtaxat generis masculini accusativo casu numeri singularis ·en· litteris definiuntur, et ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, haec pluralem sonum facere prohibentur. Sed qua de causa haec supra

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

memoratae formae nomina pluralem sonum facere prohibentur, hoc in metris conpetenter tractabimus. Nunc hoc monemus, in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·a· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·es· litteris definiri, quod ex ea plusquam XXVII, soni, hoc est quam viginti septem nomina non possint exhiberi. De forma generis masculini quae ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·es· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat tractavimus.

Nunc in his nominibus, generis scilicet masculini, quae diximus ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis suprascriptis formis definiri, quaeritur qui casus quem casus regere possint? et ideo eosdem subicimus, ut quemadmodum se regere possint, doceamus. – De nominativo casu numeri singularis qui ·a· littera post consonantem terminatur –. Quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis ·a· littera post consonantem terminantur, et aptota esse non invenientur, haec ad sonum Catilinae per ceteros casus declinantur. De accusativo casu numeri singularis qui ·am· litteris post consonantem definitur –. Quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis ·am· litteris post consonantem concluduntur et aptota esse non inveniuntur, haec ad sonum Catilinae per ceteros casus declinantur. – De Nominativo, vel vocativo casu numeri pluralis, qui ·ae· litteris post consonantem definiuntur –. Quaecumque nomina generis masculini nominativo vel vocativo casu numeri pluralis ·ae· litteris post consonantem definiuntur, et aptota esse non inveniuntur; haec ad sonum Catilinae per ceteros casus declinantur. – De genetivo casu numeri pluralis qui ·arum· litteris post consonantem definitur –. Quaecumque nomina generis masculini genetivo casu numeri pluralis ·arum· litteris post consonantem definiuntur, haec ad sonum Catilinae per omnes casus declinantur. – De accusativo casu numeri pluralis, qui ·as· litteris post consonantem definitur –. Quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri pluralis ·as· litteris post consonantem definiuntur, et aptota esse non repperiuntur, haec ad sonum Catilinae per ceteros casus declinantur. – De accusativo casu numeri singularis, qui ·an· litteris definitur –. Quaecumque

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nomina generis masculini accusativo caso numeri singularis ·an· litteris definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, haec ad sonum Aeneae per ceteros casus declinantur.

De genetivo, vel dativo casu numeri singularis, qui ·ae· litteris post consonantem definiuntur -. Quaecumque nomina generis masculini genetivo vel dativo casu numeri singularis ·ae· litteris post consonantem definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus, per quos appareat ad quam formam pertinere repperiantur; ceterum ablativo casu numeri singularis ad formam Catilinae, nec non et Anchisae declinantur, et ideo eosdem casus, quibus indigent subicimus, ut appareant per quos casus ad quam formam pertinere repperiantur. Quare quaecumque nomina generis masculini genetivo vel dativo casu numeri singularis ·ae· litteris post consonantem definiuntur, si nominativum casum numeri singularis vel alium quemlibet casum numeri pluralis ad formam Catilinae facere repperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Catilinae declinantur. Quaecumque autem nomina generis masculini genetivo vel dativo casu numeri singularis ·ae· litteris definiuntur, si nominativum, vel accusativum casum numeri singularis ad formam Aeneae facere repperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Aeneae declinantur. Quaecumque vero nomina generis masculini genetivo vel dativo casu numeri singularis ·ae· litteris post consonantem definiuntur, si nominativum aut accusativum vel vocativum casum numeri singularis ad formam Anchisae facere repperiuntur. tunc haec per ceteros casus ad sonum Anchisae declinantur.

De vocativo casu numeri singularis qui ·a· littera post consonantem terminatur· - Quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis ·a· littera post consonantem terminantur, et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus per quos appareant ad quam formam pertinere repperiantur: ceterum genetivus vel ablativus casus numeri singularis ad formam Catilinae declinantur: et ideo eosdem casus, quibus indigent, subicimus, ut appareant, per quos casus ad quam formam pertinere repperiantur. Quare quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur et aptota esse non inveniuntur, haec si nominativum vel accusativum casum numeri singularis ad formam Ae-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

neae facere repperiuntur, tunc per ceteros casus ad sonum Aeneae declinantur. Quaecumque vero nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis ·a· littera post consonantem terminantur, et aptota esse non repperiuntur, haec si nominativum et accusativum casum numeri singularis, vel alium quemlibet numeri pluralis ad formam Catilinae facere repperiantur, tunc per ceteros casus ad sonum Catilinae declinantur.

De ablativo casu numeri singularis qui ·a· littera post consonantem terminatur –. Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·a· littera post consonantem terminantur, et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus per quos appareant ad quam formam pertinere repperiantur: ceterum genetivo casu numeri singularis ad formam Catilinae, nec non et Anchisae declinantur, et ideo eosdem casus, quibus indigent, subicimus, ut appareant per quos casus ad quam formam pertinere repperiantur. Quare quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur et aptota esse non inveniuntur, haec si nominativum, vel accusativum casum numeri singularis ad formam Aeneae facere repperiuntur, tunc per ceteros casus ad sonum Aeneae declinantur. Quaecumque vero generis masculini ablativo casu numeri singularis ·a· littera post consonantem terminantur, et aptota esse non inveniuntur, haec si nominativum aut accusativum casum numeri singularis, vel alium quemlibet casum numeri pluralis ad formam Catilinae facere repperiuntur, tunc per ceteros casus ad sonum Catilinae declinantur.

De dativo vel ablativo casu numeri pluralis, qui ·is· litteris post consonantem definiuntur –. Quaecumque nomina generis masculini dativo, vel ablativo casu numeri pluralis ·is· litteris post consonantem definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus, per quos appareat ad quam formam pertinere repperiantur: et ideo eosdem casus quibus indigent subicimus, ut appareant, per quos casus ad quam formam pertinere repperiantur. Quare quaecumque nomina generis masculini dativo et ablativo casu numeri pluralis ·is· litteris post consonantem definiuntur, haec si alium quemlibet casum ad formam Catilinae facere repperiuntur, tunc per ceteros casus ad sonum Catilinae declinantur. – De nominativo casu numeri singularis, qui ·as· litteris definitur –. Quaecumque nomina ge-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

neris masculini nominativo casu numeri singularis ·as· litteris definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus, per quos appareant, ad quam formam pertinere repperiantur; quare quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis ·as· litteris definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, si alium quemlibet casum ad formam Aeneae facere repperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Aeneae declinantur.

Nunc in hac suprascripta forma, qua diximus generis masculini nominativo casu numeri singularis ·as· litteris definiri, quaeritur qua de causa Maecenas huius Maecenatis, et non huius Maecenae facere repperiatur? hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina vocativo casu numeri singularis ·as· litteris definiuntur, et aptota esse non repperiuntur, haec genetivo casu numeri singularis ·is· litteris concluduntur, et ad formam eorumdem nominum qui ablativo casu numeri singularis ·e· littera scilicet correpta terminantur, secundum suum genus declinantur. Nunc cum dicat Vergilius - quo sidere terram vertere Maecenas -, utique iam vocativum casum eiusdem formae ostendit, qua nomina ablativo casu numeri singularis ·e· littera correpta terminantur: et ideo Maecenas huius Maecenatis, non Maecenae, facere pronuntiatur. - De nominativo casu numeri singularis qui ·es· litteris definitur -. Quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis ·es· litteris definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus, per quos appareant ad quam formam pertinere repperiantur: quare quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis ·e· litteris definiuntur, excepto accusativo casu numeri scilicet singularis, si alium quemlibet casum ad formam Anchisae facere repperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Anchisae declinantur.

De accusativo casu numeri singularis, qui ·en· litteris definitur -. Quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis ·en· litteris definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus per quos appareant ad quam formam pertinere repperiantur. Quare quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis ·en· litteris definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, excepto nominativo casu numeri singularis, si alium quemlibet casum ad formam Anchisae facere

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

repperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Anchisae declinantur. – De vocativo casu numeri singularis, qui ·e· littera terminatur – . Quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis ·e· littera terminatur, et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus per quos appareant ad quam formam pertinere repperiantur: quare quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur, et aptota esse non inveniuntur, si alium quemlibet casum ad formam Anchisae facere repperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Anchisae declinantur.

Nunc etsi quis casus quemadmodum quem casum regat demonstravimus, attamen et aliqua nomina subiciemus, ex quibus quis quem casum regat facillime dinoscatur, ut puta, cum dicat Vergilius – illa inter navemque Gyae –; nunc iam quaeritur ceteri casus Gyae ad quam formam pertinere repperiantur? et ideo ut in superioribus tractavimus, sic et probare debebimus, id est, ut huius quoque nominis casus secundum supradictam disciplinam quemadmodum cuiusque formae quem casum regat prospiciamus. Nunc cum dicat idem Vergilius – turbam inter fremitumque Gyas –, utique iam Gyas ad formam Aeneae declinatur: scilicet quoniam, sicut in superioribus tractavimus, quod quaecumque nomina generis masculini genetivo casu numeri singularis ·ae· litteris definiuntur et nominativo casu numeri singularis ·as· litteris concluduntur, haec ad formam Aeneae per ceteros casus declinantur. Item quaeritur ab eo quod dixit Vergilius Gyan superare morantem; Gyan ad quam formam oportet declinare? utique ad Aeneae, scilicet quoniam sicuti supra docuimus, quod quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis ·an· litteris definiuntur, haec per ceteros casus ad formam Aeneae declinantur. Item quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius – segnemque Menoeten – et fuge saxa Menoete – ad quam formam oporteat declinare Menoeten? utique ad Anchisen: scilicet quoniam, sicuti supra docuimus, quod quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis ·en· litteris definiuntur, et vocativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur, haec ad formam Anchisae per ceteros casus declinantur.

Item quaeritur ab eo quod dixit Vergilius – iam validam Ilionei navem iam fortis Achatae,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ablativo casu numeri singularis qua littera debeat terminari ? utique ·a·: scilicet quoniam, sicuti supra monuimus, quaecumque nomina genetivo casu numeri singularis ·ae· litteris definiuntur, haec ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur. Item quaeritur ab eo quo dixit Vergilius – quis iam locus inquit, Achate –, ad quam formam declinari oporteat ? utique ad Anchisae : scilicet quoniam quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur, et genetivo casu numeri singularis ·ae· litteris definiuntur, haec per ceteros casus ad formam Anchisae declinantur. Qua ratione idem Vergilius hoc ipsum corroborans prosecutus est – rapidum ad navis praemittit Achaten – scilicet quoniam, sicuti supra monuimus, quod quaecumque nomina genetivo casu numeri singularis ·ae· litteris terminantur, et vocativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur, haec accusativo casu numeri singularis ·en· litteris definiuntur, et per ceteros casus ad formam Anchisae declinantur. De ablativo casu numeri singularis, qui ex genere masculino ·a· littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

26. DE GENERE FEMININO.

Feminini generis nomina quae ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis duabus his formis definiuntur tantum ·a· ·ia·

DE ·A·

Quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·a· littera definiuntur, ut puta – ab hac misera, haec misera, haec ad hoc exemplum declinantur : numeri singularis – haec misera, huius miserae, huic miserae, hanc miseram, o misera, ab hac misera : numeri pluralis hae miserae, harum miserarum, his miseris, has miseras, o miserae, ab his miseris. Sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·a· littera definiuntur, ad exemplum miserae per omnes casus declinantur.

Sane in hac suprascripta forma hoc monemus, quod haec sex nomina tantum, id est, sola, nulla, ulla, utra, una, altera, quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmata sint, declinari ; hoc est, huius solius, huic soli ; sic et

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

cetera supradicta nomina in supradictis casibus ad hunc sonum anomalum necesse est pronuntiari: at vero per ceteros casus ad sonum miserae debeant declinari. Nunc etiam hoc monemus, quod haec supradicta nomina propter metra in hisdem supradictis casibus et anomale permissa sunt declinari. Sed haec nomina qua de causa in supradictis casibus propter structuras sic anomale confirmata sint pronuntiari, et in metris anomale et non anomale permissa sint declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimus.

Item in hac supradicta forma hoc monemus, quod haec quinque nomina tantum idest, dea, sponsa, mula, amica, equa, propter metra et structuras dativo at ablativo casu numeri pluralis sic anomale constricta sint declinari - his et ab his deabus: sic et cetera supradicta nomina in supradictis casibus ad hunc sonum anomalum necesse est pronuntiari; at vero per ceteros casus ad sonum miserae debeant declinari. Nunc et haec supradicta nomina qua de causa propter metra vel structuras in supradictis casibus sic anomale pronuntientur, etiam hoc in ratione metrorum vel structurarum conpetenter tractabimus.

Sane in hac forma, qua idximus generis feminini nomina ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·a· littera definiri, quaeritur, qua de causa Vergilius haec leaena et non lea pronuntiarit? hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina ablativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur, et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem communis generis vel epicoena appellantur, aut certe anomale pronuntiantur, numquam tamen ad sonum proprium declinantur, ut puta, ab hoc paupere, hic et haec pauper, quod generis communis pronuntiatur: item ab hoc sene, haec anus, quod anomalum appellatur: item ab hoc passere, hic et haec passer, quod epicoenum enarratur: item ab hoc capone, haec gallina, quod idem anomalum iudicatur: sic utique ab hoc leone, hac leaena Vergilium secundum sonorum rationem leaenam anomale, non leam proprio sono invenitur pronuntiasse.

Item in hac forma suprascripta quaeritur, qua de causa Vergilius - pauperque domus -, et non paupera domus pronuntiarit? hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, et ablativo casu nu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

meri singularis ·e· littera terminantur, et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem vocabula feminina nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur et generis communis esse pronuntiantur. Nunc cum idem dicat Vergilius – pauper in arma pater – et genitore Adamasto paupere –, ideo pauper domus non paupera pronuntiavit. Item in hac supradicta forma quaeritur, ab eo quod dixit Virgilius – hospita terra – masculino genere hic hospes, an hospiter, an hospitus facere debeat? sed quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis ·es· litteris definiuntur, et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem vocabula feminina nominativo casu numeri singularis ·es· litteris definiuntur, et communis generis esse pronuntiantur, ut puta, hic vates, et haec vates, et ideo hospita ab eo quod est hic hospes, venire non iudicatur.

Item quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem vocabula feminina in nominativo casu numeri singularis, aut hisdem ·er· litteris definiuntur, et generis communis esse pronuntiantur, ut puta hic volucer, haec volucer: aut ab eodem nominativo casu generis masculini in suo nominativo casu per syllabam crescunt, ut puta hic tener, haec tenera; aut si ab eodem nominativo casu generis masculini qui ·er· litteris definitur in eodem nominativo casu generis sui per syllabam non crescunt, haec in eodem nominativo suo per geminatas consonantes ante ultimam litteram scribuntur, ut puta, hic niger, haec nigra. Nunc cum hospita, nec ab hospite, nec a volucre aut tenero vel nigro venire repperiatur, et ideo ab hospite fieri pronuntiatur: scilicet quoniam quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis ·us· litteris post singularem consonantem definiuntur, et ex sua specie genera feminina facere possunt, haec eadem genera feminina in nominativo casu numeri singularis, neque a nominativo casu numeri singularis generis masculini per syllabam crescunt, neque ante ultimam litteram per geminatas consonantes scribuntur, nec generis communis esse inveniuntur et ideo hospitam, ut supra diximus, quod hospitus faciat, ratio supra decursa declarat.

Item in hac forma suprascripta quaeritur, ab eo quod di-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

xit Vergilius - quin aspera Iuno - hic asprus, an asperus, an asper facere debeat? Quare hoc monemus quod quaecumque nomina generis feminini ex specie sua vocabula masculina facere possunt, haec eadem vocabula masculina si in quolibet casu ab hisdem nominibus generis feminini minori numero syllabarum constituta esse repperiuntur, haec numquam in quolibet casu in ultima vel post ultimam syllabam per geminatas consonantes scribuntur, et ideo ab aspera asprus fieri prohibetur. At vero ab aspera, hic asperus an asper dicatur, hoc in natura syllabarum conpetenter tractabimus. Nunc hoc monemus, si in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·a· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·a· littera definiri, quod ex ea quam plures soni hoc est quamplurima nomina possint exhiberi. De forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·a· littera definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ·IA·

Quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ia· litteris discretis definiuntur, ut puta ab hac miseria, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis, haec miseria, huius miseriae, huic miseriae, hanc miseriam, o miseria, ab hac miseria: numeri pluralis, hae miseriae, harum miseriarum, his miseriis, has miserias, o miseriae, ab his miseriis. Sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ia· litteris non ·ia· syllaba definiuntur, ad exemplum miseriae per omnes casus declinantur.

Nunc in hac supradicta forma hoc monemus, quod quaecumque nomina generis scilicet feminini unumquemlibet casum ad formam miseriae facere inveniuntur, haec dativo et ablativo casu numeri pluralis post ultimam consonantem per duas ·i· littera scribuntur. Sane in hac supradicta forma hoc monemus, quod hoc unum nomen tantum, idest - alia - quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmatum sit declinari, hoc est huius alius, huic alii; at vero per ceteros casus ad sonum miseriae debeat declinari. Nunc etiam hoc monemus, quod supradictum nomen propter metra in hisdem su-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

pradictis casibus et anomale, et non anomale permissum sit declinari. Sed hoc nomen qua de causa in supradictis casibus propter structuras sic anomale confirmatum sit pronuntiari, et in metris anomale et non anomale permissum sit declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, ibi conpetenter tractabimus. Item in hac supradicta forma hoc monemus quod hoc unum nomen tantum id est – filia – propter metra et structuras dativo et ablativo casu numeri pluralis sic anomale constrictum sit declinari, ut – his filiabus, ab his filiabus –; at vero per ceteros casus ad sonum miseriae debeat declinari. Nunc et hoc supradictum nomen qua de causa propter metra et structuras in supradictis casibus sic anomale pronuntietur, etiam hoc in ratione metrorum et structurarum conpetenter tractabimus.

Sane in hac forma, qua diximus, generis feminini nomina ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·ia· litteris definiri, quaeritur ab eo quod dixit Sallustius – homo militaris – qua de causa in genere feminino non faciat haec militaria? hac de causa quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis ·is· litteris concluduntur, et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem vocabula feminina nominativo casu numeri singularis ·is· litteris definiuntur, et communis generis esse pronuntiantur, et ideo haec militaria secundum Sallusti (1) pronuntiationem facere prohibetur.

Item in hac supradicta forma quaeritur, qua de causa nomina in dativo et ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas ·i· litteras scribantur? hac de causa quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur. haec dativo vel ablativo casu numeri pluralis cum eodem ablativo casu numeri singularis pari numero syllabarum oportet pronuntiari. Nunc hoc monemus, in hac forma generis feminini qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·a· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·ia· litteris definiri, quod ex ea plures soni, hoc est plurima nomina possint exhiberi. De forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·a· littera terminantur, et nominati-

(1) Ita in cod. Ciceronis de rep. *Tulli* pro *Tullii*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

vo casu numeri singularis ·ia· litteris discretis definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus. De ablativo casu numeri singularis, qui ex genere feminino ·a· littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

27. DE GENERE COMMUNI.

Communis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis duabus his formis definiuntur tantum ·a·, et ·ia·.

DE ·A·

Quaecumque nomina generis communis ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·a· littera definiuntur, ut puta ab hoc et ab hac choraula, hic et haec et choraula, haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis, hic et haec choraula, huius et huius choraulae, huic et huic choraulae, hunc et hanc choraulam, o et o choraula, ab hoc et ab hac choraula: numeri pluralis, hi et hae choraulae, horum et harum choraularum, his et his choraulis, hos et has choraulas, o et o choraulae, ab his et ab his choraulis. Sic et alia generis communis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·a· littera definiuntur, ad exemplum choraulae per omnes casus declinantur. Nunc hoc monemus, in hac forma generis communis, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·a· litera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·a· littera definiri, quod ex ea plus quam octoginta septem soni, hoc est quam octoginta septem nomina non possint exhiberi. De forma generis communis, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·a· littera definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ·IA·

Quaecumque nomina generis communis ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ia· litteris, non ·ia· syllaba definiuntur, ut puta ab hoc et ab hac custodia, hic et haec custodia; haec ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis, hic et haec custodia, huius et huius custodiae, huic et huic custodiae, hunc et hanc custodiam, o et o custodia, ab hoc et ab hac custodia: numeri pluralis, hi et hae custodiae, horum et harum custodiarum, his et his custodiis, hos et has custodias, o et o custodiae, ab his et ab his custo-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

diis. Sic et cetera talia generis communis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ia· litteris, non ·ia· syllaba definiuntur, ad exemplum custodiae per omnes casus declinantur.

Nunc in hac supradicta forma hoc monemus, quod quaecumque nomina generis scilicet communis unumquemlibet casum ad formam custodiae facere inveniuntur, haec dativo et ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas ·i· litteras scribuntur. Item in hac supradicta forma quaeritur, qua de causa nomina in dativo vel ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas ·i· litteras scribantur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, haec dativo vel ablativo casu numeri pluralis cum eodem ablativo casu numeri singularis pari numero syllabarum oportet pronuntiari. Nunc hoc monemus, in hac forma generis communis qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·a. littera definiri, et nominativo casu numeri singularis ·ia· litteris non ·ia· syllaba definiri, quod ex ea plusquam triginta duo soni, hoc est quam triginta duo nomina possunt exhiberi.

Sane in his supra scriptis formis generis communis hoc monemus, quod si eiusdem formae nomina generis scilicet communis ex sua specie et ad genera neutra transeant, haec non secundum genus neutrum, sed pro locutione sint accipienda, ut puta mancipium, choraula, utique non hoc choraula mancipium, sed hoc mancipium choraula est, accipi debeat; id est, ut sit hoc mancipium generis neutri; et choraula, salvo genere suo, nunc locutio. Sic cetera alia eiusdem formae generis communis nomina, si ex sua specie ad genera neutra transeant, sunt pronuntianda.

Item et alia ratio, qua probantur haec eadem generis communis nomina, quae diximus nominativo casu numeri singularis ·a· littera terminari cum genere neutro, non secundum genus neutrum declinari: scilicet quoniam quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, haec ab eodem nominativo casu numeri singularis, excepto accusativo et vocativo casu numeri singularis, quos scilicet nomina generis neutri similes cum nominativo habere reperiuntur, in ceteros autem casus per syllabas crescunt, ut puta hoc glossema, huius glossematis: sic et per ceteros ut di-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ximus casus, excepto accusativo et vocativo casu numeri singularis, per syllabas crescunt. Nunc cum arma et cetera talia in genere neutro a nominativo casu numeri singularis per ceteros casus talem sonum facere non reppeririantur, et ideo cum eodem genere neutro secundum locutionem non secundum genus neutrum oportet declinari.

Item et alia ratio qua probantur haec eadem generis communis nomina, quae diximus nominativo casu numeri singularis ·a· littera terminari cum genere neutro, non secundum genus neutrum declinari: scilicet quoniam quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, haec sonos latinos efficere non possunt. Item quaeritur, qua de causa haec suprascriptae formae nomina generis communis esse dicantur? hac de causa, quoniam quaecumque masculina vocabula nominativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem nomina generis communis esse pronuntiantur. De forma generis communis, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·a· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ia· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus. De ablativo casu numeri singularis, qui ex genere communi ·a· littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus; et ideo iam de ablativo casu numeri singularis qui ·e· littera terminatur, incipiamus.

De ·e·

·E· littera ablativus casus numeri singularis terminatus duplicem declinationis continet formam: una enim est quae ab ·e· producto venire intellegitur, alia vero quae ab ·e· correpto venire repperitur, et ideo utriusque formae rationem subicimus.

De ·e· producto.

·E· littera producta ablativus casus numeri singularis terminatus femininum genus continet tantum.

De genere feminino. Feminini generis nomina latina dumtaxat, quae ablativo casu numeri singularis ·e· littera producta terminantur, haec in nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum ·ies· ut puta ab hac specie, haec species; et ad hoc exemplum declinantur: numeri singularis, haec species, huius speciei, huic speciei, hanc speciem, o species, ab hac specie: numeri pluralis, hae species, harum specierum, his specibus, has species, o species, ab his speciebus. Sic et alia generis feminini nomina quae ablativo casu numeri singulari ·e· littera

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

producta terminantur, ea ad exemplum speciei per omnes casus declinantur. Nunc in hac supradicta forma qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·e· littera producta terminari, hoc monemus, quod haec tria nomina, idest res, spes, fides, per aliquos casus anomale repperiantur declinari, et ideo eorundem declinationem subicimus, qua dinoscatur quibus casibus anomale declinantur. Numeri singularis, haec res, huius rei, huic rei, hanc rem, o res, ab hac re. Numeri pluralis, hae res, harum rerum, his rebus, has res, o res, ab his rebus. Sic et spes et fides; sed spes a genetivo casu numeri pluralis abstinetur, fides vero pluralem numerum facere prohibetur. Sed qua de causa spes genetivo casu numeri pluralis abstineatur, et fides numerum pluralem facere prohibeatur, vel per suprascriptos casus supradicta tria nomina anomale declinentur, hoc in sonis cum syllabis conpetenter tractabimus.

Nunc in hac supradicta forma quaeritur cum haec tria supradicta nomina in genetivo et dativo casu numeri singularis, vel in genetivo dativo et ablativo casu numeri pluralis non declinentur ad formam speciei, qua de causa et hisdem casibus non dicantur anomale declinari? hac de causa, quoniam quaecumque nomina ab ·e· producto venire repperiuntur, haec ex hisdem supradictis casibus ultimam litteram, vel syllabam, omittunt, et ablativum casum numeri singularis ostendunt. Nunc cum et haec supradicta nomina ex supradictis casibus hoc facere repperiantur et ideo in hisdem casibus analogice non anomale declinantur.

Item quaeritur de hisdem supradictis nominibus et in ablativo casu numeri singularis cum ad formam speciei non inveniantur declinari, qua de causa et in eodem casu non anomale dicantur pronuntiari? hac de causa quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur et in eodem integro ablativo casu numeri singularis ·rum· syllabam accipiunt, et genetivum casum numeri pluralis ostendunt, haec ab ·e· producto venire repperiuntur. Nunc cum et haec supradicta nomina in hoc supradicto casu hoc facere repperiantur, et ideo in eodem supradicto casu non anomale declinari pronuntiantur.

Item quaeritur harum mulierum cum hisdem litteris definiatur hic genetivus quibus et ille qui ab specie venire probatur, qua de causa mulierum non ab ·e· producto venire pronuntietur? hac de causa, quoniam

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quaecumque nomina ab ·e· producto venire repperiuntur, haec ex genetivo casu numeri pluralis ·rum· syllabam omittunt, et ablativum casum numeri singularis ostendunt. Nunc si mulierum ·rum· syllabam omittat, num quidnam ablativum casum numeri scilicet singularis demonstrat? et ideo mulierum ab ·e· correpto non ab ·e· producto venire declarat.

Item quaeritur haec quies cum hisdem litteris nominativo et vocativo casu numeri singularis definiatur, quibus et illa nomina quae ab ·e· producto venire probantur, qua de causa quies ad ·e· productum non pertinere pronuntietur? hac de causa, quoniam quaecumque nona nominativo vel vocativo casu numeri singularis ·ies· litteris definiuntur, et per ceteros casus non ad sonum speciei declinantur, haec ad ·e· correptum non ad ·e· productum pertinere pronuntiantur. Nunc cum quies per ceteros casus non ad formam speciei declinetur, et ideo ad ·e· productum non pertinere pronuntiatur.

Item in hac supradicta forma quaeritur a Plinio Secundo paries, qui hisdem litteris nominativo et vocativo casu numeri singularis definitur, quibus et illa nomina, quae ab ·e· producto venire repperiuntur, qua de causa non et hoc nomen ad ·e· productum pertinere pronuntietur? Sed huic intentioni non dignum est respondere, quandoquidem hoc nomen nec per omnes casus, sicuti supra de quiete docuimus, ad speciei declinationem perseveret, nec genera masculina ad ·e· productum repperiantur pertinere: siquidem sicuti supra docuimus, quod ablativus casus ·e· littera producta terminatus genus femininum solum exhibeat tantum.

Item quaeritur dies, cum per omnes casus ad ·e· productum pertinere repperiatur, qua de causa Vergilius diem et masculino genere pronuntiarit? Quare hoc monemus, quod sint aliqui qui hoc adservandum esse senserunt, quod dies ideo feminino genere pronuntietur, quod in diminutione diecula facere inveniatur: item hac de causa dies masculino genere adseveretur, quoniam in numero plurali melius sonare repperitur, ut puta optimi non optimae dies. Nunc nos hoc monemus, quoniam quaecumque nomina in nominativo casu numeri singularis per unam mutam sonare audiuntur, hoc est in ulla alia consonante, praeter unam mutam, in eodem nominativo casu numeri singularis scribi repperiuntur, haec et generi masculino subiecta esse repperiuntur. Sed quia

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ratio sonorum est, et ideo hoc in sonis apertius demonstrabimus. Nunc hoc monemus, in hac forma scilicet generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·e· littera producta terminari, quod ex ea plus quam nonaginta duo soni, hoc est plus quam nonaginta duo nomina, non possint exhiberi. De forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·e· littera producta terminantur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ·E· CORREPTO.

·E· littera correpta ablativus casus numeri singularis terminatus genera nominum continet quinque, masculinum, femininum, neutrum commune, omne.

De genere masculino. Masculini generis nomina quae ablativo casu numeri singularis ·e· littera correpta terminantur, et aptota esse non repperiuntur, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic pes, huius pedis, huic pedi, hunc pedem, o pes, ab hoc pede. Numeri pluralis, hi pedes, horum pedum, his pedibus, hos pedes, o pedes, ab his pedibus. Sane in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·e· littera scilicet correpta terminari, hoc monemus, quod quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis his tribus formis definiuntur, idest copo, exsul, fur, et cetera talia, haec si ex sua specie in genera feminina, vel neutra transeant, non secundum genus femininum vel neutrum sint declinanda, ut puta hic copo, utique non haec copo vel hoc copo, secundum genus femininum vel neutrum, declinari debeat; sed haec mulier vel hoc mancipium copo est, pro locutione nunc accipi oporteat. Sic et aliae supradictae formae, si ex sua specie in genera feminina vel neutra transeant tam numeri singularis, quam pluralis, ut diximus, pro locutione sunt pronuntianda, non secundum genus femininum aut neutrum declinanda.

Nunc etiam hoc monemus, ex hac forma, qua diximus nominativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et in genere feminino vel neutro necesse esse pro locutione pronuntiari, quod plusquam ·XXXVI· soni, hoc est quam ·XXXVI· nomina, non possint exhiberi. Item ex illa forma, qua diximus genera masculina nominativo casu numeri singularis ·ul· litteris definiri, et in genere feminino vel neutro necesse esse pro locutione pronuntiari, hoc monemus, quod plus quam quadraginta soni, hoc est, quam ·XL· nomina non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua dixi-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

mus genera masculina nominativo casu numeri singularis ·ur· litteris definiri, et in genere feminino vel neutro necesse esse pro locutione pronuntiari, hoc monemus, quod plus quam ·VII· soni, hoc est, quam ·VII· nomina non possint exhiberi.

Item hoc supradicto genere quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis his duabus formis definiuntur, id est nepos, senex, haec si ex sua specie in genera feminina transeant, haec eadem nomina in genere feminino sic anomala efficiuntur, ut puta hic nepos, haec neptis, hic senex, haec anus. Si vero haec eadem nomina in genera neutra transeant, haec non secundum genus neutrum sint declinanda sed pro locutione pronuntianda, ut puta nepos vel neptis mancipium, senex vel anus mancipium, utique non hoc nepos vel neptis mancipium, aut hoc senex vel anus mancipium, secundum genus neutrum declinari debeant, sed hoc mancipium nepos vel neptis est, et hoc mancipium senex vel anus est, pro locutione nunc tam numero singulari quam plurali accipi oporteat.

Nunc hoc monemus, ex hac forma qua diximus nominativo casu numeri singularis generis masculini nomina ·po· syllaba terminari, et in genere feminino anomale declinari, vel in neutro pro locutione pronuntiari, quod plus quam unum sonum, hoc est quam unum nomen non possit exhiberi. Item ex illa forma, qua diximus nominativo casu numeri singularis masculini generis nomina ·nex· syllaba definiri, et in genere feminino anomale declinari, vel in neutro pro locutione pronuntiari, hoc monemus, quod plusquam unum sonum, hoc est quam unum nomen non possit exhiberi. Item in hoc supra scripto genere quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis his duabus formis definiuntur, id est victor, tonsor, et cetera talia; haec si ex sua specie in genera feminina transeant, haec eadem nomina in genere feminino sic anomala efficiuntur, ut puta hic victor haec victrix, hic tonsor haec tonstrix; si vero haec eadem nomina in genera neutra transeant, et in eodem genere neutro numeri singularis pro locutione pronuntiantur, ut puta hoc mancipium victor vel tonsor est: at vero in numero plurali secundum genus neutrum, sed anomale declinantur, ut puta haec victricia mancipia et haec tonstricia mancipia (1).

Nunc ex his suprascriptis formis, quibus diximus, nomina-

(1) In codice modo *mancipium* scribitur, modo *mancupium*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tivo casu numeri singularis nomina ·tor· vel ·sor· syllabis definiri, et in genere feminino vel neutro necesse esse anomale vel pro locutione pronuntiari, hoc monemus, quod plurimi soni hoc est plurima nomina possint exhiberi: at vero de ceteris formis, quibus generis masculini nomina ablativo casu numeri singularis, ·e· littera scilicet correpta terminata nominativo vel vocativo casu numeri singularis definiuntur, hoc in sonis conpetenter tractabimus. Sane in hac forma generis masculini, qua diximus nominativo casu numeri singularis nomina ·tor· syllaba terminari, hoc monemus, quod hoc unum nomen, idest - auctor - propter sonos communis generis esse oporteat: sed qua de causa auctor propter sonos communis generis esse oporteat, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

28. DE GENERE FEMININO.

Feminini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·e· littera correpta terminantur, et aptota esse non repperiuntur, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, haec sedes, huius sedis, huic sedi, hanc sedem, o sedes, ab hac sede. Numeri pluralis, hae sedes, harum sedum, his sedibus, has sedes, o sedes, ab his sedibus. Sane haec generis feminini nomina quae diximus ablativo casu numeri singularis ·e· littera correpta terminari, hoc monemus, quod nominativo, vel vocativo casu numeri singularis variis formis definiantur. Nunc quot vel quibus variis formis in supradicto casu supradicti generis nomina definiantur, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

29. DE GENERE NEUTRO.

Neutri generis nomina quae ablativo casu numeri singularis ·e· littera scilicet correpta terminantur, et aptota vel triptota esse non repperiuntur, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hoc pectus, huius pectoris, huic pectori, hoc pectus, o pectus, ab hoc pectore. Numeri pluralis, haec pectora, horum pectorum, his pectoribus, haec pectora, o pectora, ab his pectoribus. Sane haec generis neutri nomina, quae diximus ablativo casu numeri singularis ·e· littera scilicet correpta terminari, hoc monemus, quod nominativo, vel vocativo casu numeri singularis variis formis definiantur. Nunc quot vel quibus variis formis in supradictis casibus supradicti generis nomina definiantur, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

30. DE GENERE COMMUNI.

Communis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·e· littera scilicet correpta terminantur, haec ad hoc exemplum terminantur. Numeri singularis, hic et haec custos, huius et huius custodis, huic et huic custodi, hunc et hanc custodem, o et o custes, ab hoc et ab hac custode. Numeri pluralis, hi et hae custodes, horum et harum custodum, his et his custodibus, hos et has custodes, o et o custodes, ab his et his custodibus. Sanę communis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis .e. littera correpta scilicet terminantur, haec nominativo casu numeri singularis his sexdecim formis definiuntur tantum ·il· er· is· ior· en· mor· as· es· os· ex· ux· abs· ebs· eps· ops· unx· Sed quaecumqu nominae generis communis nominativo casu numeri singularis his tribus formis definiuntur, id est pugil, acer, fortis, et cetera talia, haec si ex sua specie in genera neutra transeunt in eodem genere neutro nominativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur, ut puta hic et haec pugil, acer, fortis, hoc pugile, acre, forte; et pro sua forma secundum genus neutrum declinantur.

Nunc hoc monemus, ex hac forma qua diximus, generis communis nomina nominativo casu numeri singularis ·il· litteris definiri, quod plusquam septem soni hoc est quam septem nomina non possint exhiberi. Item in hac forma, qua diximus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam quattuordecim soni, hoc est quam quattuordecim nomina non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis ·is· litteris definiri, hoc monemus quod quamplurimi soni, hoc est quamplurima nomina possint exhiberi. Item quaecumque nomina generis scilicet communis nominativo casu numeri singularis hac forma definiuntur, id est doctior, et cetera talia, et ex sua specie in genera neutra transeunt, haec in eodem genere neutro nominativo casu numeri singularis ·ius· litteris definiuntur, ut puta hic et haec doctior, hoc doctius, et secundum genus neutrum declinantur.

Nunc ex hac forma, qua diximus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis ·ior· litteris definiri, hoc monemus quod quamplurimi soni, hoc est quamplurima nomina possint exhiberi. At vero quaecumque nomina generis scilicet com-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

munis nominativo casu numeri singularis his duodecim formis definiuntur, id est tibicen, memor, optimas, vates, sacerdos, artifex, dux, arabs, celebs, princeps, inops, coniux, et cetera talia, et ex sua specie in genera neutra transeant, haec non secundum genus neutrum sunt declinanda, sed pro locutione pronuntianda, ut puta hic et haec tibicen, hoc mancipium tibicen, utique non hoc tibicen mancipium est, accipi debeat. Sic et aliae supradictae formae si ex sua specie in genera neutra transeant tam numero singulari quam plurali, ut diximus, pro locutione sunt pronuntianda, non secundum genus neutrum declinanda.

Nunc ex hac forma, qua diximus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis ·en· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam undecim soni, hoc est quam undecim nomina, non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus suprascripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·mor· syllaba definiri, hoc monemus quod plus quam quattuor soni, hoc est quam quattuor nomina, non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina, nominativo casu numeri singularis ·as· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam novem soni, hoc est quam novem nomina, non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus, supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·es· litteris definiri, hoc monemus, quod plusquam decem novem soni, hoc est quam decem novem nomina, non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·os· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam septem soni, hoc est quam septem nomina non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ex· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam viginti duo soni, hoc est quam viginti duo nomina, non possint exhiberi. Item ex hac forma qua diximus, supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ux· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam sex soni, hoc est quam sex nomina, non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·abs· litteris definiri, hoc monemus quod plusquam quattuor soni, hoc est quam quattuor nomina, non possint exhiberi. Item ex hac for-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ma, qua diximus suprascripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ebs· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam quinque soni, hoc est quam quinque nomina, non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus suprascripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·eps· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam undecim soni, hoc est quam undecim nomina non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus suprascripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·unx· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam tres soni, hoc est, quam tria nomina, non possint exhiberi.

31. DE GENERE OMNI.

Omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·e· littera correpta, scilicet terminantur, et aptota esse non inveniuntur, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic et haec et hoc audax, huius et huius et huius audacis, huic et huic et huic audaci, hunc et hanc audacem et hoc audax, o et o et o audax, ab hoc et ab hac et ab hoc audace. Numeri pluralis, hi et hae audaces et haec audacia, horum et horum et horum audacium, his et his et his audacibus, hos et has audaces et haec audacia, o et o audaces et o audacia, ab his et ab his et ab his audacibus. Sane omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·e· littera correpta scilicet terminantur, haec nominativo casu numeri singularis his novem formis definiuntur tantum, par, vetus, audax, felix, ferox, amans, prudens, iners, vecors.

Nunc ex hac forma, qua diximus generis omnis nomina nominativo casu numeri singularis ·ar· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam septem soni, hoc est quam septem nomina, non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus suprascripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·us· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam tres soni, hoc est quam tria nomina non possint exhiberi. Item ex hac forma qua diximus, supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ax· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam decem octo soni, hoc est quam decem octo nomina, non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ix· litteris definiri, hoc monemus quod plus quam ·XVII· soni, hoc est quam ·XVII· nomina non possint exhiberi.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Item ex hac forma, qua diximus, suprascripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ox· litteris definiri, hoc monemus, quod plusquam novem soni, hoc est novem nomina, non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ans· litteris definiri, hoc monemus, quod quod quam plurimi soni, hoc est quam plurima nomina possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus, suprascripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ens· litteris definiri, hoc monemus, quod quam plurimi soni, hoc est, quam plurima nomina possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus, suprascripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ers· litteris definiri, hoc monemus, quod plusquam undecim nomina non possint exhiberi. Item ex hac forma, qua diximus, suprascripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ors· litteris definiri, hoc monemus quod plusquam decem soni, hoc est. quam decem nomina non possint exhiberi.

Saue hoc monemus, quod in his generibus, quorum diximus nomina ablativo casu numeri singularis ·e· littera correpta terminari, sint aliqui tredecim soni, hoc est tredecim nomina, quae in genetivo casu numeri singularis in uno vocabulo suo duabus his formis definiantur, id est ·is· et ·i·, ut puta huius Achillis, et huius Achilli. Nunc haec nomina qua de causa in supradicto casu ex utraque forma permissa sint sonare, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

Item in supradictis nominibus hoc monemus, quod sint intra quadraginta septem sonos, hoc est intra quadraginta septem nomina, quae accusativo casu numeri singularis ·en· litteris inveniantur definiri, ut puta, hunc Achillen, hanc Barcen et cetera talia. Nunc et haec nomina qua de causa accusativo casu numeri singularis ·en· litteris definiantur, in sonis conpetenter tractabimus. Item in supradictis nominibus sunt aliqua nomina, quae vocativo casu numeri singularis et ·e· et ·es· litteris terminantur, ut puta, o Chremes et o Chreme. Sed haec qua de causa in supradicto casu extra suam formam declinentur, in sonis conpetenter tractabimus.

Item in supradictis nominibus sunt aliqua nomina, quae accusativo casu pluralis numeri in uno vocabulo suo duabus formis repperiantur definiri, id est, ·es· et ·is· ut puta,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

- hos omnes - et - hos omnis -. Nunc iam hoc monemus, quod sint aliqui, qui in eodem supradicto casu hoc praeceptum observandum esse senserunt, id est ut quando genetivus casus numeri pluralis ·um· litteris ante consonantem concluditur, tunc accusativus casus numeri pluralis ·es· litteris definiatur, ut puta - horum parietum, hos parietes. - At vero tunc accusativus casus numeri pluralis ·is· litteris concludatur, quando genetivus casus numeri pluralis ·ium· litteris definitur, ut puta - hos talis - quoniam - horum talium - facere demonstratur. Sed hoc monemus, quod hoc praeceptum imperite datum esse repperiatur, quandoquidem sint nomina, quae genetivo casu numeri pluralis ·ium· litteris definiantur, et accusativo casu numeri pluralis ·es· litteris concludantur, ut puta - harum nubium - numquidnam - has nubis, sed has nubes - facere pronuntiatur.

Item sunt nomina, quae genetivo casu numeri pluralis ·um· litteris ante consonantem concluduntur, et accusativo casu numeri pluralis ·is· literis concludantur, ut puta - horum parentum - hos parentis: quo sono Sallustius - per liberos atque parentis vestros, scivit esse pronuntiandum. Item sunt nomina quae genetivo casu numeri pluralis ·ium· litteris definiantur, et accusativo casu numeri pluralis et ·es· et ·is· litteris concludantur, ut puta - horum postium - hos postes -, et - hos postis -: qua ratione praecipuum Maro eosdem postes ex utroque sono pronuntiavit amplexaeque tenent postes -; item - postisque sub ipsos nituntur gradibus -. Quare supradictum praeceptum temere traditum esse cognoscitur; et ideo nos hoc monemus, quod haec in sonis conpetenter tractare debeamus. Item in his supradictis generibus sunt aliqua nomina, quae ablativo casu numeri singularis in uno vocabulo suo duobus his sonis repperiantur definiri, id est ·e· et ·i·, ut puta - ab hoc igne - et igni.

Nunc hoc monemus, quod sint aliqui, qui huic casui hoc praeceptum statuere voluerunt, hoc est ut tunc hic ablativus casus, numeri scilicet singularis ·i· littera terminetur, quando nominibus generis neutri, quae a nominativo casu numeri pluralis ·ia· litteris definiuntur, venire repperiuntur, ut puta, haec facilia - ab hoc facili -. At vero quando ab illis nominibus, quae in supradicto genere nominativo casu numeri pluralis ·a· littera post consonantem concluduntur, venire intelleguntur, tunc ·e· littera terminentur, ut puta - haec robora - ab hoc robore. - Sed hoc praeceptum non recte statuisse repperiuntur,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quandoquidem sint nomina generis neutri, quae nominativo casu numeri pluralis ·ia· litteris definiantur, et ablativo casu numeri singularis non ·i· littera terminentur, ut puta haec stataria, cochlearia, et cetera talia, numquidnam ab hoc statari, aut ab hoc cochleari facere demonstrant, sed – ab hoc statare, et – ab hoc cochleare – intelleguntur resonare.

Item sunt aliqui, qui huic casui supradicto hoc praeceptum dari existimaverunt, hoc est, ut tunc hic supradictus casus ablativus ·i· littera terminetur, quando ab his nominibus venire repperitur, quae nominativo casu numeri singularis ·is· litteris definiuntur, et genetivos casuus (1) eiusdem numeri singularis similes habere repperiuntur, ut puta – hic qualis – ab hoc quali – facere debeat. Sed hoc monemus, quod hoc praeceptum non recte statuisse repperiantur, quando sint alia nomina, quae nominativo casu numeri singularis, ·is· litteris definiantur, et genetivos casus eiusdem numeri singularis similes habere repperiantur, nec tamen ablativo casu numeri singularis ·i· littera finiantur, ut puta – hic iuvenis –, panis – finis, – crinis – huius iuvenis, – panis, – finis, – crinis – et cetera, numquidnam ab hoc iuveni, pani, fini, crini sonare probantur, sed ab hoc iuvene, pane, fine, crine, facere demonstrantur: et ideo nos quae nomina, et qua de causa in eodem ablativo casu numeri singularis ex utroque sono permissa sint pronuntiari, in sonis conpetenter tractabimus.

Item in supradictis generibus sunt aliqua nomina, quae genetivo casu numeri pluralis ·ium· litteris concludantur, et sunt aliqua quae in eodem genetivo casu numeri pluralis ·um· litteris post consonantem definiantur, ut puta · harum sedum, et harum aedium –. Quare hoc monemus, quod sint aliqui, qui volgo huic casui hoc praeceptum statuere existimaverunt, hoc est ut quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·e· littera correpta terminantur, haec ex eodem supradicto casu eandem ·e· litteram omittant, vel in ·i· convertant, et ·um· syllabam accipiant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc lepore, horum leporum, – et ab hac turre, harum turrium. Sed quando idem ablativus casus numeri singularis ·e· litteram omittat, et quando eandem ·e· lit-

(1) Ita cod. *casuus* heic, et saepe alibi; quod utrum mendum sit, an archaismus casus pluralis quarti declinationis quartae, ambigo.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

teram in ·i· convertat, hoc dicere noluerunt: et ideo, ut supra diximus, vanum praeceptum supradicto casui instituisse non intellexerunt. Quare hoc monemus, quod genetivus casus numeri scilicet pluralis, qui ablativo casu numeri singularis ·e· littera correpta terminatur, venire repperitur, quando ·um· litteris post consonantem, quando ·ium· litteris concludatur, in sonis conpetenter tractare debeamus.

Item in supradictis generibus hoc monemus, quod sint aliqua nomina quae accusativo casu numeri singularis in uno vocabulo suo duobus his sonis repperiantur definiri, id est, ·em· et ·im·, ut puta hanc puppim, et hanc puppem: sed et haec nomina qua de causa in supradicto casu ex utraque forma permissa sint declinari, in sonis conpententer tractabimus. De ablativo casu, qui ·e· littera correpta terminatur, quantum ratio poscebat, satis tractavimus.

32. DE ·I·

·I· littera tantum ablativus casus numeri singularis terminatus genera haec quattuor continet tantum, masculinum, femininum, neutrum, omne.

33. DE GENERE MASCULINO.

Masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·i· littera tantum terminantur, et aptota esse non repperiuntur, haec in nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum ·is·, ut puta ab hoc Tiberi, hic Tiberis; et ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic Tiberis, huius Tiberis, huic Teberi, hunc Tiberim, o Tiberis, ab hoc Tiberi. Haec sonum pluralem facere prohibentur. Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·i· littera tantum terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·is· litteris definiuntur, ad exemplum Tiberis declinantur. Nunc ex hac forma, qua diximus generis masculini nomina ablativo casu numeri sinsingularis ·i· littera tantum terminari, hoc monemus, quod plus quam decem septem soni, hoc est quam decem septem nomina, non possint exhiberi.

34. DE GENERE FEMININO.

Feminini generis nomina quae ablativo casu numeri singularis ·i· littera tantum terminantur et aptota esse non repperiuntur haec in nominativo casu numeri singulari una hac forma definiun-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tur tantum ·is·, ut puta ab hac vi, haec vis; et ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, haec vis, huius vis, huic vi, hanc vim, o vis, ab hac vi. Haec sonum pluralem facere prohibentur. Sane hoc monemus, quod sint aliqui qui ab hac vi vires numerum pluralem esse existiment: sed hoc monemus, quod quaecumque nomina generis feminini genetivo casu numeri singularis ·is· litteris definiuntur, haec ex eodem genetivo casu numeri singularis ·i· litteram, quam habent ante ultimam consonantem, in ·e· convertunt, et nominativum casum numeri pluralis ostendunt. Nunc si vis hoc faciat, num quidnam in numero plurali vires facere demonstrat? Et ideo vis numeri tantum singularis esse pronuntiatur. Sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·i· littera tantum terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·is· litteris definiuntur, ad exemplum vis declinantur. Nunc ex hac forma, qua diximus generis feminini nomina ablativo casu numeri singularis ·i· littera terminari, hoc monemus, quod plus quam undecim soni, hoc est quam undecim nomina, non possint exhiberi.

35. DE GENERE NEUTRO.

Neutri generis nomina quae ablativo casu numeri singularis ·i· littera terminantur, haec aptota esse repperiuntur, et ad hoc exemplum declinantur: hoc sinapi, huius sinapi, hoc sinapi, o sinapi, ab hoc sinapi. Haec sonum pluralem facere prohibentur. Sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·i· littera terminantur, ad exemplum sinapi declinantur. Nunc ex hac forma, qua diximus generis neutri nomina ablativo casu numeri singularis ·i· littera tantum terminari, hoc monemus, quod plusquam septem nomina non possint exhiberi.

36. DE GENERE OMNI.

Omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·i· littera tantum terminantur, haec aptota esse repperiuntur, et ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic et haec et hoc frugi, huius et huius et huius frugi, huic et huic et huic frugi, hunc et hanc et hoc frugi, o et o et o frugi, ab hoc et ab hac et ab hoc frugi. Numeri pluralis, hi et hae et haec frugi, horum et harum et horum frugi, his et his et his frugi, hos et has et haec frugi, o et o et o frugi, ab his et ab his et ab his

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

frugi. Sic et alia generis omnis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·i· litera terminantur, ad exemplum frugi declinantur. Nunc ex hac forma qua diximus generis omnis nomina ablativo casu numeri singulari ·i· littera tantum terminari, hoc monemus, quod plus quam quinque soni, hoc est quam quinque nomina, non possint exhiberi. De ablativo casu numeri singularis, qui ·i· littera tantum terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

37. DE ·O·

O littera ablativus casus numeri singularis terminatus genera haec quattuor continet tantum, masculinum, femininum, neutrum, commune.

38. DE GENERE MASCULINO

Masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis novem his formis definiuntur tantum, er, vir, us, aus, eus, ius, ous, uus, quus (1).

39. DE ·ER·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, ut puta ab hoc apro hic aper, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic aper, huius apri, huic apro, hunc aprum, o aper, ab hoc apro. Numeri pluralis, hi apri, horum aprorum, his apris, hos apros, o apri, ab his apris. Sic et alia generis masculini nomina quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, ad exemplum apri per omnes casuus declinantur. Sane in hac suprascripta forma, qua diximus generis masculini nomina ablativo casu numeri, singularis ·o· littera terminari, et nominativo easu numeri singularis ·er· litteris definiri, hoc monemus, quod sint nomina quae interdum propter metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis ·o· ultimum et in ·um· litteras convertunt, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc libero, horum liberum. Sed haec quae sint nomina, et qua de causa ex supra dicto casu interdum propter metra vel structuras ·o· ultimum, et in ·um· litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpeten-

(1) Cod. *qus*. Sed infra *quus*; quamquam rursus infra *qus*, et in exemplo *equs* non *equus*. Archai,mus certe *qus* dominatur in antiquis mss.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ter tractabimus.

Item in hac supradicta forma hoc monemus, quod haec duo nomina tantum, id est ·uter· ·alter·, quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmata sunt declinari, hoc est - huius utrius, huic utri; huius alterius, huic alteri -: at vero per ceteros casuus ad sonum apri debeant declinari. Nunc etiam hoc monemus quod haec supradicta duo nomina propter metra in hisdem supradictis casibus et anomale et non anomale permissa sint declinari: sed haec nomina qua de causa in supradictis casibus propter structuras sic anomale confirmata sint pronuntiari, et in metris anomale et non anomale permissa sint declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimus.

Item in hac suprascripra forma, qua diximus generis masculini nomina ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiri, quaeritur, quare hic teucer, et hic teucrus legatur? Quare hoc monemus, quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et gradus conlocationis recipere non possunt, haec propter metra vel structuras permissa sunt ex utraque forma declinari. Sed haec qua de causa propter metra et structuras ex utraque forma permissa sint declinari, hoc in structuris vel metris conpetenter tractabimus. Sane ex hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casa numeri numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiri, hoc monemus, quod quamplurima nomina possint exhiberi. De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

40. DE ·VIR·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ·vir· syllaba definiuntur, ut puta ab hoc viro, hic vir, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic vir, huius viri, huic viro, hunc virum, o vir, ab hoc viro. Numeri pluralis, hi viri, horum virorum, his viris, hos viros, o viri, ab his viris. Nunc ex hac forma generis, masculini qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singula-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ris ·vir· syllaba definiri, hoc monemus, quod sint aliqua nomina quae interdum propter metra vel structuras ablativo casu numeri singularis ·o· ultimum et in ·um· litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc viro, horum virum. Sed haec quae sint nomina, et qua de causa ex supradicto casu interdum propter metra vel structuras ·o· ultimum et in ·um· litteris convertant, ut genitivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus.

Sane ex forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·vir· syllaba definiri, hoc monemus, quod plusquam unus sonus, hoc est quam unum supradictum nomen, non possit exhiberi. De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·vir· syllaba definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

41. DE ·US·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· litteris post consonantem definiuntur, ut puta ab hoc tauro, hic taurus, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic taurus, huius tauri, huic tauro, hunc taurum, o taure, ab hoc tauro. Numeri pluralis, hi tauri, horum taurorum, his tauris, hos tauros, o tauri, ab his tauris. Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· litteris post consonantem definiuntur, ad exemplum tauri per omnes casus declinantur.

Sane in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·us· litteris post consonantem definiri, hoc monemus, quod haec quattuor nomina tantum, id est unus, ullus, nullus, solus, quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmata sint declinari, hoc est huius unius, huic uni. Sic et cetera suprascripta nomina in supradictis casibus ad hunc sonum anomalum necesse est pronuntiari: at vero per ceteros casuus ad sonum tauri debeant declinari. Nunc etiam hoc monemus, quod haec supradicta nomina propter metra in hisdem supradictis casibus et anomale et non anomale permissa sint declinari. Sed haec nomina qua de causa in supradictis casibus

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

propter structuras sic anomale confirmata sint pronuntiari, et in metris anomale et non anomale permissa sint declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimus.

Item de his quattuor suprascriptis nominibus, quae diximus genetivo et dativo casu numeri singularis anomale vel non anomale declinari, hoc monemus, quod eorundem vocativos casus numeri singularis in sonis conpetenter tractare debeamus. Sane in hac suprascripta forma, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·us· litteris post consonantem definiri, hoc monemus, quod sunt aliqua nomina quae interdum propter metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis ·o· ultimum et in ·um· litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc supero, horum superum. Sed haec quae sint nomina, et qua de causa ex supradicto casu interdum propter metra et structuras ·o· ultimum et in ·um· litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus.

Item in hac forma suprascripta quaeritur, qua de causa hic barbarus et non hic barbar dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, haec numquam in nominativo casu numeri singularis ·ar· litteris definiuntur, et ideo hic barbarus et non hic barbar facere pronuntiatur. Item in hac suprascripta forma quaeritur qua de causa hic masculus et non hic mascel dicatur? hac de causa quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur haec numquam nominativo casu numeri singularis ·el· litteris definiuntur, et ideo hic masculus et non hic mascel facere pronuntiatur. Item in hac suprascripta forma quaeritur, qua de causa Vergilius vocativo casu numeri singularis – socer arma Latinus habeto – pronuntiarit? Sed quoniam haec ratio metrorum est, et ideo hoc monemus, quod hoc in metris conpetenter tractare debeamus. Nunc in hac suprascripta forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·us· litteris post consonantem definiri, hoc monemus, quod ex eo plures soni possint exhiberi. De forma generis masculini, qua diximus ablativo casu nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singula-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ris ·us· litteris post consonantem definiri, quantum ratio poscebat, tractavimus.

42. DE ·AUS·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·aus· litteris definiuntur, puta ab hoc Menelao, hic Menelaus, ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic Menelaus, huius Menelai, huic Menelao, hunc Menelaum, o Menelae, ab hoc Menelao. Numeri pluralis, hi Menelai, horum Menelaorum, his Menelais, hos Menelaos, o Menelai, ab his Menelais. Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·aus· litteris definiuntur, ad exemplum Menelai per omnes casus declinantur.

Nunc in hac forma suprascripta, qua diximus generis masculini nomina ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·aus· litteris definiri, hoc monemus, quod sint aliqua nomina quae interdum propter metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis ·o· ultimum et in ·um· litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc Danao, horum Danaum: sed haec quae sint nomina, et qua de causa ex supradicto casu interdum propter metra vel structuras ·o· ultimum et in ·um· litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus. Item in hac suprascripta forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·aus· litteri definiri, hoc monemus, quod ex ea plurimi soni, hoc est plurima nomina, possint exhiberi. De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·aus· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

43. DE ·EUS·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·eus· litteris definiuntur, ut puta ab hoc Ilioneo hic Ilioneus, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic Ilioneus, huius Ilionei, huic Ilioneo, hunc Ilioneum, o Ilionee, ab hoc Ilioneo. Numeri pluralis, hi Ilionei, horum Ilioneorum, his Ilioneis, hos Ilioneos, o Ilionei, ab his Ilioneis. Sic et alia gene-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ris masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·eus· litteris definiuntur, ad exemplum Ilionei per omnes casuus declinantur. Nunc in hac suprascripta forma quaeritur, qua de causa vocativus casus numeri singularis per duas ·e· litteras repperiatur scribi? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·eus· litteris definiuntur, haec excepto genetivo casu numeri pluralis per ceteros casuus pari numero syllabarum scribuntur.

Item in hac supradicta forma hoc monemus, quod sint aliqua nomina quae interdum propter metra, vel structuras ex ablativo casu numeri singularis ·o· ultimum et in ·um· litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc Deo, horum Deum. Sed et quae sint nomina, et qua de causa ex supradicto casu interdum propter metra vel structuras ·o· ultimum et in ·um· litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus.

Item in hac suprascripta forma hoc monemus, quod hoc unum nomen propter rationem sonorum nominativo, dativo, vocativo, et ablativo casu numeri pluralis sic anomale debeat declinari id est Deus: faciunt enim hi Dii, his Diis, o Dii, et ab Diis. Nunc qua de causa hoc suprascriptum nomen propter rationem sonorum in suprascriptis casibus sic anomale declinetur, in sonis conpetenter tractabimus. Item in hoc eodem nomine, quod diximus ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·eus· litteris definiri, nec non et nominativo, dativo, vocativo et ablativo casu numeri pluralis propter rationem sonorum anomale declinari, quaeritur, qua de causa in isdem supradictis casibus anomale per duas ·i· litteras repperiantur scribi? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·eus· litteris definiuntur, haec nominativo, dativo, vocativo, et ablativo casu numeri pluralis, cum nominativo casu numeri singularis pari numero syllabarum scribuntur.

Nunc in hac forma generis masculini qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

laris ·eus· litteris definiri, hoc monemus, quod ex ea non eo plurimi soni, hoc eo est non plurima nomina, possint exhiberi. De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·eus· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

44. DE ·IUS·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ius· syllaba definiuntur, ut puta ab hoc Gaio, hic Gaius, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic Gaius, huius Gai, huic Gaio, hunc Gaium, o Gai, ab hoc Gaio, Numeri pluralis hi Gai, horum Gaiorum, his Gais, hos Gaios, o Gai, ab his Gais. Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ius· syllaba definiuntur, ad exemplum Gai per omnes casuus declinantur.

Nunc in hac suprascripta forma hoc monemus, quod sint alia nomina quae interdum propter metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis ·o· ultimum et in ·um· litteras convertunt ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc graio, horum graium. Sed haec quae sint nomina, et qua de causa ex supradicto casu interdum propter metra vel structuras ·o· ultimum et in ·um· litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus. Nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·ius· syllaba definiri, hoc monemus, quod ex ea non quamplurimi soni, hoc est non quamplurima nomina, possint exhiberi. De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ius· syllaba definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

45. DE ·US·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· syllaba *ante ·i· litteram* definiuntur, *ut puta ab* hoc Sempronio, hic Sempronius, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic Sempronius, huius Sempronii, huic Sempronio, hunc Sempronium, o Semproni, ab hoc Sempronio, numeri pluralis, hi Sempronii, ho-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rum Semproniorum, his Sempro-niis, hos Sempronios, o Sempronii, ab his Semproniis. Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· syllaba post ·i· litteram definiuntur, ad exemplum Sempronii per omnes casuus declinantur.

Nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·us· syllaba ante ·i· litteram definiri, quaeritur, qua de causa vocativus casus numeri singularis ab aliquibus nominibus ·i· littera terminetur, et ab aliquibus ·e· littera definiatur, ut puta o Mercurii, et o pie? Quare hoc monemus, quod hoc in sonis conpetenter tractare debeamus. Item in hac suprascripta forma quaeritur, qua de causa o Mercurii per duos ·i· scribatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· syllaba post ·i· litteram definiuntur, haec vocativum casum numeri singularis cum nominativo casu eiusdem numeri singularis pari numero syllabarum scribunt, et ideo o Mercurii per duas ·i· litteras scribi pronuntiatur.

Sane in hac supra dicta forma hoc monemus, quod hoc unum nomen tantum, id est alius, quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmatum sit declinari, hoc est huius alius, huic alii: at vero per ceteros casuus ad sonum Sempronii debeat declinari. Nunc etiam hoc monemus, quod hoc supradictum nomen propter metra in isdem supradictis casibus et anomale et non anomale permissum sit declinari. Sed hoc nomen qua de causa in supradictis casibus propter structuras sic anomale confirmatum sit pronuntiari, et in metris anomale permissum sit declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimns.

Item in hac suprascripta forma quaeritur, qua de causa nomina per aliquos supra declinatos casuus per duas ·i· litteras repperiantur scribi? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis ·us· syllaba post ·i· litteram definiuntur, haec exceptis anomalis et genetivo casu numeri pluralis per ceteros casuus pari numero syllabarum oportet scribi. Item et alia probatio, qua docentur haec supradictae formae

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nomina in supradictis casibus per duas ·i· litteras scribi; quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis .o· littera terminantur, haec eadem .o· litteram in .i· vel .ii· litteras convertunt, et supradictos casuus quando per unum .i· et quando per duos scribantur, ostendunt·

Item in hac suprascripta forma quaeritur, qua de causa hic ebrius et non hic eber dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis .io· litteris definiuntur, haec numquam nominativo casu numeri singularis .er· litteris concluduntur. Nunc cum et hoc nomen ab hoc ebrio facere intellegatur, utique iam hic ebrius, non hic eber, facere pronuntiatur. Nunc in hac suprascripta forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina .o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·us· syllaba post ·i· litteram definiri, hoc monemus, quod ex ea quamplurimi soni, hoc est quamplurima nomina, possint exhiberi. De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina .o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis .us· syllaba post .i· litteram definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

46· DE ·OUS·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ous· litteris definiuntur, ut puta ab hoc Inoo, hic Inous, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic Inous, huius Inoi, huic Inoo, hunc Inoum, o Inoe, ab hoc Inoo. Numeri pluralis, hi Inoi, horum Inoorum, his Inois, hos Inoos, o Inoi, ab his Inois. Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ous· litteris definiuntur, ad exemplum Inoi, per omnes casuus declinantur.

Nunc in hac suprascripta forma quaeritur, qua de causa dativus et ablativus casus numeri singularis, nec non genetivus et accusativus casus numeri pluralis, in ultima vel prope ultimam syllabam per duas ·o· litteras scribantur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ous· litteris definiuntur, haec excepto genetivo casu numeri scilicet pluralis per ceteros casuus pari numero syllabarum scribuntur, et ideo haec nomina in supradictis casibus per duas

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

·o· litteras pronuntiantur.

Item in hac forma suprascripta, qua docuimus ablativo casu numeri singularis nomina per duas ·o· litteras declinari, quaeritur ab eo quod dixit Vergilius - primos urgebat Eoo -, an sicuti Inous per omnes casuus debeat declinari. Quare hoc monemus, quod quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis per duas ·o· litteras definiuntur, et aptota esse non repperiuntur, haec ad exemplum formae suae per omnes casuus declinantur. Nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·ous· litteris definiri, hoc monemus, quod ex ea non eo plurima nomina possint exhiberi. De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ous· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

46. DE ·VUS· (1)

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·vus· syllaba definiuntur, ut puta ab hoc servo, hic servus, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic servus, huius servi, huic servo, hunc servum, o serve, ab hoc servo. Numeri pluralis, hi servi, horum servorum, his servis, hos servos, o servi, ab his servis. Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri siugularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·vus· syllaba definiuntur, ad exemplum servi per omnes casuus declinantur. Nunc in hac suprascripta forma quaeritur, qua de causa hic avus, et non hic aus dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini genetivo casu numeri singularis ·vi· syllaba terminantur haec nominativo casu numeri singularis ·vus· syllaba definiuntur, et ideo hic avus, et non hic aus, facere pronuntiatur. Nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·vus· syllaba definiri, hoc monemus, quod ex ea non quamplurima nomina possint exhibe-

(1) Cod. *uus*. Sed alibi *bus*; qua varietate significatur littera consonans V, diversa a vocali U. Infra tamen *seruus* constanter, non *seruus*. Attamen in hoc titulo scribendum omnino est *vus*, ut fiat distinctio a subsequente *uus*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

[ri. De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·vus· syllaba definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

47. DE ·UUS·

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· syllaba ante ·u· litteram definiuntur, ut puta ab hoc perpetuo, hic perpetuus, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic perpetuus, huius perpetui, huic perpetuo, hunc perpetuum, o perpetue, ab hoc perpetuo. Numeri pluralis, hi perpetui, horum perpetuorum, his perpetuis, hos perpetuos, o perpetui, ab his perpetuis. Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· syllaba post ·u· litteram definiuntur ad exemplum perpetui per omnes casuus declinantur. Nunc in hac suprascripta forma quaeritur, qua de causa perpetuus et nominativo et accusativo casu numeri singularis post ultimam consonantem per duas ·u· litteras scribatur? hae de causa, quoniam quaecumque nomina genetivo casu numeri singularis ·ui· litteris discretis definiuntur, haec nominativo et accusativo casu numeri singularis post ultimam consonantem per duas ·u· litteras scribuntur.

Item et alia probatio, qua docentur haec nomina generis masculini, quae diximus ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·us· syllaba post ·u· litteram definiri, quod nominativo casu numeri singularis post ultimam consonantem per duas ·u· litteras debeant scribi: hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· syllaba definiuntur, si haec anomala esse non repperiuntur, excepto genetivo casu numeri pluralis, per ceteros casuus pari numero syllabarum oportet scribi. Nunc in hac forma generis masculini, qua dixiximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·us· syllaba post ·u· litteram definiri, hoc monemus, quod ex ea non eo plurimi soni, hoc est non eo plurima nomina, possint exhiberi. De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· syllaba

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

post ·u· litteram definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

48. DE ·QUUS.

Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·quus· syllaba definiuntur, ut puta ab hoc equo, hic equus (1) haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic equus, huius equi, huic equo, hunc equum, o eque, ab hoc equo. Numeri pluralis, hi equi, horum equorum, his equis, hos equos, o equi, ab his equis. Sic et alia generis masculini nomina quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·quus· syllaba definiuntur, ad exemplum equi per omnes casuus declinantur.

Nunc in hac suprascripta forma hoc monemus, quod sint aliqua nomina quae interdum propter metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis ·o· ultimum et in ·um· litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta ab hoc equo, horum equum. Sed haec quae sint nomina, et qua de causa ex supradicto casu interdum propter metra vel structuras ·o· ultimum et in ·um· litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus.

Item in hac suprascripta forma quaeritur, qua de causa equus per ·q· et non per ·c· litteram scribatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina in quolibet casu in ultima syllaba per ·q· litteram scribantur, haec per omnes casuus in ultima vel prope ultitima syllaba per ·q· litteram scribuntur. Nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·quus· syllaba definiri, hoc monemus, quod ex ea plus quam ·XXIII· soni, hoc est plus quam ·XXIII· nomina, non possint exhiberi. De forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·quus· syllaba definiri, quantum ratio poscebat, tractavimus.

49. DE GENERE FEMININO.

Feminini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis

(1) Cod. heic et alibi *equs*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

his octo formis definiuntur tantum ·us· aus· eus· ius· ous· uus· ·os· o·

50. DE ·US·

Quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· litteris post consonantem definiuntur, ut puta ab hac cupresso, haec cupressus, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, haec cupressus, huius cupressi, huic cupresso, hanc cupressum, o cupresse, ab hac cupresso. Numeri pluralis, hae cupressi, harum cupressorum, his cupressis, has cupressos, o cupressi, ab his cupressis. Sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· litteris post consonantem definiuntur, ad exemplum cupressi per omnes casuus declinantur.

Nunc in hac suprascripta forma hoc monemus, quod hoc unum nomen tantum repperiatur, quod propter rationem sonorum genetivo, dativo, et vocativo casu numeri singularis, nec non et nominativo, dativo, vocativo, et ablativo casu numeri pluralis, sic anomale confirmatum sit declinari, id est huius domus, huic domui, o domus; hae domus, his domibus, o domus, ab his domibus: at vero per ceteros casuus ad sonum cupressi debeat declinari. Nunc qua de causa supradictum nomen in supradictis casibus propter sonos sic anomale confirmatum sit pronuntiari, cum ad ipsos sonos venerimus, illic hoc conpetenter tractabimus. Nunc in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·us· litteris post consonantem definiri, hoc monemus, quod ex ea plus quam triginta duo soni, hoc est quam triginta duo nomina, non possint exhiberi. De forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· litteris ante consonantem definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

51. DE ·AUS· EUS· IUS· OUS· UUS·

Quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis suprascriptis formis definiuntur, haec perraro sonos efficiunt, et ideo hoc monemus ut haec quae reperta fuerint, salvo genere suo, ad similes formas generis masculini declinentur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

52. DE ·OS·

Quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·os· litteris definiuntur, ut ab hac Zacyntho, haec Zacynthos, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, haec Zacynthos, huius Zacynthi, huic Zacyntho, hanc Zacynthum, o Zacynthos (1), ab hac Zacyntho. Haec sonum pluralem facere prohibentur. Sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·os· litteris definiuntur, ad exemplum Zacynthi declinantur. Nunc in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·os· litteris definiri, hoc monemus, quod ex ea plusquam decem novem soni, hoc est decem novem nomina, non possint exhiberi. De forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·os· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

53. DE ·O·

Quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·o· littera definiuntur, ut puta ab hac Gyaro, haec Gyaro, haec scilicet aptota esse reperiuntur, et ideo ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, haec Gyaro, huius Gyaro, huic Gyaro, hanc Gyaro, o Gyaro, ab hac Gyaro. Haec numerum pluralem facere prohibentur (2). Sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·o· littera definiuntur, ad exemplum Gyaro aptote scilicet declinantur. Nunc in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu nunumeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·o· littera definiri, hoc monemus, quod ex ea plusquam viginti sex soni, hoc est plusquam viginti sex nomina, non possint exhiberi. De forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·o· littera definiuntur, quan-

(1) Ita cod.

(2) Attamen in Antonini Pii ad Frontonem epistola, nec non apud alios auctores *Gyaro* neque aptotum nomen est, et numero etiam plurali effertur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tum ratio poscebat, tractavimus.

54. DE GENERE NEUTRO.

Neutri generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis quinque his formis definiuntur tantum, ·um· eum· ium· vum· (1) us·

55. DE ·UM·

Quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·um· litteris post consonantem definiuntur, ut puta ab hoc templo, hoc templum, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hoc templum, huius templi, huic templo, hoc templum, o templum, ab hoc templo. Numeri pluralis, haec templa, horum templorum, his templis, haec templa, o templa, ab his templis. Sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·um· litteris post consonantem definiuntur, ad exemplum templi per omnes casuus declinantur.

Nunc in hac suprascripta forma hoc monemus, quod hoc unum nomen repperiatur quod propter soni rationem genetivo, dativo, et ablativo casu numeri pluralis sic anomale confirmatum sit declinari, id est horum iugerum, his iugeribus, ab his iugeribus; at vero per ceteros casuus ad sonum templi debeat declinari. Nunc qua de causa supradictum nomen in supradictis casibus propter sonos sic anomale confirmatum sit pronuntiari, cum ad ipsos sonos venerimus, illic conpetenter tractabimus. Item in hac suprascripta forma hoc monemus, quod haec sex nomina tantum, idest alterum, unum, nullum, ullum, solum, utrum, quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmata sunt declinari, idest huius alterius, huic alteri. Sic et cetera suprascripta nomina in supradictis casibus ad hunc sonum anomalum necesse esset pronuntiari; at vero per ceteros casuus ad sonum templi debeant declinari.

Nunc etiam hoc monemus, quod haec supradicta nomina propter metra in isdem supradictis casibus et anomale et non anomale permissa sint declinari. Sed haec nomina qua de causa in supradictis casibus propter structuras sic anomale confirmata sint pronuntiari, et in me-

(1) Cod. *uum*. Sed certe pronunciandum *vum*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tris anomale et non anomale permissa sint declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimus. Nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·um· litteris post consonantem definiri, hoc monemus, quod ex ea quam plurimi soni, hoc est quam plurima nomina, possint exhiberi. De forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·um· litteris post consonantem definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

56. DE ·EUM·

Quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·eum· litteris definiuntur, ut puta ab hoc linteo, hoc linteum, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hoc linteum, huius lintei, huic linteo hoc linteum, o linteum, ab hoc linteo. Numeri pluralis, haec lintea, horum linteorum, his linteis, haec lintea, o lintea, ab his linteis. Sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·eum· litteris definiuntur, ad exemplum lintei declinantur. Nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·eum· litteris definiri, hoc monemus, quod ex ea non eo plures soni, hoc est non eo plurima nomina possint exhiberi. De forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·eum· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

57. DE ·IUM·

Quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ium· litteris definiuntur, ut puta ab hoc scrinio, hoc scrinium, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hoc scrinium, huius scrinii, huic scrinio, hoc scrinium, o scrinium, ab hoc scrinio. Numeri pluralis, haec scrinia, horum scriniorum, his scriniis, haec scrinia, ab his scriniis. Sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis, ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·um· syllaba ante ·i· litteram definiuntur, ad exemplum scrinii per omnes casuus declinantur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Nunc in hac suprascripta forma quaeritur, qua de causa nomina per aliquos supradictos casuus per duas ·i· litteras scribantur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·um· syllaba ante ·i· litteram defininntur, haec exceptis anomalis et genetivo casu numeri pluralis, per ceteros casuus pari numero syllabarum oportet scribi.

Item et alia probatio, qua doceantur haec supradicta nomina per supradictos casuus per duas ·i· litteras oportere scribi, quoniam quaecumque nomina generis neutri, exceptis scilicet anomalis, ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, haec eandem ·o· litteram in ·i· convertunt, et genetivum casum numeri singularis ostendunt. Item haec eadem supradicta nomina ex eodem ablativo casu numeri singularis eandem ·o· litteram in ·is· litteras convertunt, et dativum et ablativum casum numeri pluralis ostendunt. Item in hac supradicta forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·um· syllaba post ·i· litteram definiri, hoc monemus, quod hoc unum nomen repperiatur, quod nomitivo accusativo et vocativo casu numeri singularis ·d· littera definiatur, idest ·aliud·, quod quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmatum sit declinari, id est huius alius, huic ali (1): at vero per ceteros casuus ad sonum scrinii debeat declinari.

Nunc etiam hoc monemus quod hoc suprascriptum nomen propter metra in isdem supradictis casibus et anomale et non anomale permissum sit declinari. Sed hoc nomen qua de causa in supradictis casibus propter structuras sic anomale confirmatum sit pronuntiari, et in metris anomale et non anomale permissum sit declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic conpetenter tractabimus. Nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·um· syllaba post ·i· litteram definiri, hoc monemus, quod eo plurimi soni, hoc est eo plurima nomina, possint exhiberi. De forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nomi-

(1) Archaismus non insolitus pro *alii*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nativo casu numeri singularis ·um· syllaba post ·i· litteram definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

58. DE ·VUM·

Quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·vum· syllaba definiuntur, ut puta ab hoc ovo, hoc ovum, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hoc ovum, huius ovi, huic ovo, hoc ovum, o ovum, ab hoc ovo. Numeri pluralis, haec ova, horum ovorum, his ovis, haec ova, o ova, ab his ovis. Sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·vum· litteris definiuntur, ad exemplum ovi per omnes casuus declinantur. Nunc in hac forma suprascripta quaeritur, qua de causa hoc ovum, et non hoc oum dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri genetivo casu numeri singugularis ·vi· syllaba terminantur, haec nominativo casu numeri singularis ·vum· syllaba definiuntur, et ideo hoc ovum, non hoc oum facere pronuntiatur. Nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·vum· litteris definiri, hoc monemus, quod ex ea forma non quam plures soni, hoc est non quam plurima nomina, possint exhiberi. De forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·vum· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

59. DE ·US·

Quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singulasis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· litteris post consonantem definiuntur, ut puta ab hoc pelago, hoc pelagus, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hoc pelagus, huius pelagi, huic pelago, hoc pelagus, o pelagus, ab hoc pelago. Haec numerum pluralem facere prohibentur. Nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·us· litteris post consonantem definiri, hoc monemus, quod ex ea plusquam septem soni, hoc est plusquam septem nomina, non possint exhiberi. De forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·us· litteris post consonantem definiun-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tur, quantum ratio poscebat, tractavimus. De ablativo casu numeri singularis, qui ·o· littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

60. DE ·U·

Ablativus casus numeri singularis ·u· littera terminatus genera haec continet quattuor, masculinum, femininum, neutrum, omne.

61. DE GENERE MASCULINO.

Masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·u· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis una hac formula finiuntur tantum, ut puta ab hoc fluctu, hic fluctus, et ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic fluctus, huius fluctus, huic fluctui, hunc fluctum, o fluctus, ab hoc fluctu. Numeri pluralis, hi fluctuus (1), horum fluctuum, his fluctibus, hos fluctuus, o fluctuus, ab his fluctibus. Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·u· littera terminantur, et nominativo casu ·us· litteris definiuntur, ad exemplum fluctus per omnes casuus declinantur. Nunc in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina .u. littera terminari, hoc monemus, quod ex ea plusquam quingenti triginta tres soni, hoc est quam quingenta triginta tria nomina, non possint exhiberi. De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina .u. littera terminantur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

62. DE GENERE FEMININO.

Feminini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis .u. littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, id est ·us· ut puta ab hac porticu, haec porticus, et ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, haec porticus, huius porticus, huic porticui, hanc porticum, o porticus, ab hoc porticu. Numeri pluralis, hae porticuus, horum posticuum, his porticibus, has porticuus, o porticuus, ab his porticibus. Sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis .u. littera terminantur, ad exemplum porticus per omnes casuus declinantur. Nunc in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina .u. littera ter-

(1) Hinc videmus non quartum solum pluralem casum, quod dixi p. 211, sed etiam primum, immo et quintum, ·uus· terminari.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

minari, hoc monemus, quod ex ea plusquam triginta tres soni, hoc est quam triginta tria nomina, non possint exhiberi. De forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina .u. littera terminari, quantum ratio poscebat, tractavimus.

63. DE GENERE NEUTRO.

Neutri generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·u· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, id est ut puta ab hoc cornu, hoc cornu. Numeri singularis, hoc cornu, huius cornu, huic cornu, hoc cornu, o cornu, ab hoc cornu. Numeri pluralis, haec cornua, horum cornuum, his cornibus, haec cornua, o cornua, ab his cornibus. Sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis .u. litrera terminantur, ad exemplum cornu per omnes casuus declinantur. Nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·u· littera terminari, hoc monemus, quod ex ea plusquam undecim soni, hoc est plusquam undecim nomina non possint exhiberi. De forma generis neutri, qua diximus ablativo, casu numeri singularis, nomina ·u· littera terminari, quantum ratio poscebat, tractavimus.

64. DE GENERE OMNI.

Omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·u· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum ·u·, et ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hic et haec maior natu, et hoc maius natu, huius et huius et huius maioris natu, huic et huic et huic maiori natu, hunc et hanc maiorem natu, et hoc maius natu, o et o maior natu, et o maius natu, ab hoc et ab hac et ab hoc maiore natu. Numeri pluralis, hi et hae maiores natu, et haec maiora natu, horum et harum et horum maiorum natu, his et his et his maioribus natu, hos et has maiores natu, et haec maiora natu, o et o maiores natu, et o maiora natu, ab his et ab his et ab his maioribus natu. Sic et alia generis omnis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·u· littera terminantur, ad exemplum maioris natu per omnes casuus declinantur. Nunc in hac forma generis omnis, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·u· littera terminari, hoc monemus, quod ex ea complures soni, hoc est eo plurima nomina, possint exhibe-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ri. De forma generis omnis, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·u· littera terminari, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Sane in hac forma suprascripta, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·u· littera terminari, sunt aliqua nomina, quae et participiorum similitudinem capiunt, ut puta ·visus·. Quare hoc monemus, quod si visus ab eo quod est videor participium esse repperitur, ad formam scilicet docti per omnes casuus declinatur. At vero visus, si aspectus oculorum esse cognoscitur, hoc est nomen appellatur, ad formam fluctus per omnes casuus pronuntiatur. Item in hac forma suprascripta sunt aliqua nomina, quae et propriorum nominum figuram contineant, ut puta Bassus. Quare hoc monemus, quod si Bassus nomen proprium esse repperitur, ad formam docti per omnes casuus declinetur: sin vero bassus nomen appellativum esse invenitur ad exemplnm fluctus per omnes casuus flectatur. Nunc Bassus quando nomen sit proprium, et quando appellativum, hoc in qualitate nominum iam satis tractavimus.

Sane hoc monemus, in his nominibus quae diximus ablativo casu numeri singularis ·u· littera terminari, quod sint aliqui XI. soni qui genetivo singulari ·i· littera terminentur, ut ab hoc senatu, huius senatus, et haec nomina in sonis tractabimus. Item in supradicta forma sunt aliqua nomina, quae et figuratorum nominum speciem habeant, ut puta exercitus. Quare hoc monemus, quod si exercitus figuratum nomen esse repperitur, hoc est ut fatigatum significans intellegatur, ad docti formam per omnes casuus declinabitur: sin vero exercitus multitudinem hominum facere demonstratur, ad formam fluctus declinari pronuntiatur.

Item in hac suprascripta forma quaeritur, qua de causa sint aliqua nomina, quae dativo et ablativo casu numeri pluralis ante ultimam syllabam et per ·i· et per ·u· litteram scribantur, ut puta ab hoc artu, his vel ab his artubus? Quare hoc monemus, quod quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·u· littera terminantur, et dativos et ablativos casuus numeri pluralis cum illis nominibus, quae ablativo casu numeri singularis ·e· littera scilicet correpta definiuntur, similes habere probantur, haec in supradictis casibus ante utlimam syllabam per ·i· et per ·u· litteram pronuntiantur, ut puta ab hoc partu, et ab hac parte, his et ab his partibus vel artubus: scilicet quia his vel ab his

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

partibus, et ab ·e· correpta nomina facere demonstrantur. Sic et cetera nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·u· littera terminantur, et dativos vel ablativos casuus numeri pluralis cum illis nominibus quae ablativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur, similes habere repperiuntur, in eodem dativo casu numeri pluralis et per ·i· et per ·u· litteram ante ultiultimam syllabam scribi pronuntiantur.

Item in supradicta forma quaeritur vitus, cum dativum vel ablativum casum numeri pluralis similes cum illis nominibus, quae ablativo casu numeri singularis ·e· littera correpta terminantur, habere repperiatur, qua de causa in isdem supradictis casibus ante ultimam syllabam non et per ·i· et per ·u· litteram pronuntietur scribi? hac de causa, quoniam vitus non similes suprascriptos casuus habere cum illis nominibus, quae ablativo casu numeri singularis ·e· littera scilicet correpta terminantur, pronuntiatur; siquidem ab hac vitu, his vel ab his vitibus presso accentu pronuntiatur: at vero ab hac vite, his vel ab his vitibus, acuto accentu tenuatur: et ideo vitus dativo vel ablativo casu numeri pluralis ante ultimam syllabam per ·i· tantum litteram pronuntiatur.

Item in hac forma qua diximus, ablativo casu numeri singularis nomina ·u· littera terminari, quaeritur, qua de causa eadem nomina in nominativo accusativo et vocativo casu numeri pluralis post ultimam consonantem non per duas set (1) per unam ·u· litteram repperiantur scribi? hac de causa, quoniam omnia nomina generis masculini sive feminini nominativo accusativo vocativo casu numeri pluralis cum ablativo casu numeri singularis pari numero syllabarum confirmata sunt pronuntiari. Nunc etiam hoc monemus, quod haec nomina in supradictis casibus ante ultimam scilicet syllabam sive per unam sive per duas ·u· litteras scribantur, in metris vel structuris una virtute accipi censeantur. De ablativo casu numeri singularis, qui ·u· littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

65. DE ·M·

·M· littera ablativus casus numeri singularis terminatus unum hoc genus continet tantum, id est omne.

(1) Ita cod. cum *t*, qui est archaismus obvius in codice Ciceronis de rep.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

66. DE GENERE OMNI.

Omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·m· littera terminantur, haec per omnes casuus aptote declinantur. Numeri singularis, hic et haec et hoc nequam, huius et huius et huius nequam, huic et huic et huic nequam, hunc et hanc et hoc nequam, o et o et o nequam, ab hoc et ab hac et ab hoc nequam. Numeri pluralis, hi et hae et haec nequam, horum et harum et horum nequam, his et his et his nequam, hos et has et haec nequam, o et o et o nequam, ab his et ab his et ab his nequam. Nunc in hac suprascripta forma hoc monemus, quod hoc unum suprascriptum nomen repperiatur tantum, id est nequam. De ablativo casu numeri singularis, qui ·m· littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ·S·

·S· littera ablativus casus numeri singularis terminatus duo haec genera continet tantum, id est neutrum, omne.

67. DE GENERE NEUTRO.

Neutri generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·s· littera terminantur, haec ad hoc exemplum declinantur. Numeri singularis, hoc fas, huius fas, huic fas, hoc fas, o fas, ab hoc fas. Haec numerum pluralem facere prohibentur. Nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·s· littera terminari, hoc monemus, quod ex ea plus quam quinque soni, hoc est plus quam quinque nomina, non possint exhiberi. De forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·s· littera terminantur, ut ratio poscebat, tractavimus.

68. DE GENERE OMNI.

Omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·s· littera terminantur, haec per omnes casuus aptote declinantur. Numeri singularis, hic et haec et hoc nugas, huius et huius et huius nugas, huic et huic et huic nugas, hunc et hanc et hoc nugas, o et o et o nugas, ab hoc et ab hac et ab hoc nugas. Numeri pluralis, hi et hae et haec nugas, horum et harum et horum nugas, his et his et his nugas, hos et has et haec nugas, o et o et o nugas, ab his et ab his et ab his nugas. Nunc in hac forma, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·s· littera terminari, hoc monemus quod ex ea plusquam quattuor soni, hoc est plusquam quattuor nomina, non possint exhiberi. De

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ablativo casu numeri singularis, qui ·s· littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Nunc sunt aliqua nomina generis masculini, quae numeri sint tantum singularis, ut puta hic Saturnus, et cetera talia: sed hoc monemus, quod haec non eo plura esse repperiantur. Item generis feminini, ut puta haec Venus, et cetera talia: nunc hoc monemus, quod non eo plurima esse repperiantur. Item sunt generis neutri, ut puta hoc aurum, et cetera talia: nunc hoc monemus, quod haec non eo plurima esse repperiantur. Item sunt nomina generis masculini, quae numeri sint tantum pluralis, ut puta circenses, et cetera talia: sed hoc monemus, quod haec intra triginta tres sonos, hoc est triginta tria nomina, esse repperiantur. Item generis feminini, ut puta kalendae et cetera talia: sed hoc monemus, quod haec intra septuaginta duos sonos, hoc est septuaginta duo nomina, esse repperiantur. Item generis neutri, ut puta arma, et cetera talia: sed hoc monemus, quod intra centum viginti duos sonos, hoc est centum viginti duo nomina, esse repperiantur. Item sunt nomina generis neutri, quae in numero plurali triptota esse repperiantur, ut puta mella, et cetera talia: sed hoc monemus, quod haec intra triginta tres sonos, hoc est intra triginta tria nomina, esse repperiantur.

Sunt nomina monoptota, hoc est quae unum tantum casum exhibent, ut puta ablativum, sponte, et cetera talia: sed hoc monemus, quod haec non eo plura esse repperiantur. Sunt nomina aptota, hoc est quae per omnes casus uno sono declinentur, ut puta Caeleno, et cetera talia: sed hoc monemus quod haec nomina non eo plura esse repperiantur. Sunt nomina, quae ex una littera intelleguntur, ut puta ·M·, et significat Marcus. Sunt quae duabus ·Gn·, et significat Gnaeus. Sunt quae tribus, ut puta ·Sex·, et significat Sextus. Sunt quae quattuor, ut puta ·reip·, et significat reipublicae. Sunt quae quinque ut puta ·tribp·, et significat tribunus plebis. Sunt nomina quae in numero singulari sint generis masculini, ut puta hic tartarus; in numero vero plurali generis neutri, ut puta haec tartara, et cetera talia.

Sunt nomina generis neutri, quae et cum aliis generibus iunguntur, et tamen vim suam contineant, ut puta portentum: dicitur enim portentum, hoc est ut sit homo generis masculini, et portentum generis neutri. Sunt nomina quae nominativo vel vocativo casu numeri singularis ·r· ultimum et in ·s· litteram convertant, ut puta color et colos, et cetera

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

talia, Item sunt nomina quae .o. litteram et in .au. litteras convertant, ut puta lotus et lautus, et cetera talia. Item sunt nomina quae plerosin patiantur, hoc est quae .e. littera plus scribantur, ut puta limen et leimen, et cetera talia. Item sunt nomina quae .au. litteras et in .o. convertant, ut puta cauda et coda, et cetera talia. Item sunt nomina quae .i. litteram et in .e. litteram convertant, ut puta malivolus, et malevolus, et cetera talia.

Item sunt nomina quae .u. littera plus scribanturut puta equs et equus, et cetera talia. Item sunt nomina quae .o. littera plus scribantur ut puta qum et quom, et cetera talia. Item sunt nomina quae .i. litteram et in .u. litteram convertant, ut puta mancipium et mancupium, et cetera talia Item sunt vocabula quae .e. litteram et in .u. litteram convertant, ut puta capiendus et capiundus, et cetera talia. Item sunt nomina quae .e. litteram et in .o. litteram convertant ut puta adversus et advorsus, et cetera talia. Item sunt nomina quae .u. litteram omittunt, ut puta saeculum saeclum. Item sunt nomina quae .u. litteram et in .oe. litteram convertunt, ut puta murorum et moerorum, et cetera talia. Nunc quoniam quae littera .e. subducantur, vel quae adiciantur, nec non et in quas litteras convertantur, demonstravimus, et ideo hoc monemus, ut quae vel quot sint nomina, quae haec facere possint, hoc in orthographia competenter tractare debeamus.

Sunt nomina quae rem animalem significant, ut puta homo, leo, equs, passer, et cetera talia, quae animam habere repperiantur. Sunt nomina quae rem inanimalem significant, ut puta lapis, domus, lignum, et cetera talia, quae animam non habere repperiantur. Sunt nomina quae rem corporalem significant, ut puta terra, navis, mare, et cetera talia, quae corpus habere repperiantur. Sunt nomina quae rem incorporalem significant, ut puta pietas, iustitia, dolor, et cetera, quae sunt incorporalia, ut grammatici putant. Sunt nomina quae rem proprie communiterve significant: proprie ut puta Roma, Tiberis, Diocletianae (1), et cetera talia: communiter, ut puta urbs, flumen, thermae, et cetera talia. Sunt nomina generalia, ut puta homo, avis, arbor, et cetera talia. Sunt nomina specia-

(1) Thermae videlicet. Hinc cognoscimus, grammaticum nostrum certe Diocletiano imp. non antiquiorem.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

lia, ut puta Cato, columba, pinus, et cetera talia.

Sunt nomina propria, id est deorum et hominum quibus vocantur. Sunt nomina appellativa, id est animalium, vel quae ex aliqua re hominibus accidunt. Propria hominum nomina in quattuor species dividuntur, praenomen, nomen, cognomen, agnomen. Praenomen, ut puta Publius: nomen, Cornelius: cognomen, Scipio: agnomen, Africanus. Sunt nomina, quae Graeci τῶν πρὸς τὶ appellant, id est ad aliquid, ut puta pater, frater, mater: iunguntur enim quibus respondeant ut puta pater Marci, mater Iulii, frater Victoris; sic et cetera talia. Sunt nomina quae Graeci τῶν πρὸς τὶ προσέχοντα appellant, id est ad aliquid quodammodo habentia, ut puta dexterior, superior, inferior: iunguntur enim quibus respondeant, ut puta dexterior oculus, superior dens, inferior vestis; sic et cetera talia. Sunt nomina quae appellantur mediae potestatis, ut puta fortis, magnus, velox: iunguntur enim quibus respondeant, ut puta fortis vir, magnus leo, velox equs; sic et cetera talia. Sunt nomina quae Graeci epicoena appellant, id est promiscua (1), siquidem ex suo genere et aliam speciem designant, ut puta canis, simia, sus, passer, bos, aquila, belua, et cetera talia.

Sunt nomina quae appellantur synonyma, hoc est quae variis significationibus unam rem designant, ut puta tellus, terra humus, et cetera talia: item alvus, venter, uterus, et cetera talia: item gladius, ensis, mucro, telum, et cetera talia: item scutum, clipeus, parma, umbo, et cetera talia: item mare, pontus aequor, et cetera talia. Sunt nomina quae appellantur homonyma, hoc est quae una significatione varias res designant, ut puta nepos, foedus, scortum, agmen, aries, et cetera talia: nepos enim modo tertiam progeniem hominum, modo luxuriosum designat: item foedus modo turpem, modo iusiurandum significat: item scortum modo corium, modo meretricem demonstrat: item agmen, modo multitudinem, modo iter significat; aries vero modo animal modo machinam belli demonstrat; sic et cetera talia. Sunt nomina positione singularia, intellectu pluralia, ut puta populus, plebs, contio; sic et cetera talia. Sunt nomina positione pluralia, intellectu singularia, ut puta, Baiae, castra; sic et cetera talia.

Sunt nomina quae aptota ap-

(1) Cod. *promisqua*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

pellantur, hoc est quae per omnes casuus uno schemate declinantur; ut puta numeri singularis, nominativo nequam, genetivo nequam, dativo nequam, accusativo nequam, vocativo nequam, ablativo nequam: numeri pluralis, nominativo nequam, genetivo nequam, dativo nequam, accusativo nequam, vocativo nequam, ablativo nequam. Sunt nomina quae monoptota appellantur, hoc est quae unum casum habere repperiuntur tantum, ut puta ab hac sponte, flamine id est flatu ventorum, et cetera talia. Nunc etiam hoc monemus, quod sint aliqui qui et ab hoc flamine, id est flatu ventorum aptote voluerunt singulari numero pronuntiari; at vero pluraliter flamimina declinari. Sane etiam hoc monemus, quod praefecti, excepto praetorio, in aliis rebus non tantum dativo sed et genetivo iungantur: sic et tribuni plebi, considerantur.

Sunt nomina quorum prior pars declinatur, sequens vero immobilis continetur; ut puta numeri singularis, hic praefectus praetorio, huius praefecti praetorio, huic praefecto praetorio, hunc praefectum praetorio, o praefecte praetorio, ab hoc praefecto praetorio. Numeri pluralis, hi praefecti praetorio, horum praefectorum praetorio, his praefectis praetorio, hos praefectos praetorio, o praefecti praetorio, ab his praefectis praetorio; et cetera talia. Sunt nomina quorum posterior pars declinatur, prima vero immobilis continetur; ut puta numeri singularis, hic iuris peritus, huius iuris periti, huic iuris perito, hunc iuris peritum, o iuris perite, ab hoc iuris perito. Numeri pluralis, hi iuris periti, horum iuris peritorum, his iuris preritis, hos iuris peritos, o iuris periti, ab his iuris peritis: sic et cetera talia. Sunt nomina quorum ambae partes declinantur; ut puta numeri singularis, hic Liber pater, huius Liberi patris, huic Libero patri, hunc Liberum patrem, o Liber pater, ab hoc Libero patre. Numeri pluralis, hi Liberi patres, horum Liberorum patrum, his Liberis patribus, hos Liberos patres, o Liberi patres, ab his Liberis patribus. Nunc hoc monemus, quod sint aliqui qui hoc nomen numerum pluralem facere nolint: sic et cetera talia. Sunt nomina senaria, ut puta unus. Sunt nomina quinaria ut puta doctus. Sunt nomina quaternaria, ut puta niger. Sunt nomina ternaria, ut puta statare. Sunt vocabula binaria, ut puta se. Sunt nomina monaria, ut puta cornu.

Declinatio glossematis. Numeri singularis, hoc glossema, hu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ius glossematis, huic glossemati, hoc glossema, o glossema, ab hoc glossemate. Numeri pluralis, haec glossemata, horum glossematum, his glossematibus, haec glossemata, o glossemata, ab his glossematibus. Sic et alia generis neutri nomina, quae nominativo casu numeri singularis -a- littera terminantur, ad exemplum glossematis per omnes casuus declinantur. Sane hoc monemus, quod quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis -a- littera terminantur, haec graeca esse repperiantur. Item in his nominibus generis neutri, quae diximus ablativo casu numeri singularis -a- littera terminari, hoc monemus quod hoc unum nomen repperiatur, idest sigma (1), quia et interpretationem litterae habere intellegitur, quod et aptote declinetur: scilicet quoniam nomina litterarum sicuti iam docuimus, aptote declinantur.

Declinatio Herculis. Numeri singularis, hic Hercules, huius Herculis, huic Herculi, hunc Herculem, o Hercules, ab hoc Hercule. Hoc si numerum pluralem facere cogetur, ad formam suprascriptam declinabitur.

Declinatio Adonis. Numeri singularis, hic Adon, huius Adonis, huic Adoni, hunc Adonem, o Adon, ab hoc Adone.

Declinatio Incubonis. Hic Incubo, huius Incubonis, huic Incuboni, hunc Incubonem, o Incubo, ab hoc Incubone. Hoc si numerum pluralem facere cogetur, ad formam suprascriptam declinabitur.

Declinatio senis. Numeri singularis, hic senex, huius senis, huic seni, hunc senem, o senex, ab hoc sene. Numeri pluralis, hi senes, horum senum, his senibus, hos senes, o senes, ab his senibus.

Declinatio bovis. Numeri singularis, hic et haec bos, huius bovis, huic bovi, hunc et hanc bovem, o bos, ab hoc et ab hac bove et boe. Numeri pluralis, hi et (2) hae boves, horum et harum boum, hos et has boves, o boves, ab his bubus. Nunc in hoc nomine quaeritur, qua de causa a bove et a boe, facere repperiatur? hac de causa - a bove - facere pronuntiatur, quoniam quaecumque nomina animalium nominativo casu numeri pluralis -es- litteris definiuntur, haec ex eodem nominativo casu numeri pluralis -s- ultimum omit-

(1) Cod. *simma*.

(2) Sic in Diocletiani lege pretiorum apud me Script. vet. T. V. p. 305. u. a. scribitur *ois* pro *ovis*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tunt, et ablativum casum numeri singularis ostendunt. At vero et - a boe - illa de causa facere pronuntiatur, quoniam quaecumque nomina animalium ab ·e· correpto venire repperiuntur, haec ex genetivo casu numeri pluralis ultimas litteras quas habent ante consonantem oppositas omittunt, et ·e· litteram accipiunt, unde ablativum casum numeri singularis ostendunt.

Declinatio maris. Numeri singularis, hic mas, huius maris, huic mari, hunc marem, o mas, ab hoc mare. Numeri pluralis, hi mares, horum marum, his maribus, hos mares, o mares, ab his maribus. Sane de genetivo casu numeri pluralis hoc monemus quod iam in superioribus diximus, id est, quod hunc casum, qui ab ·e· correpto venire repperitur, in sonis conpetenter tractare debeamus.

Declinatio Iovis, numeri singularis, hic Iuppiter, huius Iovis, huic Iovi, hunc Iovem, o Iuppiter, ab hoc Iove. Numeri pluralis, hi Ioves, horum Iovium: his Iovibus, hos Ioves, o Ioves, ab his Iovibus. Sane de genetivo casu numeri pluralis hoc monemus, quod iam in superioribus diximus, id est quod hunc casum, qui ab ·e· correpto venire repperitur, in sonis conpetenter tractare debeamus.

Declinatio duorum, generis masculini, numeri pluralis, hi duo, horum duorum his duobus, hos duos et duo, o duo, ab his duobus. Generis feminini, numeri pluralis, hae duae, harum duarum, his duabus, has duas, o duae, ab his duabus. Generis neutri, numeri pluralis, haec duo, horum duorum, his duobus, haec duo, o duo, ab his duobus.

Declinatio amborum, generis masculini, numeri pluralis, hi ambo, horum amborum, his ambobus, hos ambos et ambo, o ambo, ab his ambobus. Generis feminini, numeri pluralis, hae ambae, harum ambarum, his ambabus, has ambas, o ambae, ab his ambabus. Generis neutri, numeri pluralis, haec ambo, horum amborum, his ambobus, haec ambo, o ambo, ab his ambobus.

Declinatio trium, generis communis, numeri pluralis, hi et hae tres, horum et harum trium, his et his tribus, hos has tris et tres, o et o tres, ab his et ab his tribus. Generis neutri, numeri pluralis, haec tria, horum trium, his tribus, haec tria, o tria, ab his tribus.

Declinatio numeri pluralis qui aptote pronuntiantur, hi septem, horum septem, his septem, hos septem, o septem, ab his septem. Sic et novedecim, undecim, duodecim, tredecim, quat-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tuordecim, quindecim, sedecim.

Declinatio bidui, hoc biduum, huius bidui, huic biduo, hoc biduum, o biduum, ab hoc biduo.

Declinatio tridui, hoc triduum huius tridui, huic triduo, hoc triduum, o triduum, ab hoc triduo.

Declinatio quadridui, hoc quadriduum, huius quadridui, huic quadriduo, hoc quadriduum, o quadriduum, ab hoc quadriduo.

Declinatio renis. Numeri singularis, haec ren, huius renis, huic reni, hanc renem, o ren, ab hac rene. Numeri pluralis, hae renes, harum renium, his renibus, has renes, ab his renibus.

Quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·a· vel ·o· littera terminantur, et neque aptota neque anomala esse repperiuntur, haec in eodem ablativo casu numeri singularis ·rum· syllabam accipiunt, et genetivum casum numeri pluralis ostendunt. At vero haec eadem nomina, quae diximus ablativo casu numeri singularis ·a· vel ·o· littera terminari, et nec aptota neque anomala repperiri, ex eodem ablativo casu numeri singularis eundem ·a· vel ·o· in ·is· litteras convertunt, et dativum casum numeri pluralis ostendunt.

Quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·e· producto terminantur, haec in eodem ablativo casu numeri singularis ·rum· syllabam accipiunt et genetivum casum numeri pluralis ostendunt. At vero haec eadem nomina, quae diximus ablativo casu numeri singularis ·e· littera producta terminari, in eodem ablativo casu numeri singularis ·bus· syllabam accipiunt, et dativum vel ablativum casum numeri pluralis ostendunt.

Quaecumque nomina, ablativo casu numeri singularis ·u· littera terminantur, haec in eodem ablativo casu numeri singularis ·um· syllabam accipiunt, et genetivum casum numeri pluralis ostendunt. At vero haec eadem nomina, quae diximus ablativo casu numeri singularis ·u· littera terminari, ex eodem ablative casu numeri singularis, eandem ·u· litteram in ·i· convertunt, et ·bus· syllabam accipiunt, unde dativum vel ablativum casum numeri pluralis ostendunt.

Quaecumque nomina, ablativo casu numeri singularis ·e· correpto terminantur, haec ex eodem ablativo casu numeri singularis eandem ·e· litteram omittunt, vel in ·i· convertunt, et ·um· syllabam accipiunt, unde et genetivum casum numeri pluralis ostendunt. At vero haec eadem nomina, quae diximus ablativo ca-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

su numeri singularis ·e· correpto terminari, haec ex eodem ablativo casu numeri singularis eandem ·e· correptam, in ·i· litteram convertunt, et ·bus· syllabam accipiunt, unde dativum vel ablativum casum numeri pluralis ostendunt.

Quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·i· littera terminantur, et aptota esse non repperiuntur, haec in eodem ablativo casu numeri singularis ·bus· syllabam accipiunt, et dativum et ablativum casum numeri pluralis ostendunt.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius – vultur obunco – huius vulturi, an huius vulturis, facere debeat. Sed quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis ·ur· litteris definiuntur, haec genetivo casu numeri singularis ·s· non ·i· littera definiuntur, et ideo vultur, huius vulturis, non vulturi, facere demonstratur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius – umida solstitia – nominativo casu numeri singularis hoc solstitiu, an hoc solstitium, facere debeat. Sed quaecumque nomina generis neutri, nominativo casu numeri pluralis ·ia· litteris definiuntur, haec numquam nominativo casu numeri singularis ·u· littera terminantur, et ideo hoc solstitium, non hoc solstitiu, facere pronuntiatur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Sallustius - sed Allobroges ex praecepto Ciceronis – nominativo casu numeri singularis Allobrogus, an Allobroge, facere debeat. Sed quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri pluralis ·es· litteris definiuntur, et a nominativo casu numeri singularis, in eodem nominativo casu numeri pluralis, per syllabas non crescunt, haec in nominativo casu numeri singularis numquam ·us· litteris definiuntur, et ideo hic Allobroges, non hic Allobrogus, facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa Vergilius - haec finis Priami - feminino genere pronuntiarit. Siquidem quaecumque nomina inanimalia latina dumtaxat nominativo casu numeri singularis disyllaba esse repperiuntur, et ·nis· syllaba terminantur, haec secundum analogicam disciplinam, masculini generis esse probantur. Sed hoc in metris conpetenter tractabimus: scilicet quoniam propter metrum, hoc fecisse Vergilium, declarabimus.

Quaeritur, ab eo quod dixit Cicero - ex agresti luxuria - hic agrester, an agrestis, facere debeat. Sed quaecumque nomina in ablativo casu numeri singularis a nominativo casu numeri singularis per syllabas non crescunt, et in eodem ablativo casu numeri singularis ante ulti-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

mam vocalem, unam cŏnsonantem habent oppositam, haec numquam nominativo casu numeri singularis ·er· litteris definiuntur, et ideo hic agrestis, non hic agrester, facere pronuntiatur.

Quaeritur, hoc torcular, an torculare, facere debeat. Sed quaecumque nomina generis neutri, genetivo casu numeri singularis, ante ultimam syllabam ·a· litteram habent constitutam, si eandem ·a· litteram producto accentu resonant, haec numquam nominativo casu numeri singularis ·ar· litteris definiuntur, et ideo hoc torculare, non hoc torcular, facere pronuntiatur. Sane etiam hoc monemus, quod haec eadem nomina, in eodem nominativo casu numeri singularis, certa necessitate metri, vel structurae, et ·ar· litteris permissa sunt declinari. Sed qua de causa haec eadem supradicta nomina nominativo casu numeri singularis et ·ar· litteris permissa sint pronuntiari, hoc in metris vel structuris conpetenter tractabimus.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius – et viscera nudant – nominativo casu numeri singularis, hoc viscum, an hoc viscus, facere debeat. Sed quaecumque nomina generis neutri, nomitivo casu numeri singularis ·um· litteris definiuntur, haec numquam in nominativo casu numeri pluralis a nominativo casu numeri singularis per syllabas crescunt, et ideo haec viscera hoc viscus, non hoc viscum, facere demonstrant.

Quaeritur, qua de causa horum dentium, et non horum dentum, facere debeant? hac de causa, quoniam quaecŭmque nomina nominativo casu numeri singularis ·ens litteris definiuntur, et monosyllaba esse repperiuntur, haec genetivo casu numeri pluralis ·ium· litteris crescunt.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius, – lapidosaque corna dant rami – nominativo casu numeri singularis hoc cornu, an hoc cornum, facere debeat. Sed quaecumque nomina generis neutri, nominativo casu numeri pluralis ·a· littera post consonantem concluduntur, haec numquam nominativo casu numeri singularis ·u· littera terminantur, et ideo haec corna, hoc cornum, non hoc cornu, facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa huius pectinis, et non huius pectenis, dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis ·en· litteris definiuntur, et monosyllaba esse non repperiuntur, haec eandem ·e· litteram, quam habent in eodem nominativo casu numeri singularis ante ·n· ultimum, per ce-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

teros casus in ·i· litteram convertunt, et ideo hoc pecten, huius pectinis, non huius pectenis, facere demonstrant.

Quaeritur, qua de causa· inops· per ·p· non per ·b· litteram scribatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina in quolibet casu in ultima vel prope ultimam syllabam ·p. litteram habent constitutam, haec in nominativo casu numeri singularis per ·p· non per ·b· litteram scribuntur, et ideo ·inops· non ·inobs· facere pronuntiatur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Sallustius (1) – vas aut vestimentum alicuius concupiverat – vas ad quam formam pertineat? utique ad eam qua nomina generis neutri, nominativo casu numeri singularis ·as· litteris definiuntur, ut puta fas, et ideo vas et cetera talia secundum formam suam aptote sunt declinanda.

Quaeritur, qua de causa huius Achatis dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·e· littera correpta terminantur, et aptota esse non repperiuntur, haec genetivo casu numeri singularis ·is· litteris definiuntur, et ad exemplum ·e· litterae correptae, per ceteros casuus declinantur. Nunc cum dicat Vergilius – uno comitatus Achate – utique iam huius Achatis, facere pronuntiavit.

Quaeritur, qua de causa ·plebs· per ·b· et non per ·p· litteram scribatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina in quolibet casu in ultima vel prope ultimam syllabam ·b· litteram habent constitutam, haec in nominativo casu numeri singularis per ·b· non ·p· litteram scribuntur, et ideo ·plebs· non ·pleps· facere pronuntiatur, facit enim plebs plebis.

Quaeritur, qua de causa labsus per ·b· et non ·p· litteram scribatur? hac de causa, quoniam quaecumque vocabula ab illis verbis venire repperiuntur, quae modo indicativo temporis praesentis ex prima persona in ultima vel prope ultimam syllabam ·b· litteram habent constitutam, haec per ·b· non per ·p· litteram scribuntur. Nunc cum labsus a labore venire intellegatur, ideo per ·b· non per ·p· litteram scribi pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa Sallustius – hic proconsule – pronuntiarit, cum nomina generis masculini prohibeantur nominativo casu numeri singularis ·e· littera terminari. Quare hoc monemus, quod haec in sonis conpetenter tractare debebimus.

(1) In margine addit recentior manus *necessaria et difficilis ratio.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Quaeritur, qua de causa ·mortuus· nominativo et accusativo casu numeri singularis ante ultimam consonantem per duo ·u· scribatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina genetivo casu numeri singularis ·ui· litteris discretis definiuntur, haec nominativo et accusativo casu numeri singularis per duas ·u· litteras ante ultimam consonantem scribuntur. Nunc cum et hoc nomen huius mortui facere intellegatur, ideo hic mortuus, et hunc mortuum facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa hic sobrius, et non hic sober dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·io· litteris discretis definiuntur, haec numquam nominativo casu numeri singularis ·er· litteris concluduntur: nunc cum et hoc nomen ab hoc sobrio facere repperiatur, et ideo hic sobrius, non hic sober facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa ·coquus· per ·q· et non per ·c· litteram scribatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina, in quolibet casu in ultima vel ante ultimam syllabam ·q· litteram habent constitutam, haec per omnes casuus eandem ·q· litteram in ultima vel ante ultimam syllabam necesse est ut custodiant. Nunc cum dicat Terentius in eunucho - coqui fartores - et cetera, utique iam coquum per ·q· non per ·c· litteram scribi demonstrat.

Quaeritur, qua de causa ·miles· per ·s· et non per ·x· litteram scribatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis communis genetivo casu numeri singularis ·tis· syllaba terminantur, haec numquam nominativo casu singularis numeri ·x· littera definiuntur. Nunc cum et hoc nomen huius militis facere repperiatur, et ideo hic miles per ·s· non per ·x· litteram pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa - Hannibalis - littera quam habet ante ultimam syllabam producto accentu pronuntietur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis ·al· litteris definiuntur, haec eandem ·a· litteram quam habent ante ·l· ultimum constitutam, secundum rationem sonorum necesse est ut per omnes casuus producant.

Quaeritur, qua de causa vocativo casu numeri singularis o Dee per duas ·e· litteras scribatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·eus· litteris definiuntur, haec excepto genetivo casu numeri pluralis, per

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ceteros casuus pari numero syllabarum oportet scribi.

Quaeritur, qua de causa - huius Gai - per unam ·i· litteram scribatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ius· syllaba definiuntur, haec genetivo casu numeri singularis per unam ·i· litteram scribuntur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius, - terga dabunt - qua de causa hoc tergum, et non hoc tergus, facere repperiatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri a nominativo casu numeri singularis in accusativo casu numeri pluralis per syllabam non crescunt, haec numquam nominativo casu numeri singularis ·us· litteris definiuntur, et ideo terga, hoc tergum, et non hoc tergus, facere pronuntiatur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius - tergora diripiunt costis - qua de causa hoc tergus, et non hoc tergum, facere pronuntietur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri a nominativo casu numeri singularis in accusativo casu numeri pluralis per syllabas crescunt, haec numquam nominativo casu numeri singularis ·um· litteris definiuntur, et ideó tergora hoc tergus, et non hoc tergum, facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa (1) Varro masculum et feminam, ambos pronuntiarit? hac de causa, quoniam quaecumque generis feminini nomina generibus masculinis repperiuntur esse coniuncta, haec sub sono generis masculini necesse est procedant. Qua disciplina et Vergilius Priamum et Hecubam masculino genere appellat, id est dicens de Andromacha - ferre incomitata solebat ad soceros -. Item idem Maro Helenum et Andromacham - hos ego digrediens lacrimis adfabar obortis -. Item idem Vergilius - quattuor ab stabulis praestanti corpore tauros avertit, totidem forma superante iuvencas: atque hos ne qua forent pedibus vestigia rectis, cauda in speluncam tractos saxo occultabat opaco. Nunc quoniam longum est et alia exempla, proferre, et ideo, ut diximus, hoc observari monemus, ut, sicuti supra docuimus, quod quaecumque nomina generis feminini cum nominibus generis masculini coniuncta esse repperiuntur, haec sub sono masculini generis resonare pronuntientur.

Quaeritur, quare monitor, monitrix; et genitor, genetrix; item victor, victrix; et nu-

(1) In margine addit recentior manus *necessaria ratio*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tritor, nutrix, hoc est qua de causa monitor, et monitrix per ·t· litteram scribuntur; et qua de causa genitor per ·i· et genetrix per ·e· litteram scribuntur. Item qua de causa victor et victrix pari numero syllabarum scribuntur, et nutritor a nutrice per syllabam maior esse repperitur. Quare hoc monemus, quod hoc in sonis conpetenter tractare debeamus.

Quaeritur, quare Vergilius de Iunone - auctor ego audendi - et non - auctrix - pronuntiarit? hac de causa, quoniam quaecumque nomina a verbis anomalis venire intelleguntur, haec aut deficiunt, aut certe anomale pronuntiantur. Nunc cum et hoc nomen a verbo anomalo oriri repperiatur, id est ab audeo, facit enim specie perfecta ausus sum; et ideo hoc nomen feminini generis anomalum facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa Vergilius - calces - feminino genere pronuntiarit? hac de causa, quoniam quaecumque nomina romana dumtaxat inanimalia nominativo casu numeri singularis ·x· littera terminantur, et monosyllaba esse repperiuntur, haec feminini generis esse pronuntiantur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius - cumulantque oneratis lancibus aras - nominativo casu numeri singularis - lances - an - lancies - dicatur? Utique lances et non lancies facere pronuntiatur: scilicet quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·e· littera correpta terminantur, haec in dativo casu numeri pluralis per syllabas crescunt. Nunc cum et hoc nomen ab ·e· correpto venire repperiatur, et ideo nominativo casu numeri singularis lances non lancies facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa - Vomilcaris (1) - correpte et non producte pronuntietur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis ·ar· litteris definiuntur, haec eandem ·a· litteram, quam habent ante ·r· ultimum, per omnes casuus corripiunt, ut puta Caesar Caesaris, sic utique Vomilcar Vomilcaris correpto non producto accentu debeat pronuntiari.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius - velleribus niveis - nominativo casu numeri singularis vellus an vellum dicatur? Sed quaecumque nomina generis neutri dativo vel ablativo casu numeri pluralis ·bus· syllaba terminantur, haec numquam nominativo casu numeri singularis

(1) Pro *Bomilcaris*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

·um· litteris definiuntur, et ideo hoc vellus non hoc vellum facere pronuntiatur. Item et alia probatio, qua de causa hoc vellus et non hoc vellum facere pronuntiatur, quoniam quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis ·um· litteris definiuntur, haec numquam in nominativo casu numeri pluralis ab eodem nominativo casu numeri singularis per syllabam crescunt: nunc cum dicat Vergilius – vellera siccat – et ideo non hoc vellum sed hoc vellus facere pronuntiatur.

Quaeritur, horum Samuelium, an horum Samuelum dicatur? Sed hoc monemus, quod quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis ·el· litteris definiuntur, haec numerum pluralem facere prohibentur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Sallustius – annua imperia – qua de causa nominativus accusativus et vocativus casus numeri singularis post ultimam consonantem per duas ·u· litteras scribantur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri pluralis ·ua· litteris discretis definiuntur, haec si aptota esse non repperiuntur, nominativo accusativo et vocativo casu numeri singularis per duas ·u· litteras post ultimam consonantem scribuntur, ut puta fatua mancipia, hoc fatuum mancipium. Sic utique et annua imperia annuum imperium facere pronuntiatur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius – tapetibus altis – nominativo casu numeri singularis hoc tapetum, an hoc tapetus, an hoc tapete, facere pronuntietur? Sed quaecumque nomina ablativo casu numeri pluralis ·bus· syllaba terminantur, haec numquam nominativo casu numeri singularis ·um· litteris definiuntur. Quare ab his tapetibus hoc tapetum facere prohibetur. Item quaecumque nomina dativo vel ablativo casu numeri pluralis ·bus· syllaba terminantur, et a nominativo casu numeri singularis in isdem supradictis casibus una syllaba crescere repperiuntur, haec numquam in eodem nominativo casu numeri singularis ·us· litteris definiuntur, et ideo non hoc tapetus, sed hoc tapete facere pronuntiatur: scilicet quoniam quaecumque nomina generis neutri dativo vel ablativo casu numeri pluralis a nominativo casu numeri singularis una syllaba crescunt, haec in eodem nominativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur, et ad exemplum monilis per omnes casuus declinantur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Lucilius – erant et equorum inaurata tapeta – qua de causa hoc

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tapetum facere pronuntietur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri a nominativo casu numeri singularis in accusativo casu numeri pluralis per syllabam non crescunt, haec nominativo casu numeri singularis ·um· litteris definiuntur.

Quaeritur, ab eo quod dixit Vergilius – pulchrosque tapetas – qua de causa nominativo casu numeri singularis hic tapeta facere pronuntietur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina accusativo casu numeri pluralis ·as· litteris definiuntur, haec nominativo casu numeri singularis ·a· littera terminantur, et ad exemplum Catilinae per omnes casuus declinantur.

Quaeritur, qua de causa hic figulus et non hic figel dicatur? hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·o· littera terminantur, haec numquam nominativo casu numeri singularis ·el· littera definiuntur. Nunc cum et hoc nomen ab hoc figulo facere reperiatur, et ideo hic figulus non hic figel, facere pronuntiatur.

Declinatio feminis, generis neutri, numeri singularis, hoc femus, huius feminis, huic femini, hoc femus, o femus, ab hoc femine. Numeri pluralis, haec femina, horum feminum, his feminibus, haec femina, o femina, ab his feminibus.

Declinatio femoris, generis neutri, numeri singularis, hoc femur, huius femoris, huic femori, hoc femur, o femur, ab hoc femore. Numeri pluralis, haec femora, horum femorum, his femoribus, haec femora, o femora, his femoribus.

Quaeritur, quare hic scorpius et non hic scorpio dicatur? Sed cum dicat (1) – venenum scorpii frigidum attigerat – utique iam hic scorpius, non hic scorpio, facere demonstravit: scilicet quoniam quaecumque nomina generis masculini in genetivo casu numeri singularis ·i· littera terminantur, haec numquam nominativo casu numeri singularis ·o· littera definiuntur.

Quaeritur, qua de causa Vergilius tenuia (2) pronuntiarit? hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis ·e· littera terminantur, haec ex eodem nominativo casu numeri singularis eandem ·e· litteram in ·ia· litteras convertunt, et nominativum casum numeri pluralis ostendunt, et ideo hoc tenue haec tenuia facere pronuntiatur.

De nomine quantum ratio poscebat tractavimus.

(1) Desideratur auctoris nomen. (2) Id [illegible] *envia*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

DE PRONOMINE.

1. Pronomen est pars orationis quae posita pro nomine minus quidem plene, idem tamen significat, ut puta ego, ipse, quis, et cetera talia: et ideo minus plene, quoniam restat ut definiat, ut puta ego Cato, ipse Cicero, quis Terentius, sicuti diximus, ut cetera pronomina habent significationes suas. Pronomini accidunt genus, figura, numerus, casus, persona, qualitas, accentus.

2. DE GENERE.

Genera in pronominibus sicuti in nominibus consideranda sunt, ut puta masculinum hic, femininum haec, neutrum hoc, commune qualis, omne ego. Sane quemadmodum per casus misceantur genera, in nomine iam satis tractavimus.

3. DE FIGURA.

Figura pronominibus accidit, sicuti et ceteris partibus orationis, simplex et composita. Simplex figura pronominum est, ut puta ·quis·. Composita figura pronominum est, ut ·quisquis·. Sed composita figura quibus vel quot modis fiat, in nomine iam satis tractavimus.

4. DE NUMERO.

Numerus pronominibus accidit, sicut et nominibus, singularis, pluralis, et communis. Singularis hic, pluralis hi, communis quidam. Sic et per alia pronominum genera in declinatione necesse est hi numeri suum officium compleant.

5. DE CASU.

Casus pronominibus accidit, sicuti et nominibus.

6. DE PERSONA.

Personae pronominum sunt tres, prima ego, secunda tu, tertia ille. Hae finitis pronominibus accidunt tantum: item, ut vult Plinius Secundus, et possessivis.

7. DE QUALITATE.

Qualitas pronominum in quattuor formas dividitur, finitam, minus quam finitam, infinitam, possessivam.

8. DE FINITA.

Finita pronomina sunt quae notant certum numerum, certam

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

personam. Haec tria sunt tantum, ego, tu, ille. Nunc eorum singulorum generum declinationem subicimus. Ego pronomen finitum, generis omnis, figurae simplicis, numeri singularis, personae primae, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, ego, mei, mihi, me, ego, a me. Numeri pluralis, nos, nostrum, nobis, nos, nos, a nobis.

Tu pronomen finitum, generis omnis, figurae simplicis, numeri singularis, personae secundae, casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, tu, tui, tibi, te, tu, a te. Numeri pluralis, vos, vestrum et vestrorum (1), vobis, vos, vos, a vobis.

Ille pronomen finitum, generis masculini, figurae, simplicis, numeri singularis, personae tertiae, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, ille, illius, illi, illum, ille, ab illo. Numeri pluralis, illi, illorum, illis, illos, illi, ab illis. Generis feminini, numeri singularis, illa et illaec, illius, illi, illam, illa, ab illa. Numeri pluralis, illae, illarum, illis, illas, illae, ab illis. Generis neutri, numeri singularis, illud, illius, illi, illud, illud, ab illo. Numeri pluralis, illa, illorum, illis, illa, ab illis.

9. DE MINUS QUAM FINITA.

Minus quam finita forma sex haec pronomina continet tantum, ipse, iste, is, idem, sibi, hic. Nunc eorum singulorum genera cum declinatione subicimus.

Ipse pronomen minus quam finitum, generis masculini, figurae simplicis, numeri singularis, casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, ipse vel ipsus, ipsius, ipsi, ipsum, ipse, ab ipso. Numeri pluralis, ipsi, ipsorum, ipsis, ipsos, ipsi, ab ipsis. Generis feminini, numeri singularis, ipsa, ipsius, ipsi, ipsam, ipsa, ab ipsa. Numeri pluralis, ipsae, ipsarum, ipsis, ipsas, ipsae, ab ipsis. Generis neutri, numeri singularis, ipsum, ipsius, ipsi, ipsum, ipsum, ab ipso. Numeri pluralis, ipsa, ipsorum, ipsis, ipsa, ipsa, ab ipsis.

Iste pronomen minus quam finitum, generis masculini, figurae simplicis, numeri singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis,

(1) Cod. *vos vestrum, vestrum et vestrorum.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

[iste et istic, istius, isti, istum, iste, ab isto (1).] Numeri pluralis, isti, istorum, istis, isti, ab istis. Generis feminini, numeri singularis, ista et istaec, istius, isti, istam, ista, ab ista. Numeri pluralis, istae, istarum, istis, istas, istae, ab istis. Generis neutri, numeri singularis, istut, istius, isti, istut, istut, ab isto. Numeri pluralis, ista, et istaec, istorum, istis, ista, et istaec, ista, ab istis.

Is pronomen minus quam finitum, generis masculini, figurae simplicis, numeri singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, is, eius, ei, eum, is, ab eo. Numeri pluralis, ii et ei, eorum, iis et eis, eos, ii, ab iis et ab eis. Generis feminini, numeri singularis, ea, eius, ei, eam, ea, ab ea. Numeri pluralis, eae, earum, iis et eis, eas, eae, ab iis et ab eis. Generis neutri, numeri singularis, id, eius, ei, id, id, ab eo. Numeri pluralis, ea, eorum, iis et eis, ea, ea, ab iis et ab eis.

Idem pronomen minus quam finitum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, idem, eiusdem, eidem, eundem, idem, ab eodem. Numeri pluralis, iidem, eorundem, iisdem et eisdem, eosdem, iidem, ab iisdem et ab eisdem. Generis feminini, numeri singularis, eadem, eiusdem, eidem, eandem, eadem, ab eadem. Numeri pluralis, eaedem, earundem, iisdem et eisdem, easdem, eaedem, ab iisdem et ab eisdem. Generis neutri, numeri singularis, idem, eiusdem, eidem, idem, idem, ab eodem. Numeri pluralis, eadem, eorundem, iisdem et eisdem, eadem, eadem, ab iisdem et ab eisdem.

Sibi pronomen defectivum minus quam finitum, generis omnis, figurae compositae, numeri tantum singularis, casus dativi, quod declinabitur per hos tres casus tantum, idest dativum accusativum et ablativum numeri singularis, sibi, se, a se.

Hic pronomen minus quam finitum, generis masculini, figurae simplicis, numeri singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, hic, huius, huic, hunc, o, ab hoc. Numeri pluralis, hi, horum, his, hos, o, ab his. Generis feminini, numeri singularis, haec, huius, huic, hanc, o, ab hac. Numeri pluralis, hae,

(1) Haec verba deerant in codice.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

harum. his, has, o, ab his. Generis neutri, numeri singularis, hoc, huius, huic, hoc, o, ab hoc. Numeri pluralis, haec, horum, his, haec, o, ab his. Sane hoc monemus, quod Plinius Secundus ·hic· tunc voluit dici pronomen, quando solum reperitur declinari, ut puta hic, huius, et cetera sequentia. At vero si cum alia parte orationis inveniatur declinari, articulum appellari, ut puta hic Cato, huius Catonis, et cetera sequentia. Sed haec discretio a Plinio Secundo cunctis artis latoribus supervacue visa est constitui, siquidem omnis oratio octo partibus tantum instituta sit pronuntiari.

10. DE INFINITA.

Infinita forma decem novem haec pronomina continet tantum: qui vel quis, quidam, quicumque, quisquam, quisquis, quisnam, quispiam, aliquis, nequis, siquis, qualis, qualiscumque, talis, quantus, quantuscumque, tantus, quotus, quotuscumque, totus. Nunc eorum singulorum genera cum declinatione subicimus.

Qui vel quis pronomen infinitum generis masculini, figurae simplicis, numeri ·qui· comunis, ·quis· singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, qui vel quis, cuius, cui, quem, qui vel quis, a quo et qui. Numeri pluralis, qui, quorum, quibus et quis, quos, qui, a quibus et quis. Generis feminini, numeri singularis, quae, cuius, cui, quam, quae, a qua. Numeri pluralis, quae, quarum, quibus et quis, quas, quae, a quibus et quis. Generis neutri, numeri singularis, quod, cuius, cui, quod, quod, a quo vel a qui. Numeri pluralis, quae, quorum, quibus et quis, quae, quae, a quibus vel a quis.

Quidam pronomen infinitum, generis masculini, figurae compositae, numeri communis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, quidam, cuiusdem, cuidam, quendam, quidam, a quodam. Numeri pluralis, quidam, quorundam, quibusdam, quosdam, quidam, a quibusdam. Generis feminini, numeri singularis, quaedam, cuiusdam, cuidam, quandam, quaedam, a quadam. Numeri pluralis quaedam, quarundam, quibusdam, quasdam, quaedam, a quibusdam. Generis neutri, numeri singularis, quoddam, cuiusdam, cuidam, quoddam, quoddam, a quodam. Numeri pluralis, quaedam, quorundam, quibusdam, quaedam, quaedam, a quibusdam.

Quicumque pronomen infinitum, generis masculini, figurae

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

compositae, numeri communis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, quicumque, cuiuscumqne, cuicumque, quemcumque, quicumque, a quocumque. Numeri pluralis, quicumque, quorumcumque, quibuscumque, quoscumque, quicumque, a quibuscumque. Generis feminini, numeri singularis, quaecumque, cuiuscumque, cuicumque, quamcumque, quaecumque, a quacumque. Numeri pluralis, quaecumque, quarumcumque, quibuscumque, quascumque, quaecumque, a quibuscumque. Generis neutri, numeri singularis, quodcumque, cuiuscumque, cuicumque, quodcumque, quodcumque, a quocumque. Numeri pluralis, quaecumque, quorumcumque, quibuscumque, quaecumque, quaecumque, a quibuscumque.

Quisnam pronomen infinitum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, quisquam, cuiusquam, cuiquam, quemquam, quisquam, a quoquam. Numeri pluralis, quiquam, quorumquam, quibusquam, quosquam, quiquam, a quibusquam. Generis feminini, numeri singularis, quaequam, cuiusquam, cuiquam, quamquam, quaequam, a quaquam. Numeri pluralis, quaequam, quarumquam, quibusquam, quasquam, quaequam, a quibusquam. Generis neutri, numeri singularis, quodquam, cuiusquam, cuiquam, quodquam, quodquam, a quoquam. Numeri pluralis, quaequam, quorumquam, quibusquam, quaequam, quaequam, a quibusquam.

Quisquis pronomen infinitum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, quisquis, cuiuscuius, cuicui, quemquem, quisquis, a quoquo. Numeri pluralis, quiqui, quorumquorum, quibusquibus, quosquos, quiqui, a quibusquibus. Generis feminini numeri singularis, quaequae, cuiuscuius, cuicui, quamquam, quaequae, a quaqua. Numeri pluralis, quaequae, quarumquarum, quibusquibus, quasquas, quaequae, a quibusquibus. Generis neutri, numeri singularis, quodquod, cuiuscuius, cuicui, quodquod, a quoquo. Numeri pluralis, quaequae, quorumquorum, quibusquibus, quaequae, quaequae, a quibusquibus.

Quisnam pronomen infinitum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, quisnam, cuiusnam, cuinam, quemnam, quisnam, a quonam. Numeri pluralis, quinam, quorumnam, quibusnam, quosnam, quinam, a qui-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

busnam. Generis feminini, numeri singularis, quaenam, cuiusnam, cuinam, quamnam, quaenam, a quanam. Numeri pluralis, quaenam, quarumnam, quibusnam, quasnam, quaenam, a quibusnam. Generis neutri, numeri singularis, quodnam, cuiusnam, cuinam, quodnam, quodnam, a quonam. Numeri pluralis, quaenam, quorumnam, quibusnam, quaenam, quaenam, a quibusnam.

Quispiam pronomen infinitum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi, et declinatur per singula genera, salva specie sua, ad exemplum cuiusnam.

Aliquis pronomen infinitum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, aliquis, alicuius, alicui, aliquem, aliquis, ab aliquo. Numeri pluralis, aliqui, aliquorum, aliquibus, aliquos, aliqui, ab aliquibus. Generis feminini, numeri singularis, aliqua, aliquius, alicui, aliquam, aliqua, ab aliqua. Numeri pluralis, aliquae, aliquarum, aliquibus, aliquas, aliquae, ab aliquibus. Generis neutri, numeri singularis, aliquod, aliquius, alicui, aliquod, ab aliquo. Numeri pluralis, aliqua, aliquorum, aliquibus, aliqua, aliqua, ab aliquibus.

Nequis pronomen infinitum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi et declinabitur per singula genera, salva specie sua, ad exemplum alicuius.

Siquis pronomen infinitum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi, et declinatur per singula genera, salva specie sua, ad exemplum alicuius.

Qualis pronomen infinitum, generis communis, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi, genetivi, vocativi, et accusativi pluralis, quod declinabitur sic. Numeri singularis, qualis, qualis, quali, qualem, qualis, a quale et a quali. Numeri pluralis, quales, qualium, qualibus, quales et qualis, quales, a qualibus. Generis neutri, numeri singularis, quale, qualis, quali, quale, quale, a quale et a quali. Numeri pluralis, qualia, qualium, qualibus, qualia, qualia, a qualibus.

Qualiscumque pronomen infinitum, generis communis, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi, genetivi, vocativi, et accusativi pluralis, quod declibitur sic. Numeri singularis, naqualiscumque, qualiscumque, qualicumque, qualemcumque, qualiscumque, a qualicumque et qualecumque. (1) Numeri pluralis, qua-

(1) Cod. *a qualiscumque.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

lescumque, qualiumcumque, qualibuscumque, qualescumque et qualiscumque, qualescumque, a qualibuscumque. Generis neutri, numeri singularis, qualecumque, qualiscumque, qualicumque, qualecumque, qualecumque, a qualicumque et a qualecumque. (1) Numeri pluralis, qualiacumque, qualiumcumque, qualibuscumque, qualiacumque, qualiacumque, a qualibuscumque.

Talis pronomen infinitum, generis communis, figurae simplicis, numeri singularis, casus nominativi, genetivi, et accusativi pluralis, et declinabitur per singula genera, salva specie sua, ad exemplum qualis.

Quantus pronomen infinitum, generis masculini, figurae simplicis, numeri singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, quantus, quanti, quanto, quantum, quante, a quanto. Numeri pluralis, quanti, quantorum, quantis, quantos, quanti, a quantis. Generis feminini, numeri singularis, quanta, quantae, quantae, quantam, quanta, a quanta. Numeri pluralis, quantae, quantarum, quantis, quantas, quantae, a quantis. Generis neutri, numeri singularis, quantum, quanti, quanto, quantum, quantum, a quanto. Numeri pluralis, quanta, quantorum, quantis, quanta, quanta, a quantis.

Quantuscumque pronomen infinitum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, quantuscumque, quanticumque, quantocumque, quantumcumque, quantecumque, a quantocumque. Numeri pluralis, quanticumque, quantorumcumque, quantiscumque, quantoscumque, quanticumque, a quantiscumque. Generis feminini, numeri singularis, quantacumque, quantaecumque, quantaecumque, quantamcumque, quantacumque, a quantacumque. Numeri pluralis, quantaecumque, quantarumcumque, quantiscumque, quantascumque, quantaecumque, a quantiscumque. Generis neutri, numeri singularis, quantumcumque, quanticumque, quantocumque, quantumcumque, quantumcumque, a quantocumque. Numeri pluralis, quantacumque, quantorumcumque, quantiscumque, quantacumque, quantacumque, a quantiscumque.

Tantus pronomen infinitum, generis masculini, figurae simplicis, numeri singularis, casus nominativi, et declinabitur per singula genera, salva specie sua, ad exemplum quanti.

(1) Cod. *a qualiscumque.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Quotuscumque pronomen infinitum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi, et declinatur per singula genera, salva specie sua, ad exemplum quantuscumque.

Totus pronomen infinitum, generis masculini, figurae simplicis, numeri singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, totus, totius, toti, totum, totus, a toto. Numeri pluralis, toti, totorum, totis, totos, toti, a totis. Generis feminini, numeri singularis, tota, totius, toti, totam, tota, a tota. Numeri pluralis, totae, totarum, totis, totas, totae, a totis. Generis neutri, numeri singularis, totum, totius, toti, totum, totum, a toto. Numeri pluralis, tota, totorum, totis, tota, tota, a totis.

II. DE POSSESSIVA.

Possessiva forma quinque haec pronomina continet tantum: meus, tuus, suus, noster, vester. Nunc eorum singulorum genera cum declinatione subicimus.

Meus pronomen possessivum, generis masculini, figurae simplicis, casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, meus, mei, meo, meum, meus, a meo. Numeri pluralis, mei, meorum, meis, meos, mei, a meis. Generis feminini, numeri singularis, mea, meae, meae, meam, mea, a mea. Numeri pluralis, meae, mearum, meis, meas, meae, a meis. Generis neutri, numeri singularis, meum, mei, meo, meum, meum, a meo. Numeri pluralis, mea, meorum, meis, mea, mea, a meis.

Tuus pronomen possessivum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, tuus, tui, tuo, tuum, tuus, a tuo. Numeri pluralis, tui, tuorum, tuis, tuos, tui, a tuis. Generis feminini, numeri singularis, tua, tuae, tuae, tuam, tua, a tua. Numeri pluralis, tuae, tuarum, tuis, tuae, tuae, a tuis. Generis neutri, numeri singularis, tuum, tui, tuo, tuum, tuum, a tuo. Numeri pluralis, tua, tuorum, tuis, tua, tua, a tuis.

Suus pronomen possessivum, generis masculini, figurae simplicis, numeri singularis, casus nominativi, et declinabitur per singula genera, salva specie sua, ad exemplum tui.

Noster pronomen possessivum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi et vocativi, quod declinabitur sic. Numeri singularis, noster, nostri, nostro, nostrum, noster, a nostro. Numeri pluralis, nostri, nostrorum, nostris,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nostros, nostri, a nostris. Generis feminini, numeri singularis, nostra, nostrae, nostrae, nostram, nostra, a nostra. Numeri pluralis, nostrae, nostrarum, nostris, nostras, nostra, a nostris. Generis neutri, numeri singularis, nostrum, nostri, nostro, nostrum, nostrum, a nostro. Numeri pluralis, nostra, nostrorum, nostris, nostra, nostra, a nostris.

Vester pronomen possessivum, generis masculini, figurae compositae, numeri singularis, casus nominativi, et declinatur per singula genera, omissis vocativis, salva specie sua, ad exemplum nostri.

Sane hoc monemus, quod si ·que· coniunctio sola pronominibus iungitur, sonus non numerus pronominum augeri pronuntiatur: et ideo, ut supra docuimus, sunt omnia pronomina numero triginta tria tantum. Nunc etiam hoc monemus, quod Plinius Secundus pronomina possessiva et per quandam mixturam sic putavit esse declinanda, id est intrinsecus et extrinsecus, sed hoc supervacue cunctis artis |latoribus visum est disputari, quandoquidem eadem mixtura non habeat rationem ad quam causam proficiat.

Nunc et eiusdem mixturae declinationem subicimus. Generis masculini, personae primae, numeri singularis, meus, mei, meo, meum, meus, a meo. Numeri pluralis, nostri, nostrorum, nostris, nostros, nostri, a nostris. Generis feminini, personae primae, numeri singularis, mea, meae, meae, meam, mea, a mea. Numeri pluralis, nostrae, nostrarum, nostris, nostras, nostrae, a nostris. Generis neutri, personae primae, numeri singularis, meum, mei, meo, meum, meum, a meo. Numeri pluralis, nostra, nostrorum, nostris, nostra, nostra, a nostris. Generis masculini, personae secundae, numeri singularis, tuus, tui, tuo, tuum, tuus, a tuo. Numeri pluralis, vestri, vestrorum, vestris, vestros, vestri, a vestris. Generis feminini, personae secundae, numeri singularis, tua, tuae, tuae, tuam, tua, a tua. Numeri pluralis, vestrae, vestrarum, vestris, vestras, vestrae, a vestris. Generis neutri, personae secundae, numeri singularis, tuum, tui, tuo, tuum, tuum, a tuo. Numemeri pluralis, vestra, vestrorum, vestris, vestra, vestra, a vestris. Generis masculini, personae tertiae, numeri singularis, suus, sui, suo, suum, suus, a suo. Numeri pluralis, sui, suorum, suis, suos, sui, a suis. Generis feminini, personae tertiae, numeri singularis, sua, suae, suae, suam, sua, a sua.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Numeri pluralis, suae, suarum, suis, suas, suae, a suis. Generis neutri, personae tertiae, numeri singularis, suum, sui, suo, suum, suum, a suo. Numeri pluralis, sua, suorum, suis, sua, sua, a suis.

Generis masculini, personae primae, intrinsecus singulare, et extrinsecus plurale, mei, meorum, meis, meos, mei, a meis. Generis femmini, personae primae, intrinsecus singulare, et extrinsecus plurale, meae, mearum, meis, meas, meae, a meis. Generis neutri, personae primae, intrinsecus singulare, et extrinsecus plurale, mea, meorum, meis, mea, mea, mea, a meis. Generis masculini, personae secundae, intrinsecus singulare, et extrinsecus plurale, tui, tuorum, tuis, tuos, tui, a tuis. Generis feminini, personae secundae, intrinsecus singulare, et extrinsecus plurale, tuae, tuarum, tuis, tuas, tuae, a tuis. Generis neutri, personae secundae, intrinsecus singulare, et extrinsecus plurale, tua, tuorum, tuis, tua, tua, a tuis. Generis masculini, personae tertiae, intrinsecus singulare, et extrinsecus plurale, sui, suorum, suis, suos, sui, a suis. Generis feminini, persosonae tertiae, intrinsecus singulare, et extrinsecus plurale, suae, suarum, suis, suas, suae, a suis. Generis neutri, personae tertiae, intrinsecus singulare, et extrinsecus plurale, sua, suorum, suis, sua, sua, a suis. Generis masculini, personae primae, intrinsecus plurale, et extrinsecus singulare, noster, nostri, nostro, nostrum, noster, a nostro. Generis feminini, personae primae, intrinsecus plurale, et extrinsecus singulare, nostra, nostrae, nostrae, nostram, nostra, a nostra. Generis neutri, personae primae, intrinsecus plurale, et extrinsecus singulare, nostrum, nostri, nostro, nostrum, nostrum, a nostro. Generis masculini, personae secundae, intrinsecus plurale, et extrinsecus singulare, vester, vestri, vestro, vestrum, vester, a vestro. Generis feminini, personae secundae, intrinsecus plurale, et extrinsecus singulare, vestra, vestrae, vestram vestra, a vestra. Generis neutri, personae secundae, intrinsecus plurale, et extrinsecus singulare, vestrum, vestri, vestro, vestrum, vestrum, a vestro. Generis masculini, personae tertiae, intrinsecus plurale, et extrinsecus singulare, suus, sui, suo, suum, suus, a suo. Generis feminini, personae tertiae, intrinsecus plurale, et extrinsecus singulare, sua, suae, suae, suam, sua, a sua. Generis neutri, personae tertiae, intrinsecus plurale, et extrinsecus singulare,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

suum, sui, suo, suum, suum, a suo.

12. DE ACCENTU.

De accentu pronominum, sicuti et nominum, in accentibus conpetenter tractavimus.

De pronomine, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE PARTICIPIO.

1. Participium est pars orationis: participium autem dictum, quod partem capiat nominis, et partem verbi: recipit enim a nomine genus, et casum; a verbo qualitatem, et tempus; ab utroque numerum, figuram, et accentum. Ergo, ut diximus, participio accidunt, haec: genus, qualitas, numerus, casus, tempus, figura, accentus.

2. DE GENERE.

Genera participiis accidunt, sicuti nominibus et pronominibus, idest masculinum, femininum, neutrum, commune, omne. Sane quemadmodum per casus misceantur genera, in nomine iam satis tractavimus.

3. DE CASU.

Casnus (1) participiis accidunt ad declinandum, sicuti nominibus et pronominibus, ut puta nominativus - hic scribens -. Sic et ceteri casuus participiorum, sicuti nominum et pronominum, officium suae declinationis necesse est ut exerceant.

4. DE QUALITATE.

Qualitas participiorum est, qua intelleguntur participia ex quibus verbis oriantur: oriuntur autem participia ex omnibus octo qualitatibus verborum, scilicet quoniam octo sunt qualitates vel genera verborum, idest neutrale, activum, passivum, deponens, commune, inchoativum, frequentativum, et defectivum.

5. DE TEMPORE.

Tempora participiis accidunt tria, praesens, praeteritum, et futurum.

6. DE PRAESENTI TEMPORE.

Praesentis temporis participia

(1) Ita codex, propter longam, puto, quantitatem pluralis numeri.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nominativo casu numeri singularis, his duabus formis definiuntur tantum, id est ·ans· et ·ens·, et sunt generis omnis. Haec fiunt a septem generibus verborum, id est a neutrali sedeo, sedens; ab activo scribo, scribens; a deponenti luctor, luctans; a communi osculor, osculans; ab inchoativo aresco, arescens; a frequentativo clamito, clamitans; a defectivo fero, ferens. Sic et alia praesentis temporis participia, nominativo casu numeri singularis, a supradictis verbis in supradictas formas necesse est ut exeant. Sane hoc monemus, quod praesentis temporis participia, quae nominativo casu numeri singularis ·ans· litteris definiuntur, haec a prima coniugatione verbi tantummodo venire repperiantur. At vero quae ·ens· litteris concluduntur, haec a secunda vel ambabus tertiis coniugationibus, nec non et a defectivis verbis, venire intelleguntur.

7. DE PRAETERITO TEMPORE.

Praeteriti temporis participia, generis masculini, nominativo casu numeri singularis, his duabus formis definiuntur tantum, ·tus· et ·sus·. Haec fiunt a quattuor generibus verborum id est a passivo scribor, scriptus; rideor, risus; a communi osculor, osculatus, patior, passus: a deponenti luctor, luctatus, ingredior, ingressus; a defectivo fero, latus. Sic et alia praeteriti temporis generis masculini participia, nominativo casu numeri singularis, a supradictis verbis in supradictas formas necesse est ut exeant.

8. DE FUTURO TEMPORE.

Futuri temporis participia, generis masculini, nominativo casu numeri singularis, his duabus formis definiuntur, id est ·rus· et ·dus·. Sed haec a neutrali, activo, deponenti, communi, et defectivo verbo, in ·rus syllabam exeunt: ut puta a neutrali curro, cursurus; ab activo scribo, scripturus; a deponenti luctor, luctaturus; a communi osculor, osculaturus. A passivo autem et item communi vel defectivo in ·dus· syllabam exeunt, ut puta a passivo scribor, scribendus; a communi osculor, osculandus; a defectivo feror, ferendus. Sic et alia futuri temporis generis masculini participia, nominativo casu numeri singularis, a supradictis verbis, in supradictas formas necesse est ut exeant.

9. DE NUMERO.

Numeri participiis accidunt,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sicuti nominibus et pronominibus, singularis - scribens: pluralis - scribentes: communis - ruentes. Sic et per alia participiorum genera hi numeri in declinatione necesse est ut suum officium compleant.

10. DE FIGURA.

Figura participiis accidit, sicuti et ceteris partibus orationis, simplex, et composita. Simplex figura participiorum est ·doctus·: composita figura participiorum est ·indoctus·. Nunc composita figura quibus vel quot modis fiat, in nomine iam satis tractavimus.

11. DE ACCENTU.

De accentu participiorum, sicuti nominum vel pronominum, in accentibus conpetenter tractavimus.

12. QUAE PARTICIPIA QUIBUS PARTICIPIIS REGANTUR.

Participia praeteriti temporis et futuri, generis masculini, nominativo casu, numeri singularis, in ·s· littera terminantur, feminini ·a· littera definiuntur, neutri ·m· littera concluduntur. At vero participia praesentis temporis, nominativo casu numeri singularis, in ·s· litteram exeunt tantum, scilicet quoniam omnis generis esse repperiuntur. Nunc participia praeteriti temporis, generis masculini, quae diximus nominativo casu numeri singularis ·s· littera scilicet terminari, ex eodem nominativo casu numeri singularis eandem ·s· litteram, quam habent ultimam, in ·rus· syllabam convertunt, et futuri temporis participiorum nominativum casum numeri singularis sui ostendunt, ut puta scriptus - scripturus, caesus - caesurus, latus - laturus, osculatus - osculaturus. Item e contrario scilicet participia futuri temporis generis masculini, quae nominativo casu numeri singularis in ·rus· syllabam exeunt, eandem ·rus· syllabam in ·s· litteram convertunt, et participiorum praeteriti temporis nominativum casum numeri singularis generis sui ostendunt, ut puta risurus - risus, criminaturus - criminatus, facturus - factus.

Participia praeteriti temporis, generis feminini, ex nominativo casu numeri singularis ·a· litteram quam habent ultimam, in ·u· convertunt, et ·ra· syllabam accipiunt, unde participium futuri temporis generis sui ostendunt, ut puta, docta - doctura, dicta - dictura, lata - latura. Item e contrario scilicet participia futuri temporis, generis feminini, ex nominativo casu numeri sin-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

gularis .ra. syllabam, quam habent ultimam, omittunt, et .u. litteram sequentem in .a. convertunt, unde participium praeteriti temporis generis sui ostendunt, ut puta calcatura - calcata, risura - risa, scriptura - scripta.

Participia praeteriti temporis generis neutri, ex nominativo casu numeri singularis .m. litteram, quam habent ultimam, in .rum. syllabam commutant, et futuri temporis participiorum nominativum casum numeri singularis generis sui ostendunt, ut puta scriptum - scripturum, caesum - caesurum, latum - laturum. Item e contrario scilicet participia futuri temporis, generis neutri, quae nominativo casu numeri singularis in .rum. syllabam exeunt, eandem .rum. syllabam in .m. litteram convertunt, et participiorum praeteriti temporis nominativum casum numeri singularis generis sui ostendunt, ut puta risurum - risum, criminaturum - criminatum, laturum - latum. Quaeritur, qua de causa .moriturus., et non secundum formam suam .mortuus. faciat? hac de causa, quoniam futuri temporis participia, quae nominativo casu numeri singularis .rus. syllaba terminantur, haec praeteriti temporis participiis syllaba debent esse potiores. Nunc cum hoc participium mortuus faciat, et ideo moriturus necesse est ut faciat.

Participia praesentis temporis generis scilicet omnis ex nominativo casu numeri singularis .s. litteram, quam habent ultimam, in .dus. syllabam convertunt, et futuri temporis participiorum nominativum casum numeri singularis generis masculini ostendunt, ut puta clamans - clamandus, ferens - ferendus, criminans - criminandus. Item e contrario scilicet participia futuri temporis, generis masculini, quae nominativo casu numeri singularis in .dus. syllabam exeunt, eandem .dus. syllabam in .s. litteram convertunt, et participiorum praesentis temporis nominativum casum, numeri singularis, generis scilicet omnis, ostendunt, ut puta clamandus - clamans, tutandus - tutans, ferendus - ferens.

Participia praesentis temporis generis scilicet omnis ex nominativo casu numeri singularis .s. litteram, quam habent ultimam, in .da. syllabam convertunt, et futuri temporis participiorum nominativum casum, numeri singularis, generis feminini, ostendunt, ut puta scribens - scribenda, ferens - ferenda, osculans - osculanda. Item e contrario scilicet participia futuri temporis generis feminini, quae nominativo casu numeri

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

singularis ·da· syllaba terminantur, eandem ·da· syllabam in ·s· litteram convertunt, et participiorum praesentis temporis nominativum casum numeri singularis, generis scilicet omnis, ostendunt ut puta scribenda - scribens, ferenda - ferens, osculanda - osculans.

Participia praesentis temporis generis scilicet omnis ex nominativo casu numeri singularis ·s· ultimum in ·dum· syllabam convertunt, et futuri temporis participiorum nominativum casum numeri singularis, generis neutri, ostendunt, ut puta scribens - scribendum, ferens - ferendum, osculans - osculandum. Item e contrario scilicet participia futuri temporis, generis neutri, quae nominativo casu numeri singularis in ·dum· syllabam exeunt, eandem ·dum· syllabam in ·s· litteram convertunt, et praesentis temporis participiorum nominativum casum numeri singularis, generis scilicet omnis, ostendunt, ut puta scribendum - scribens, docendum - docens, legendum - legens.

Participia praesentis temporis tunc habent ·i· litteram in nominativo casu numeri singularis ante ultimam syllabam constitutam, quando et ipsa verba, unde oriuntur, in prima persona modi indicativi, temporis praesentis, numeri singularis, ·i· litteram habent ante ·o· ultimum constitutam, ut puta rapio - rapiens, calcio - calcians, nutrio - nutriens. Qua ratione Tullius - et obscure serpens - pronuntiavit, scilicet quoniam a ·serpo·, non a ·serpio·, hoc participium venire pronuntiavit. Item et tunc habent participia praesentis temporis in nominativo et vocativo casu numeri singularis ante ultimam syllabam ·i· litteram constitutam, quando oriuntur a verbis tertiae coniugationis productae, quae in prima persona modi indicativi, temporis praesentis, numeri singularis, ante ·o· ultimum ·e· litteram habent oppositam, ut puta redeo - rediens. Sic et cetera talia participia tunc necesse est ut habeant ante ·ens· litteras, ·i· litteram constitutam, quando ab hac verborum suprascripta descendunt disciplina.

Item quaeritur, qua de causa ·nolens· et non ·nollens· dicatur? hac de causa, quoniam tertiae correptae coniugationis verba modi indicativi ex prima persona numeri singularis ·o· ultimum in ·ens· litteras convertunt, et participii praesentis temporis nominativum casum numeri singularis ostendunt, ut puta coquo - coquens. Nunc cum et hoc participium a ·nolo· venire repperiatur, et ideo ·nolens· non ·nollens· facere pronuntiatur.

Sunt praesentis temporis participia, quae in dubium veniant,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

exinde quod et figuram nominum ostendant, ut puta amans, sapiens, et cetera talia. Sed qua ratione haec intellegi possint, quando sint nomina, et quando participia, breviter subiciamus praecepta, quibus hoc monemus, ut quando haec conparativos vel superlativos graduus, sive adverbia facere possunt, vel genetivo casui iunguntur, nomina esse intellegantur, ut puta amans - amantissimus; sapiens - sapienter, docens - doctior, alieni adpetens, fugitans litium. Sic et cetera talia, quando sint nomina, haec supradicta praecepta discernunt a participiorum figura: scilicet quoniam omnia participia neque comparativos aut superlativos graduus, sed nec adverbia facere possunt, et accusativo non genetivo casui iungi repperiuntur.

Item sunt temporis praeteriti participia, quae et nominum figuram ostendant, ut puta usus, auditus, missus, et cetera talia. Nunc qua ratione intellegi possint, quando sint nomina et quando participia, subiciemus praecepta, quibus hoc monemus, ut tunc haec intellegi debeant nomina, quando ad exemplum fluctus per casuus repperiuntur esse declinata, quoniam omnia participia praeteriti temporis necesse est ad docti formam per casuus esse pronuntianda.

Item sunt aliqua praeteriti temporis participia, quae et nominum significationem contineant, ut puta rogatus, donatus, et cetera talia. Sed haec si perpetua sint hominum vocabula, nomina sunt appellanda, sin vero ad tempus sint propriis nominibus adiecta, participia sunt pronuntianda.

Item sunt vocabula, quae putent aliqui, quod speciem parcipiorum praeteriti temporis habeant, ut puta tunicatus, galeatus, comatus, et cetera talia. Sed haec cum nec verbi partem habeant, nec aliquid participiorum capiant, utique iam nulli dubium est, quod supra suspicionem participiorum incurrant, et ideo haec nomina sunt pronuntianda.

Item sunt nomina, quae suspicionem participiorum futuri temporis, siquae in ·rus· syllabam exeunt, incurrant, ut puta hilarus, clarus, et cetera talia. Sed cum omnia participia futuri temporis, quae nominativo casu numeri singularis in ·rus· syllabam exeunt, eandem ·rus· syllabam in ·s· litteram convertant, ut praeteriti temporis participium ostendant, ut puta laturus - latus; nunc si hilarus, vel clarus ·rus· syllabam in ·s· litteram convertunt, numquidnam praeteriti temporis participium ostentant? Et ideo haec nomina, non parti-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

cipia, sunt pronuntianda.

Item sunt nomina, quae suspicionem participiorum futuri temporis, quae in ·dus· syllabam exeunt, incurrant, ut puta furibundus, moribundus, et cetera talia. Sed cum omnia participia, quae nominativo casu numeri singularis in ·dus· syllabam exeunt, eandem ·dus· syllabam in ·s· litteram convertant, ut participium praesentis temporis ostendant, ut puta ferendus - ferens; nunc si furibundus, vel moribundus ·dus· syllabam in ·s· literam convertunt, numquidnam praeteriti temporis participium ostentant? Et ideo haec et cetera talia, nomina, non participia, sunt pronuntianda. Sane hoc monemus, quod sint aliqua participia, quae cum a verbis neutralibus venire repperiantur, adtamen praeteriti temporis nec non et futuri, quod in ·dus· syllabam exit, sonos sustinere repperiantur, ut aput Sallustium - cenatos esse in castris. - Item aput Vergilium - monstrum horrendum ingens -. Nunc haec quae, vel quot sint participia, quae cum a verbis neutralibus veniant, praeteriti vel futuri temporis, quod in ·dus· syllabam exit, sonos sustineant, in sonis conpetenter tractabimus.

De participio quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE CONIUNCTIONE.

1. Coniunctio est pars orationis nectens ordinansque sententiam. Coniunctioni accidit potestas, ordo, figura.

2. DE POTESTATE.

Potestas coniunctionum in quinque species dividitur, id est copulativam, disiunctivam, expletivam, causalem, rationalem.

3. DE COPULATIVA.

Copulativae speciei coniunctiones numero sunt sex hae: *et* simp. *que* simp. *at* simp. *ac* simp. *ast* simp. *atque* simp.

4. DE DISIUNCTIVA.

Disiunctivae speciei coniunctiones sunt numero sex hae: *aut* simp. *ve* simp. *vel* simp. *ne* simp. *nec* simp. *neque* simp.

5. DE EXPLETIVA.

Expletivae speciei coniunctiones sunt numero sex hae: *quidem* simp. *equidem* simp. *quoque*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

simp. *autem* simp. *tamen* simp. *porro* simp.

6. DE CAUSALI.

Causalis speciei coniunctiones sunt numero viginti quattuor: *si* simp. *etsi* comp. *etiam* comp. *etiamsi* comp. *tametsi* comp. *si tamen* comp. *siquidem* comp. *quando* simp. *quandoquidem* comp. *quatenus* comp. *quin* simp. *sin autem* comp. *si etiam* comp. *seu* simp. *sive* comp. *nam* simp. *namque* comp. *ni* simp. *nisi si* comp. *sed* simp. *praeterea* comp.

7. DE RATIONALI.

Rationalis speciei coniunctiones sunt numero viginti tres hae: *quamobrem* comp. *praesertim* comp. *item* simp. *itemque* comp. *ita* simp. *itaque* comp. *quia* comp. *quoniam* comp. *quoniamquidem* comp. *quapropter* comp. *quamquam* comp. *quippe* simp. *adquin* comp. *alioquin* comp. *enim* simp. *etenim* comp. *enimvero* comp. *ergo* simp. *ideo* comp. *igitur* comp. *scilicet* comp. *ceterum* simp. *propterea* comp. Sane hoc monemus, quod hae tres coniunctiones id est *enim*, *etenim*, *enimvero*, et causalis speciei retineant potestatem: sed qua de causa, hae supradictae tres coniunctiones et causalium habeant potestatem, hoc in sonis tractabimus. Item sunt, qui figurate legerint *sine*, et putent coniunctionem esse rationalem; quare hoc monemus, quod *sine* numquam pro coniunctione veniat in orationem, et non necesse est eandem inter coniunctiones inmittere.

8. DE ORDINE.

Ordo coniunctionis est, quo apparent coniunctiones, quae praeponi debeant tantum, quae subiungi; quae praeponi et subiungi.

Praeponuntur coniunctiones numero octo hae tantum: *at*, *ac*, *ast*, *sive*, *seu*, *vel*, *sin*, *sin autem*. Subiunguntur coniunctiones numero quinque hae tantum: *ve*, *que*, *autem*, *enim*, *quoque*. At vero praeponuntur et subiunguntur iam ceterae coniunctiones, exceptis scilicet illis quae praeponuntur tantum, vel subiciuntur. Putant quidam, *nam* coniunctionem praeponi tantummodo oportere: qui si sonos sentiant, intellegent *nam* coniunctionem et subiunctam pondus possessionis sustinere: quo sono et Vergilius eandem subiunxit dicens - solam nam perfidus ille te colere -. Et ideo hoc monemus, quod *nam* coniunctio non tantum praeponendi, sed et subiungendi, habeat potestatem.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

9. DE FIGURA.

Figura coniunctionibus accidit, sicuti et ceteris partibus orationis, simplex et composita. Simplex figura coniunctionum est *et*, composita *etsi*. Nunc quibus vel quot modis fiat figura composita, iam in nomine satis tractavimus.

10. DE ACCENTU.

De accentu coniunctionum, sicuti et ceterarum partium orationis, in accentibus conpetenter tractavimus. Sane sunt aliquae coniunctiones, quae et aliarum partium orationis habeant significationes, et ideo subiciemus earundem rationem, qua intellegatur, quando sint coniunctiones vel quando aliis partibus orationis inveniantur respondere. Sunt autem numero novem hae. *Quae*, si post *qu* litteram ·*e*· habeat tantum, erit coniunctio, ut *que*: si vero ·*ae*·, erit pronomen, ut *quae*. *At*, si per ·*t*· litteram scribatur, erit coniunctio, ut *at*; si vero per ·*d*·, erit praepositio, ut ·*ad*· *Haud*, si sine adspiratione scribatur, et in ·*t*· litteram exeat, erit coniunctio: si vero *haud* cum adspiratione scribatur, et in ·*o*· (1) litteram exeat, erit adverbium.

11. VE.

Si parti orationis subiungatur erit coniunctio, ut apud Vergilium – pariusve lapis circumdatus auro –. Si vero ·*ve*· parti orationis praeponatur, erit interiectio vel adverbium. Sed quando sit ·*ve*· interiectio, vel quando adverbium, iam in interiectione satis tractavimus.

12. NE.

Si subiungatur, erit coniunctio, ut apud Vergilium –, mene incoepto desistere victam? – Si vero praeponatur, erit adverbium, ut apud Vergilium – ne credite Teucri quidquid id est –. Item ·*ne*· si gravem accentum habeat, erit coniunctio, ut puta – tantane vos generis tenuit fiducia vestri? – Si vero ·*ne*· acutum accentum habeat, erit adverbium, ut puta – ne credite Teucri quidquid id est –.

13. QUOQUE.

Si non (2) ablativum casum respondeat, erit coniunctio, ut

(1) Hinc etiam cognoscimus pronunciationem Latinorum diphthongi *au*. Sic legitur *Claudius* et *Clodius*, *Plautius et Plotius* etc. Nimirum ·*au*· scribebatur, ·*o*· pronunciabatur: pronunciatio autem quandoque, ut usuvenit, in scripturam transibat.

(2) Infra n. 16. cum praep. *ad*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

apud Vergilium - tu quoque litoribus nostris aeneia nutrix -. Si vero *quoque* ablativum casum respondeat, erit pronomen, ut puta - a quoque.

14. PORRO.

Si verum significat, erit coniunctio, ut puta, *porro autem*; si vero *porro* longe significat, erit adverbium, ut puta - porro hinc ad stadia mille -.

15. QUANDO.

Si quatenus significat, erit coniunctio, ut puta - quando hoc tibi placet, factum tu puta -. Si vero quando tempus significat, erit adverbium, ut puta - quando erit ista res fiat?

16. QUAMQUAM.

Si non ad accusativum respondeat, erit coniunctio, ut puta - quamquam patres conscripti -. Si vero *quamquam* ad accusativum casum respondeat, erit pronomen, ut puta - hanc quamquam -.

De coniunctione, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE INTERIECTIONE.

1. Interiectio est pars orationis ostendens animi motum per suspirationem. Vario autem motu affectum animi nostri expromimus ex interiectione: aut enim dolemus, ut puta *heu*, *hei*, *o*, *eeu*, *ve*: aut laetamur *va*: aut admiramur, ut puta *babe*, *pape*: aut bacchamur, ut puta *evhoe*. Sic et cetera, quae cum motione animi suspiranter promuntur, ad interiectionem pertinere probantur. Sane sunt interiectiones, quae et aliarum partium orationis habeant significationes, ut puta

2. HEU.

Sed *heu* si cum animi affectu proferatur, hoc est, per suspirationem, erit interiectio, ut - heu misero coniunx -! Si vero heu simpliciter proferatur, erit adverbium respondentis, ut *heu*: vel laudantis, ut *heu* bene fecisti.

3 HEI.

Si cum animi affectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut puta - hei mihi quantum mutatus ab illo Hectore! Si vero *hei* provocatione aliqua proferatur, erit adverbium exclamantis ut puta - hei mihi, pater esse disce ab

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

illis, qui vere sciunt. Tunc si simpliciter, hoc est sine adspiratione, *ei* proferatur, erit casus pronominis, ut *ei*.

4. ·VE·

Si cum animi affectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut -*ve* misero mihi-. Si vero *ve* provocatione aliqua proferatur erit adverbium exclamantis, ut - *ve* nobis -. Si autem simpliciter *ve* proferatur, erit coniunctio, ut -pariusve-.

5. ·O·

Si cum animi affectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut puta -o mihi sola et super Astyanactis imago-. Si vero ·*o*· ad accusativum casum proferatur, erit adverbium exclamantis, ut - o conditionem miseram-! Item - o bellum magnopere pertimescendum! Nam si ·o· simpliciter proferatur, erit pronomen, vel articulus vocativi casus ut - o iste -. Sed quid intersit inter pronomen et articulum, in pronomine satis tractavimus.

6. VA.

Si cum animi affectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut puta - va quemquamne hominem in animo instituere, aut parare, quod sit carius quam ipse est? - Si vero ·*va*· provocatione aliqua proferatur, erit adverbium irascentis, ut - va hominum nequissime -. Sic et ceterae aliae interiectiones ab aliis partibus orationis discernuntur, hoc est ut quoties animum per suspirationem commovere inveniuntur, tunc suae potestatis esse intellegantur.

De interiectione quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE PRAEPOSITIONE.

1. Praepositio est pars orationis Praepositiones sunt numero quinquaginta quinque: ex his tributae sunt accusativo casui numero triginta: ablativo quindecim: utrisque, id est accusativo et ablativo numero quattuor: loquellis numero sex.

2. PRAEPOSITIONES NUMERO XXX, QUAE ACCUSATIVO CASUI TRIBUTAE SUNT.

Ad domum, apud amicum, ante templum, adversum hostem, cis oceanum, citra acta, circum murum, circa patriam, contra montem, erga nos, extra vos, inter omnes, intra manuus, iuxta parietem, ob meritum, penes auctores, per servos, pro-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

pe Italiam, propter dominum, praeter inimicum, post villam, pone dorsum, secundum ius, trans flumen, supra tectum, ultra vires, usque arcum, secus municipium, circiter annos. Sic et aliis nominibus vel pronominibus, vel participiis, seu numeri singularis sive pluralis, triginta supradictae praepositiones propter integros sonos accusativis casibus necesse est ut respondeant.

3. PRAEPOSITIONES NUMERO XV. QUAE ABLATIVO CASUI TRIBUTAE SUNT.

A domo, ab amico, abs te tantum, absque nobis, cum nostris, coram conturbernale, clam patre, de cellario, e foro, ex denariis, pro fratre, prae metu, palam omnibus, sine nobis, tenus rure. Sic et in aliis nominibus, et pronominibus, vel participiis, seu numeri singularis sive pluralis, quindecim supradictae praepositiones propter integros sonos ablativis casibus necesse est ut respondeant.

4. PRAEPOSITIONES NUMERO IIII. UTRISQUE CASIBUS, ID EST ACCUSATIVO ET ABLATIVO, TRIBUTAE SUNT.

In, sub, super, subter. Nunc quaeritur, quemadmodum hae supradictae quattuor praepositiones accusativo casui, et quemadmodum ablativo casui respondeant. Quare hoc monemus, ut quando nos aliquo ire vel isse, vel ituros esse significamus, per easdem supradictas praepositiones accusativis casibus respondeamus; ut puta quo is? in villam. Quo ieras (1)? in villam. Quo iturus es? in villam. At vero quando nos alicubi esse, vel fuisse, vel futuros esse significamus, per easdem supradictas praepositiones, ablativis casibus respondeamus; ut puta ubi es? in basilica. Ubi fuisti? in basilica. Ubi futurus es? in basilica. Sic et - sub - et - super - et - subter - praepositiones in hoc et in aliis nominibus et pronominibus vel participiis, quando accusativis, et quando ablativis casibus respondere debeant, ex supradicto praecepto considerandae sunt.

Item aliud praeceptum, quo dinoscuntur supradictae praepositiones quando accusativo et quando ablativo casui respondere pronuntientur: quare hoc monemus, ut quando ·illo· intellegitur, ex supradictis praepositionibus accusativis casibus respondeamus, ut puta - illo in thermas -. At vero, quando ·illic· intellegitur, ex supradictis prae-

(1) Cod. *iteras*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

positionibus ablativo casui respondeamus, ut puta - illic in thermis -. Sic et ·sub· et - super - et - subter - praepositiones in hoc et in aliis nominibus vel pronominibus et participiis quando accusativis, et quando ablativis casibus respondere debeant, ex supradicto praecepto considerandae sunt.

Item aliud praeceptum. Dinoscuntur supradictae praepositiones quando accusativo casui respondere pronuntientur quare hoc monemus ut quando nos ex alio loco ad alium locum pervevenire significamus, accusativo casui respondeamus, ut puta secedo in forum, ascendo in forum, deambulo (1) in forum. At vero quando nos in eodem loco pati vel facere aliquid significamus, ablativo casui respondeamus, ut puta cecidi in foro, ascendit paries in foro, deambulo in foro. Sic et - sub· et - super - et - subter - praepositiones in hoc et in aliis nominibus et pronominibus vel participiis, quando ablativis quando accusativis casibus respondere debeant, ex supradicto considerandae sunt.

Item de ·in· praepositione hoc monemus, ut quando contra aliquem aliquid significamus, et ·in· praepositionem opponimus, accusativo casui respondeamus, ut puta facio laudes in amicos, vituperationem dico in inimicos, nihil dixi in vos. Sic et in aliis nominibus, vel pronominibus, et participiis, quando contra aliquos, aliquasve, vel aliqua, aliquid significamus, et ·in· praepositionem opponimus, accusativo casui respondeamus.

Item de ·in· praepositione hoc monemus, quod quando aliquid penitus efficitur, et ·in· praepositio opponitur, accusativo casui respondeamus, ut puta - figo in parietem - hoc est longius vel intrinsecus. At vero quando aliquid leviter, vel medie geritur, ablativo casui respondeamus, ut puta - plagam in pectore acceperat - utique cum significat qui adhuc vivat.

De praepositionibus utriusque casus quantum ratio poscebat, tractavimus.

5. PRAEPOSITIONES NUMERO VI. QUAE LOQUELLIS TRIBUTAE SUNT.

Con - di - dis - re - se - am., ut puta congredior vel conducens, diduco vel dividens, distraho vel discedens, refero vel reducens, secedo vel separans, ambulo vel ambulans. Sic et aliis partibus orationis hae supradictae sex praepositiones repperiuntur deservire. Sane sunt praepositiones, quae et aliarum partium orationis habeant signifi-

(1) Ita cod. Quamquam infra *deambulo in foro.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

cationes, et ideo easdem et earumdem significationes subicimus, hoc est ut dinoscantur, quando sint praepositiones, et quando aliarum partium orationis habeant significationes; ut pata, ante - significat et adverbium temporis, ut apud Vergilium, ante leves ergo pascentur in aethere cervi. Item apud Sallustium, Antonius paucis ante diebus. - Adversnm - significat et participium, ut puta adversum vulnus accepit. Circum significat et nomen loci, ubi ludi circenses aguntur. Contra significat et adverbium, ut apud Vergilium, ille ubi me contra videt. Per - significat et adverbium ut puta, perdisertus. Praeter significat et adverbium, ut apud Sallustium, praetos rerum capitalium condemnatis. Post significat et adverbium, ut apud Vergilium, post mihi non simili poena commissa luetis. Secundum - significat et nomen accusativi casus. - Cum significat et adverbium, ut apud Ciceronem, cum fasces, cum secures. Et apud Vergilium, cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam. Item cum subiecta cum pronominibus his adverbium demonstrat, ut puta mecum, tecum, nobiscum, vobiscum. Pro - significat et adverbium ut puta, pro Iuppiter! Prae - significat et adverbium, ut apud Terentium, praeut hujus rabies. Sine - significat et verbum, ut apud Terentum, sine me pervenire quo volo. Super significat et adverbium, ut apud Vergilium, et super ipsi Dardanidae infensi.

Nunc quia longum est ceteras praepositiones prosequi, et ideo hoc monemus, ut quando praepositiones ad suum usum non respondere repperiuntur, adverbia vel id quod significant appellentur. Sane hoc monemus, quod ·apud· et ·penes· praepositiones numquam aliud quam id quod sunt significare repperiantur.

Item per accentum discernuntur praepositiones ab adverbiis ut puta ·ante· si gravem accentum habeat, erit praepositio, ut apud Vergilium - Aeneae stetit ante pedes -: si vero ·ante· acutum accentum habeat, erit adverbium, ut apud Vergilium, ante et trinacria lentandus remus in unda.

·In· et ·con· praepositiones, antecedentibus ·s· vel ·i· litteris, producuntur, ut puta insolens, insertus, infelix, inferens, consonans, consertus, confusus. Sic et cetera talia.

·Ex·, et ·a· praepositiones hanc aliqui volunt habere discretionem, ut puta qui dixerit ex foro venio, ex ipso foro venire intellegatur: at vero qui dixerit - a foro venio - ex loco, qui prope forum est, venire rep-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

periatur. Sed hoc monemus, quod haec discretio supervacua esse inveniatur, siquidem et auctores isdem praepositionibus sine discretione uti repperiantur.

·In· et ·de· praepositiones duplicem significationem habere repperiuntur: modo enim augent, ut puta inridens, declamans; nunc minuunt, ut puta informis, dedecus. Sic et cetera talia.

·Con· et ·in· praepositiones sequentibus ·b· ·m· p· litteris, ·n· ultimum in ·m· litteram convertunt, ut puta combibo, commuto, compleo, imbutus, immanis, comparo. Sic et cetera talia.

·In· et ·ad· praepositiones hanc volunt aliqui habere discretionem, ut puta qui dixerit in forum eo, in ipsum forum ire intellegatur: qui vero dixerit ad forum eo, ad locum qui proximus est foro, ire repperiatur. Sed hoc monemus, quod haec discretio supervacua esse inveniatur, siquidem et auctores isdem praepositionibus sine discretione uti repperiantur.

·Ex· et ·ab· praepositiones, ut quidam volunt, si vocales loco suo positas secuntur, integre proferantur, ut puta – ex illo – ab ipso. Si vero consonantes vel vocales loco consonantis positas eaedem praepositiones sequantur, eaedem praepositiones conrumpantur, ut puta – a loco – a Iunone. Nunc hoc monemus, quod etiam hoc praeceptum supervacue institutum esse inveniatur, siquidem et auctores isdem praepositionibus sine aliqua discretione utantur, ut puta apud Sallustium, nam tum Brutus ab Roma aberat. Sic et cetera talia.

Praepositiones, ut quibusdam placet, civitatibus addi non debent, ut puta Romam eo, Carthaginem ivi. Nunc etiam hoc monemus quod hoc praeceptum supervacue institutum esse inveniatur, siquidem auctores et civitatibus praepositiones addere repperiantur, ut apud Sallustium, Marius ad Thalam profectus. Item nam tum Brutus ab Roma aberat.

De Praepositione, quantum ratio poscebat, tractavimus.

DE ADVERBIO.

1. Adverbium est pars orationis. Adverbia tribus modis intelleguntur: uno, quando ab aliis veniunt, hoc est quando ex aliis partibus orationis originem trahunt: alio, quando non ab aliis partibus orationis veniunt, sed per se tantum intellegi repperiuntur: tertio, quando similia no-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

minibus inveniuntur. Adverbia quae ab aliis veniunt, ex his tribus partibus orationis tantum originem trahere repperiuntur, id est nomine, pronomine, verbo. Nunc easdem partes singillatim tractabimus.

2. DE NOMINE.

Quaecumque nomina appellativa adverbia ex se facere possunt, haec dativo casu numeri singularis tribus his formis definiuntantum ·o· ·i· ·am· Nunc earumrundem singularum formarum rationem subicimus, qua dinoscantur, quemadmodum ex se adverbia facere possunt.

3. DE ·O·

Quaecumque nomina scilicet appellativa cuiuslibet gradus dativo casu ·o· littera terminantur, haec si adverbia ex se facere possunt, eandem ·o· litteram in ·e· convertunt et adverbia sua ostendunt, ut puta huic docto docte, huic doctissimo doctissime, huic tenero tenere. Sic et alia nomina scilicet appellativa, quae dativo casu ·o· littera terminantur, et adverbia facere possunt, talia adverbia ex se facere pronuntiantur. Sane hoc monemus, quod in hac suprascripta forma sint aliqua undecim nomina, quae ex supradicto casu supradictam litteram et in ·i· convertant, et ·ter· syllabam accipiant, et sic adverbia faciant, ut puta huic duro duriter. Item hoc monemus, quod in hac supradicta forma sint aliqua quattuor nomina, quae ex supradicto casu supradictam litteram et in ·i· convertant et ·tus· syllabam accipiant, et sic adverbia faciant, ut puta huic divino divinitus. Sed haec quae sint nomina, quae ex utrisque formis sic adverbia faciant, in sonis conpetenter docebimus.

4. DE ·I·

Quaecumque nomina scilicet appellativa positivi gradus dativo casu ·i· littera terminantur, et adverbia ex se facere possunt, haec si nominativo casu numeri scilicet singularis non his tribus formis, id est ·ans· ens· ers·, sed aliis quibuslibet definiuntur, in eodem dativo casu numeri scili- singularis ·ter· syllabam accipiunt, et adverbia sua ostendunt, ut puta huic gracili graciliter. Sic et alia nomina scilicet appellativa positivi gradus, quae dativo casu ·i· littera terminantur et nominativo casu numeri scilicet singularis non isdem suprascriptis tribus formis definiuntur, et adverbia facere possunt, talia adverbia ex se facere pronuntiantiantur. Sane hoc monemus, quod in hac suprascripta forma sint aliqua nomina, quae ex supradicto casu supradictam litteram et in ·e· convertant, et sic adverbia faciant, ut puta huic facili faci-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

le, Sed hae quae sint nomina, quae ex utraque forma sic adverbia faciant, in sonis conpetenter docebimus. At vero quaecumque nomina scilicet appellativa nominativo casu numeri scilicet singularis his tribus suprascriptis formis definiuntur, id est ·ans· ers· ens·, et adverbia facere possunt, haec dativo casu numeri singularis ultimam syllabam amittunt, et ·ter· syllabam accipiunt, et adverbia sua ostendunt, ut puta amans, amanti, amanter; sapiens, sapienti, sapienter; iners, inerti, inerter. Sic et alia nomina scilicet appellativa, quae nominativo casu suprascriptis tribus formis definiuntur, et adverbia facere possunt, talia adverbia ex se facere pronuntiantur.

Quaecumque autem nomina comparativi gradus adverbia ex se facere possunt, haec ex dativo casu numeri scilicet singularis ·ori· litteras ultimas omittunt, et ·us· litteras accipiunt, et adverbia sua ostendunt, ut puta, huic faciliori, facilius· Sic et alia nomina comparativi gradus, quae adverbia ex se facere possunt, ex dativo casu numeri scilicet singularis suprascriptas litteras omittunt, et suprascriptas litteras accipiunt, et adverbia sua ostendunt.

5. DE ·AM·

Quaecumque nomina nominativo casu ·am· litteris definiuntur, haec easdem litteras in ·t· convertunt, et ·ter· syllabam accipiunt, et adverbia sua ostendunt, ut puta nequam, nequiter. Nunc etiam hoc monemus, quod hoc unum nomen esse repperiatur, quod in nominativo casu ·am· litteris definiatur.

Sunt nomina quae, eiusmodi ex se faciant adverbia, ut puta caelum caelitus, radix radicitus, fundus funditus, et cetera talia. Sed haec quae sint nomina, quae sic ex se adverbia faciant, in sonis conpetenter ostendemus.

Sunt nomina propria appellativa, quae eiusmodi ex se adverbia faciant, ut puta dies diu, nox noctu, et cetera talia. Sed haec quae sint nomina, quae sic ex se adverbia faciant, in sonis conpetenter tractabimus.

Sunt nomina, quae eiusmodi ex se adverbia faciant, ut puta pars partim, et cetera talia. Sed haec quae sint nomina, quae sic ex se adverbia faciant, in sonis conpetenter tractabimus.

Sunt nomina, quae ablativo casu ·o· littera terminantur, et eandem ·o· litteram in ·i· convertunt, et adverbia pronuntiantur, ut puta a domo domi, et cetera. Sed haec quae sint nomina, quae sic ex se adverbia faciant, in sonis conpetenter tractabimus.

Sunt nomina, quae ablativo ca-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

su ·a· littera terminantur, et in ablativo casu ·e· litteram accipiunt, et adverbialiter pronuntiantur, ut puta ab Roma Romae, et cetera talia. Sed haec quae sint nomina, quae sic ex se adverbia faciant, in sonis conpetenter tractavimus.

6. DE PRONOMINE.

Ex his pronominibus sedecim tantum Varro adverbia eiusmodi secundum sonorum rationem fieri demonstravit: ille, illic, illinc, illuc, illo; iste, istic, istinc, istuc; hic, hic, hinc, huc; idem, ibidem; qui, quo; quicque, quoque; quicumque, quocumque; quidam, quondam; quispiam, uspiam; aliquis, aliquo alicubi; qualis qualiter; meus meatim, et significat more meo; tuus, tuatim, et significat more tuo; suus, suatim, et significat more suo noster, nostratim, et significat more nostro; vester, vestratim, et significat more vestro: ex quibus pronominibus tantum quemadmodum adverbia fiant, sicuti Varro docuit, demonstravimus.

7. DE VERBO.

Ex verbis eiusmodi adverbia fieri repperiuntur, ut puta tango tactim. Sic et alia adverbia ex verbis venire repperiuntur. Sed haec quae sint verba, quae sic ex se adverbia faciant, in sonis conpetenter tractabimus. Nunc quoniam quemadmodum ab aliis veniant adverbia demonstravimus, et ideo iam et quemadmodum ex se fiant, doceamus.

8. DE ADVERBIIS QUAE EX SE FIUNT.

Ex se fiunt adverbia quotiens originem scilicet alterius partis orationis habere non repperiuntur, ut puta rursum, deorsum, pedetentim, paenitus, unde, illico, mox, et cetera talia, quorum quoniam longum est percurrere vocabula, et ideo hoc praecipimus ut quaecumque pars orationis neque per casus, neque per modos declinari potest, sed nec ad praepositiones vel coniunctiones sive interiectiones pertinet, adverbium remaneat necesse est.

Sunt adverbia, quae et aliarum partium orationis habeant significationem, ut puta quo, quoque, magne, doctius, quantum, cito, et cetera talia: et ideo hoc monemus, quod tunc haec pronuntiantur adverbia, quando neque ad casum suum, neque ad genus, neque cum praepositione proferuntur, ut puta quo is, tu quoque ieris, magne dixit, doctius pronuntiavit, quantum temporis, cito venit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Sic cetera talia, quae ut diximus neque ad casum suum, neque ad genus, neque cum praepositione proferuntur, adverbia pronuntianda sunt. At vero quando haec suprascripta vocabula ad casum suum vel ad genus sive cum praepositione proferuntur, id quod significant appellanda sunt, ut puta de quo, a quoque, magne Mars, doctius officium, quantum virum, cito venito. Sic et cetera talia, quae ut diximus ad casum suum vel genus sive cum praepositione proferuntur, id quod significant appellanda sunt. Adverbiis accidit comparatio, figura, tempus, significatio.

9. DE COMPARATIONE.

Comparatio adverbiis per graduus conlationum accidit, sicuti et nominibus. Graduus adverbiorum sunt tres, sicuti et nominum, positivus qui et absolutus, comparativus, superlativus.

De positivo. Positivus sive absolutus gradus adverbiorum duabus his formis definitur tantum ·e· ·ter·, ut puta docte, prudenter, et cetera talia.

De comparativo. Comparativus gradus adverbiorum una hac forma definitur tantum ·ius·, ut puta doctius, et cetera talia.

De superlativo. Superlativus gradus adverbiorum una hac forma definitur tantum ·me·, ut puta doctissime, et cetera talia. Sane comparatio illis adverbiis accidit quae a nominibus veniunt scilicet appellativis: et tunc haec adverbia comparativos vel superlativos graduus recipiunt, quando et ipsa nomina, unde oriuntur, comparativos vel superlativos graduus recipere possunt. Scilicet quoniam, sicuti in comparatione nominum docuimus, non omnia nomina scilicet appellativa comparativos graduus recipere possunt: et ideo hoc monemus, ut quos graduus ipsa nomina recipere possunt, eosdem et eorundem adverbia facere cogantur.

10. DE FIGURA.

Figura adverbiis accidit, sicuti et ceteris partibus orationis, hoc est simplex et composita. Simplex figura adverbiorum est, pie; composita, impie. Sed composita figura quibus vel quot modis fiat, iam in nominibus satis tractavimus.

11. DE TEMPORE.

Tempora adverbiis accidunt tria, praesens, hodie; praeteritum, heri; futurum, cras; et cetera talia.

12. DE SIGNIFICATIONE.

Significationes adverbiis cius-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

modi accidere repperiuntur, ut puta temporis, ut hodie; loci, ut hic; numeri, ut semel; negantis, ut non; adnuentis, ut sane; demonstrantis, ut en; hortantis, ut eia; optantis, ut utinam; ordinis, ut deinde; exclamantis, ut pro Iuppiter; interrogantis, ut cur; similitudinis, ut quasi; irascentis, ut vae vobis; dubitantis ut fortasse; invocantis, ut heus; respondentis, ut heu; prohibentis, ut ne; communicantis, ut simul; separantis, ut seorsum; comparantis, ut magis; eventi, ut forte; qualitatis, ut bene; quantitatis, ut nimie; personalis, ut mecum; iurantis, ut mehercule. Sic et alia adverbia secundum intellectum suum suas significationes demonstrant.

Sunt adverbia, quae cum unum significent, duplici vel eo amplius modo efferantur, ut puta num et nunc, tum et tunc, ut et uti, sicut et sicuti, quo et aliquo, ubi et alicubi, ibi et ibidem, hic et istic, hinc et istinc, illic et illinc, illo et illuc, rursus et rursum, prorsus et prorsum, forte et fortasse et fortassis et forsitan. Sic sunt alia adverbia, quae duplici vel eo amplius modo repperiuntur pronuntiari. Sunt aliqua adverbia, quae sibi respondere repperiuntur, tum, num: ut puta, tum decuit cum sceptra dabas - num te fata impia tangunt. Tum tum inchoatum est. Num num perfectum est. Tunc, nunc; ut puta tunc fecisti - nunc patere. Quam, tam; ut puta quam tu, tam ille. Sic sunt et aliqua adverbia quae sibi respondere repperiantur. Sed haec quae vel quot sint, in sonis conpetenter tractabimus.

Adverbia quantitatis, quae plus minusve scilicet significant, haec genetivo casui respondere repperiuntur, ut puta multum vini bibi, infinitum carnis accepi, satis rei habeo. Sic et cetera alia adverbia quantitatis genetivo casui respondere repperiuntur.

Adverbia localia quattuor modis figurantur; per locum, ut hac iter elysium nobis. In locum, ut huc ades o formose puer. In loco ut hic et Narycii posuerunt moenia Locri. E loco, ut hinc me digressum vestris Deus appulit oris.

Adverbiis praepositiones putant aliqui omnino addi non oportere, cum interdum propter sonos iungi necesse est, ut apud Terentium - interea mulier quaedam ab hinc triennium ex Andro commigravit. - Et apud Vergilium - siculo prospexit ab usque Pachino Sic et ceteris adverbiis secundum certos sonos praepositiones addi repperiuntur.

Omnia adverbia, quae ab appellationibus descendunt, et e-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

littera terminantur, producto accentu pronuntiantur, ut puta prime, et cetera talia. Sane haec tria corripiuntur, bene, male, magne; et ideo haec corripinnpiuntur, quoniam anomala esse repperiuntur. Sunt adverbia, quae similia nominibus inveniuntur, ut puta falso, magno, et cetera talia.

Nominibus locorum adverbialiter positis praepositio adici prohibetur, ut puta Romae fui, Cirtae audivi, Uticae mortuus (1) est, domi sum. Sic et ceteris nominibus locorum adverbialiter positis praepositio adici non debet.

Quaeritur, quando ·foras· et quando ·foris·, et quando ·intro· et quando ·intus· significemus· Quare hoc observandum monemus, sicuti et in praepositionibus utriusque casus praecepimus, ut quando nos aliquo ire vel isse vel ituros esse significamus, foras vel intro respondeamus, ut puta quo is? foras vel intro: quo ieras? foras vel intro: quo iturus sum? foras vel intro. At vero quando nos alicubi esse vel fuisse, vel futuros esse significamus, foris vel intus respondeamus; ut puta ubi es? foris vel intus· Ubi fuisti? foris vel intus. Ubi futurus eris? foris vel intus. Item et aliud praeceptum, ut quando illo significamus, foras vel intro respondeamus, ut puta illo est foras vel intro· At vero quando illic significamus, foris vel intus respondeamus, ut puta illic est foris vel intus.

De adverbio, quantum ratio poscebat, satis tractavimus.

DE VERBO.

1. Verbum est pars orationis. Verbo accidunt tempus, modus, numerus, persona, genus sive qualitas, coniugatio, figura, species, accentus.

2. DE TEMPORE.

Tempora verborum sunt tria: praesens quod est et instans, praeteritum, futurum· Nunc haec quemadmodum verbis deserviant, in declinatione probantur.

3. DE MODO.

Modi verborum sunt octo: indicativus qui et pronuntiativus; promissivus, quod est et futu-

(1) Cod. prima manu *mortus*, ut in cod· Cic. de rep.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rum tempus modi indicativi; imperativus; infinitus, qui est et perpetuus; optativus, coniunctivus, inpersonalis, gerundi. Nunc hi quemadmodum verbis deserviant, in declinatione probantur.

4. DE NUMERO.

Numeri verborum sunt tres: singularis, pluralis, communis. Nunc hi quemadmodum verbis deserviant, in declinatione probantur.

5. DE PERSONA.

Personae verborum sunt tres: prima, secunda, tertia. Nunc hae quemadmodum verbis deserviant, in declinatione probantur.

6. DE GENERE SIVE QUALITATE.

Genus sive qualitas verborum octo his significationibus intellegitur, idest activa, passiva, neutrali, deponenti, communi, inchoativa, frequentativa, defectiva.

7. DE GENERE SIVE QUALITATE ACTIVA.

Generis sive qualitatis activae sunt verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·o· littera terminantur, nec non in quocumque modo et ad genus sive qualitatem passivam declinantur, ut puta probo et probor, doceo et doceor, lego et legor, rapio et rapior, nutrio et nutrior. Sic et alia verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·o· littera terminantur, nec non in quocumque modo et ad genus sive qualitatem passivam declinari possunt, activi generis vel qualitatis esse pronuntiantur.

8. DE GENERE SIVE QUALITATE PASSIVA.

Generis sive qualitatis passivae sunt verba quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·r· littera terminantur, nec non in quocumque modo et ad genus sive qualitatem activam declinantur, ut puta probor et probo, doceor et doceo, legor et lego, rapior et rapio, nutrior et nutrio. Sic et alia verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·r· littera terminantur, nec non in quocumque modo et ad genus sive qualitatem activam declinari possunt, passivi generis vel qualitatis esse pronuntiantur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

9. DE GENERE SIVE QUALITATE NEUTRALI.

Generis sive qualitatis neutralis sunt verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·o· littera terminantur, nec in aliquo modo ad genus sive qualitatem passivam declinantur, ut puta vapulo non vapulor, careo non careor, curro non curror, pario non parior, venio non venior, exeo non exeor. Sic et alia verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis in prima persona numeri singularis ·o· littera terminantur, nec in aliquo modo ad genus sive qualitatem passivam declinantur, neutri generis vel qualitatis esse pronuntiantur.

10. DE GENERE SIVE QUALITATE DEPONENTI.

Generis sive qualitatis deponentis sunt verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·r· littera terminantur, nec in aliquo modo ad genus sive qualitatem activam declinantur, ut puta recordor non recordo, confiteor non confiteo, reminiscor non reminisco, congredior non congredio, blandior non blandio. Sic et alia verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·r· littera terminantur, nec in aliquo modo ad genus sive qualitatem activam declinantur, deponentis generis vel qualitatis esse pronuntiantur.

11. DE GENERE SIVE QUALITATE COMMUNI.

Generis sive qualitatis communis sunt verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·r· littera terminantur, nec in aliquo modo ad genus sive qualitatem activam, declinantur ut puta criminor non crimino, tueor non tueo, ulciscor non ulcisco, patior non patio. Sic et alia verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·r· littera terminantur, nec in aliquo modo ad genus sive qualitatem activam declinantur, communis generis vel qualitatis esse pronuntiantur.

Sane quaeritur, qua disciplina deponens verbum a communi discernatur? Quare hoc monemus, quod hoc in sonis conpetenter tractare debeamus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

12. DE GENERE SIVE QUALITATE INCHOATIVA.

Generis sive qualitatis inchoativae sunt verba, quae a propria verbi significatione derivantur, et indicativo sive pronontiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·sco· litteris definiuntur, ut puta ab horreo horresco, a valeo valesco, a misereo miseresco. Sic et alia verba, quae a propria verbi significatione derivantur, et indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·sco· litteris definiuntur, inchoativi generis vel qualitatis verba esse pronuntiantur. At vero quaecumque verba indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·sco· litteris definiuntur, et a propriis verbis derivari non repperiuntur, haec non generis sive qualitatis inchoativae, sed sui cuiusque generis vel qualitatis sunt pronuntianda, ut puta adolesco (1), cresco, disco, nosco, esco. (2) Sic et alia verba, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·sco· litteris definiuntur, et ab aliis verbis originem trahere non repperiuntur, haec non inchoativa sed sui cuiusque generis sive qualitatis pronuntiantur. Sane hoc monemus, quod verba inchoativa species profectas, vel quae regunt species perfecte, item praeteritum tempus modi inpersonalis vel quae regit praeteritum tempus modi inpersonalis non recipiunt.

13. DE GENERE SIVE QUALITATE FREQUENTATIVA.

Generis sive qualitatis frequentativae sunt verba, quae a propria verbi significatione derivantur, et indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis non ·sco· litteris sed aliis quibuslibet definiuntur, ut puta a iacto iactito, a scribo scriptito, a curro cursito, a volo volito, a facio facesso et factito. Sic et alia verba, quae a propria verbi significatione derivantur, et indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis non ·sco· litteris, sed aliis quibuslibet definiuntur, haec frequentativa verba esse pronuntiantur.

(1) Cod. *abolesco*. (2) Ita codex.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

14. DE GENERE SIVE QUALITATE DEFECTIVA.

Generis sive qualitatis defectivae sunt verba, ut puta odi, pudet, sum, et cetera talia, quae in quocumque modo sive specie vel persona nec non in qualibet declinationis parte deficiunt, defectiva verba esse pronuntiantur.

15. DE CONIUGATIONE.

Coinugationes verborum scilicet tres sunt: prima, secunda, tertia. Has Graeci συνζυγίας appellant.

16. DE PRIMA CONIUGATIONE.

In neutralibus, activis, inchoativis, et frequentativis verbis, quae scilicet indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·o· littera definiuntur, tunc prima coniugatio esse repperitur, quando in eodem supradicto modo supradicto tempore secunda persona numeri singularis ante ultimam consonantem ·a· litteram verba habent constituta, ut puta vapulas, clamas, clamitas, et cetera talia. At vero in passivis, deponentibus, et communibus verbis tunc prima coniugatio esse pronuntiatur quando in eodem supradicto modo supradicto tempore in supradicta persona supradicti numeri ante ultimam syllabam ·a· littera verba habent oppositam, ut puta clamaris, recordaris, criminaris, et cetera talia.

17. DE SECUNDA CONIUGATIONE.

In neutralibus, activis, inchoativis, et frequentativis verbis, quae scilicet indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·o· littera definiuntur, tunc secunda coniugatio esse repperitur, quando in eodem supradicto modo supradicto tempore in secunda persona numeri singularis ante ultimam consonantem ·e· litteram verba habent constitutam, ut puta sedes, rides, et cetera talia. At vero in passivis, deponentibus et communibus verbis tunc secunda coniugatio esse pronuntiatur, quando in eodem supradicto modo supradicto tempore in supradicta persona supradicti numeri ante ultimam syllabam ·e· litteram verba habent oppositam, ut puta rideris, confiteris, tueris, et cetera talia.

18. DE TERTIA CONIUGATIONE.

In neutralibus, activis, inchoativis, et frequentativis verbis, quae scilicet indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sive instantis ex prima persona numeri singularis ·o· littera definiuntur tunc tertia coniugatio correpta esse repperitur, quando in eodem supradicto modo supradicto tempore in secunda persona numeri singularis ante ultimam consonantem ·i· litteram verba habent constitutam, et imperativo modo temporis praesentis in secunda persona numeri singularis ·e· littera terminantur, ut puta curris curre, scribis scribe, calescis calesce, et cetera talia. At vero in passivis, deponentibus, et communibus verbis, tunc tertia coniugatio correpta esse pronuntiatur, quando in eodem supradicto modo supradicto tempore in supradicta persona supradicti numeri ante ultimam syllabam ·e· litteram correptam verba habent oppositam, ut puta scriberis, congrederis, et cetera talia.

19. DE TERTIA CONIUGATIONE. PRODUCTA.

In neutralibus, activis, inchoativis, et frequentativis verbis, quae scilicet indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·o· littera definiuntur, tunc tertia coniugatio producta esse repperitur, quando in eodem supradicto modo supradicto tempore in secunda persona numeri singularis ante ultimam consonantem ·i· litteram verba habent constitutam, et imperativo modo temporis praesentis in secunda persona numeri singularis ·i· littera terminantur, ut puta venis veni, nutris nutri, et cetera talia. At vero in passivis, deponentibus, et communibus verbis, tunc tertia coniugatio producta esse pronuntiatur, quando in eodem supradicto modo supradicto tempore in supradicta persona supradicti numeri ante ultimam syllabam ·i· litteram verba habent oppositam, ut puta nutriris, sortiris, potiris, et cetera talia. Nunc etiam hoc monemus, quod primae coniugationis verba modi iudicativi temporis praesentis in prima persona numeri singularis ante ·o· ultimam tres has vocales tantum habere repperiantur oppositas ·e· ·i· ·u·, ut puta meo, lanio, aestuo. Secunda unam, id est ·e·, ut puta doceo. Tertia correpta duas ·i· ·o· ut puta, rapio, suo. Tertia producta duas, id est exeo, nutrio.

20. DE FIGURA.

Figura verbis accidit, sicuti et ceteris partibus orationis, simplex et composita. Simplex figura verborum est, ut puta lego; composita figura relego. Nunc quibus figura composita vel quot

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

modis fiat, in nomine iam satis tractavimus.

21. DE SPECIE.

Species verborum sunt tres: inperfecta, quae est et minus quam perfecta sive inchoativa; perfecta, quae est et absoluta; plusquam perfecta, quae est et recordativa sive exacta. Nunc hae species quemadmodum verbis deserviant et a quo tempore fiant, in declinatione probatur.

22. DE ACCENTU.

De accentu verborum, sicuti et ceterarum partium orationis, in sonis conpetenter tractabimus.

23. DECLINATIO PRIMAE CONIUGATIONIS ACTIVAE.

Probo, verbum activum indicativo modo dicti temporis praesentis sive instantis numeri singularis figurae simplicis personae primae, coniugationis primae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo, temporis praesentis. Numeri singularis, probo, probas, probat. Numeri pluralis, probamus, probatis, probant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta, aut inchoativa. Numeri singularis, probabam, probabas, probabat. Numeri pluralis, probabamus, probabatis, probabant. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularsi, probavi non probai, probasti non probabisti, probavit non probabit. Numeri pluralis, probavimus non probaimus, probavistis et probastis, probaverunt et probarunt, et probavere. Eodem modo, eodem tempore, specie plusquam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, probaveram et probaram, probaveras et probaras, probaverat et probarat. Numeri pluralis, probaveramus et probaramus, probaveratis et probaratis, probaverant et probarant. Eodem modo, tempore futuro, sive promissivo modo. Numeri singularis, probabo, probabis, probabit. Numeri pluralis, probabimus, probabitis, probabunt. Modo imperativo, tempore praesenti, sive instanti ad secundam et ad tertiam personam tantum. Numeri singularis, proba, probet. Numeri pluralis, probate, probent. Eodem modo, tempore futuro. *Numeri singularis*, probato, probato. *Numeri pluralis*, probatote, probanto. (1) Modo infinitivo sive perpetuo, numeris et personis confusis, tempo-

(1) Cod. *probunto*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

re praesenti sive instanti, probare; tempore praeterito probasse et probavisse; tempore futuro, probatum ire.

Modo optativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, utinam probem, utinam probes, utinam probet. Numeri pluralis, utinam probemus, utinam probetis, utinam probent. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, utinam probarem, utinam probares, utinam probaret. Numeri pluralis, utinam probaremus, utinam probaretis, utinam probarent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam probaverim et probarim, utinam probaveris et probaris, utinam probaverit et probarit. Numeri pluralis, utinam probaverimus et probarimus, utinam probaveritis et probaritis, utinam probaverint et probarint. Eodem modo, eodem tempore, specie plusquam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam probavissem et probassem, utinam probavisse et probasses, utinam probavisset et probasset. Numeri pluralis, utinam probavissemus et probassemus, utinam probavissetis et probassetis, utinam probavissent et probassent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam probem, utinam probes, utinam probet. Numeri pluralis, utinam probemus, utinam probetis, utinam probent.

Modo coniunctivo sive iunctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, cum vel si probem, cum vel si probes, cum vel si probet. Numeri pluralis, cum vel si probemus, cum vel si probetis, cum vel si probent. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, cum vel si probarem, cum vel si probares, cum vel si probaret. Numeri pluralis, cum vel si probaremus, cum vel si probaretis, cum vel si probarent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si probaverim et probarim, cum vel si probaveris et probaris, cum vel si probaverit et probarit. Numeri pluralis, cum vel si probaverimus et probarimus, cum vel si probaveritis et probaritis, cum vel si probaverint et probarint.

Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si probavissem et probassem, cum vel si probavisses et probasses, cum vel si probavisset et probasset. Numeri pluralis, cum vel si probavissemus et probassemns, cum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

vel si probavissetis et probassetis, cum vel si probavissent et probassent. Eodem modo, eodem tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si probavero et probaro, cum vel si probaveris et probaris, cum vel si probaverit et probarit. Numeri pluralis, cum vel si probaverimus et probarimus, cum vel si probaveritis et probaritis, cum vel si probaverint et probarint.

Modo inpersonali, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, probatur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa, probabatur, Eodem modo, eodem tempore specie perfecta sive absoluta, probatum est; et ulteriore perfecta sive absoluta, probatum fuit. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta, probatum fuerat. Eodem modo tempore futuro, probabitur. Gerundi sunt haec: probandi, probando, probandum, probatum. Tempora participiorum trahuntur a verbo activo duo, praesens probans, futurum probaturus. Nomen ab hoc verbo activo fit probator, appellatio probatio.

24. DECLINATIO PASSIVA PRIMAE CONIUGATIONIS.

PROBOR, verbum passivum indicativo sive pronuntiativo modo dictum, temporis praesentis sive instantis, numeri singularis, figurae compositae, personae primae, coniugationis primae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo sive pronuntiativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, probor, probaris, probatur. Numeri pluralis, probamur, probamini, probantur. Eodem modo tempore praeterito, specie inperfecta, sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, probabar, probabaris, probabatur. Numeri pluralis, probabamur, probabamini, probabantur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, probatus sum, probatus es, probatus est. Numeri pluralis, probati sumus, probati estis, probati sunt. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis, probatus fui, probatus fuisti, probatus fuit. Numeri pluralis, probati fuimus, probati fuistis, probati fuerunt vel fuere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, probatus eram, probatus eras, probatus erat. Numeri pluralis, probati eramus, probati eratis, probati erant. Et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Nu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

meri singularis, probatus fueram, probatus fueras, probatus fuerat Numeri pluralis, probati fueramus, probati fueratis, probati fuerant.

Eodem modo, tempore futuro sive permissivo modo. Numeri singularis, probabor, probaberis, probabitur. Numeri pluralis, probabimur, probabimini, probabuntur. Modo imperativo, tempore praesenti, ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis, probare, probetur. Numeri pluralis, probamini, probentur. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, probator, probetur. Numeri pluralis, probaminor, probentur. Modo infinito sive perpetuo, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, probari; tempore praeterito, probatum esse vel fuisse; tempore futuro, probatum iri.

Modo optativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, utinam prober, utinam proberis, utinam probetur. Numeri pluralis, utinam probemur, utinam probemini, utinam probentur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, utinam probarer, utinam probareris, utinam probaretur. Numeri pluralis, utinam probaremur, utinam probaremini, utinam probarentur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam probatus sim, utinam probatus sis, utinam probatus sit. Numeri pluralis, utinam probati simus, utinam probati sitis, utinam probati sint. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam probatus fuerim, utinam probatus fueris, utinam probatus fuerit. Numeri pluralis, utinam probati fuerimus, utinam probati fueritis, utinam probati fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam probatus essem, utinam probatus esses, utinam probatus esset. Numeri pluralis, utinam probati essemus, utinam probati essetis, utinam probati essent. Et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam probatus fuissem, utinam probatus fuisses, utinam probatus fuisset. Numeri pluralis, utinam probati fuissemus, utinam probati fuissetis, utinam probati fuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam prober, utinam proberis, utinam probetur. Numeri pluralis, utinam probemur, utinam probemini, utinam probentur.

Modo coniunctivo sive iun-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, cum vel si prober, cum vel si proberis, cum vel si probetur. Numeri pluralis, cum vel si probemur, cum vel si probemini, cum vel si probentur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, cum vel si probarer, cum vel si probareris, cum vel si probaretur. Numeri pluralis, cum vel si probaremur, cum vel si probaremini, cum vel si probarentur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si probatus sim, cum vel si probatus sis, cum vel si probatus sit. Numeri pluralis, cum vel si probati simus, cum vel si probati sitis, cum vel si probati sint. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si probatus fuerim, cum vel si probatus fueris, cum vel si probatus fuerit. Numeri pluralis, cum vel si probati fuerimus, cum vel si probati fueritis, cum vel si probati fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si probatus essem, cum vel si probatus esses, cum vel si probatus esset. Numeri pluralis, cum vel si probati essemus, cum vel si probati essetis, cum vel si probati essent. Et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si probatus fuissem, cum vel si probatus fuisses, cum vel si probatus fuisset. Numeri singularis, cum vel si probati fuissemus, cum vel si probati fuissetis, cum vel si probati fuissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si probatus ero, cum vel si probatus eris, cum vel si probatus erit. Numeri pluralis, cum vel si probati erimus, cum vel si probati eritis, cum vel si probati erint (1). Et ulteriore futuro. Numeri singularis, cum vel si probatus fuero, cum vel si probatus fueris, cum vel si probatus fuerit. Numeri pluralis, cum vel si probati fuerimus, cum vel si probati fueritis, cum vel si probati fuerint. Sane etiam hoc monemus, quod generis passivi, sive deponentis, vel communis, verba modum inpersonalem, vel gerundi, sive nomen, vel appellationem, ad formam generis activi, sive neutralis, vel inchoativi, nec non et frequentativi, repperiantur declinare.

Tempora participiorum trahuntur a verbo passivo duo: prae-

(1) Ita cod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

teritum, probatus; futurum, probandus - . Sane hoc monemus, quod ex prima coniugatione sint haec novem verba, id est sto, insto, resto, praesto, consto, adsto, obsto, exto, do, quae specie perfecta, propter integros sonos ad hanc formam debeant declinari, id est steti, institi, restiti, praestiti, constiti, adstiti, obstiti, extiti, dedi: sic et per ceteras res quas regunt species perfectae, ad supradictam formam supradicta verba debeant declinari. Nunc quas res species perfectae regant, vel a quibus rebus ipsae species perfectae regantur, suo in loco conpetenter tractabimus.

Item ex hac prima coniugatione sunt aliqua verba, quae specie perfecta, salva forma catholica, et ex hac forma sustineant declinari, idest secui, domui, placui, tonui, crepui, sonui, vacui; sic et cetera. Aliqua sunt verba, quae specie perfecta, salva uti supra diximus forma sua catholica, ex supradicta forma sustineant declinari. Sed haec quae vel quot sint verba, quae specie perfecta, et per ceteras res quas regunt species perfectae, et ad supradictam formam declinantur, in sonis conpententer tractabimus. Nunc etiam hoc monemus, quod ex prima coniugatione quam plurimi soni, hoc est quam plurima verba, possint exhiberi.

De prima coniugatione, quantum ratio poscebat, tractavimus.

25. DECLINATIO ACTIVA SECUNDAE DECLINATIONIS.

Doceo, verbum activum, indicativo sive pronuntiativo modo dictum, temporis praesentis sive instantis, numeri singularis, figurae compositae, personae primae, coniugationis secundae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo sive pronuntiativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, doceo, doces, docet. Numeri pluralis, docemus, docetis, docent. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, docebam, docebas, docebat. Numeri pluralis, docebamus, docebatis, docebant. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, docui, docuisti, docuit. Numeri pluralis, docuimus, docuistis, docuerunt vel docuere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, docueram, docueras, docuerat. Numeri pluralis, docueramus, docueratis, docuerant. Eodem modo tempore futuro sive promis-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sivo modo. Numeri singularis, docebo, docebis, docebit. Numeri pluralis, docebimus, docebitis, docebunt.

Modo imperativo, tempore praesenti, ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis, doce, doceat. Numeri pluralis, docete, doceant. Eodem modo tempore futuro. Numeri singularis, doceto, doceto. Numeri pluralis, docetote, doceunto (1). Mo infinito sive perpetuo, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, docere; tempore praeterito, docuisse; tempore futuro, doctum ire.

Modo optativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, utinam doceam, utinam doceas, utinam doceat. Numeri pluralis, utinam doceamus, utinam doceatis, utinam doceant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta vel inchoativa. Numeri singularis, utinam docerem, utinam doceres, utinam doceret. Numeri pluralis, utinam doceremus, utinam doceretis, utinam docerent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam docuerim, utinam docueris, utinam docuerit. Numeri pluralis, utinam docuerimus, utinam docueritis, utinam docuerint. Eodem modo, eodem tempore specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam docuissem, utinam docuisses, utinam docuisset. Numeri pluralis, utinam docuissemus, utinam docuissetis, utinam docuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam doceam, utinam doceas, utinam doceat. Numeri pluralis, utinam doceamus, utinam doceatis, utinam doceant.

Modo coniunctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, cum vel si doceam, cum vel si doceas, cum vel si doceat. Numeri pluralis, cum vel si doceamus, cum vel si doceatis, cum vel si doceant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta sive inchoativa. Numeri singularis, cum vel si docerem, cum vel si doceres, cum vel si doceret. Numeri pluralis, cum vel si doceremus, cum vel si doceretis, cum vel si docerent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si docuerim, cum vel si docueris, cum vel si docuerit. Numeri pluralis, cum vel si docuerimus, cum vel si docueritis cum vel si docuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel

(1) Ita cod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

si docuissem, cum vel si docuisses, cum vel si docuisset. Numeri pluralis, cum vel si docuissemus, cum vel si docuissetis, cum vel si docuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si docuero, cum vel si docueris, cum vel si docuerit. Numeri pluralis, cum vel si docuerimus, cum vel si docueritis, cum vel si docuerint.

Modo inpersonali, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, docetur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa, docebatur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta, doctum est; et ulteriore perfecta sive absoluta, doctum erat. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta, doctum fuit; et ulteriore plus quam perfecta vel recordativa sive exacta, doctum fuerat. Eodem modo, tempore futuro, docebitur. Gerundi sunt: docendi, docendo, docendum, doctum -. Tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo activo duo: praesens, et futurum; praesens ut docens; futurum, docturus. Nomen ab hoc verbo fit doctor; appellatio, doctrina.

26. DECLINATIO PASSIVA SECUNDAE CONIUGATIONIS.

DOCEOR, verbum passivum indicativo sive pronuntiativo modo dictum, temporis praesentis sive instantis, numeri singularis, figurae compositae, personae primae, coniugationis secundae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo sive pronuntiativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, doceor, doceris, docetur. Numeri pluralis, docemur, docemini, docentur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, docebar, docebaris, docebatur. Numeri pluralis, docebamur, docebamini, docebantur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, doctus sum, doctus es, doctus est. Numeri pluralis, docti sumus, docti estis, docti sunt. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis, doctus fui, doctus fuisti, doctus fuit. Numeri pluralis, docti fuimus, docti fuistis, docti fuerunt vel fuere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, doctus eram, doctus eras, doctus erat. Numeri pluralis, docti eramus, docti eratis, docti erant. Et ulte-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

riore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, doctus fueram, doctus fueras, doctus fuerat. Numeri pluralis, docti fueramus, docti fueratis, docti fuerant.

Eodem modo, tempore futuro, sive promissivo modo. Numeri singularis, docebor, doceberis, docebitur. Numeri pluralis, docebimur, docebimini, docebuntur. Modo imperativo, tempore praesenti sive instanti: ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis, docere, doceatur. Numeri pluralis, docemini doceantur. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, docetor, docetor. Numeri pluralis, doceminor, docebuntor. Modo infinito sive perpetuo, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, doceri. Tempore praeterito, doctum esse vel fuisse. Tempore futuro, doctum iri.

Modo optativo, tempore praesenti, sive instanti. Numeri singularis, utinam docear, utinam docearis, utinam doceatur. Numeri pluralis, utinam doceamur, utinam doceamini, utinam doceantur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, utinam docerer, utinam docereris, utinam doceretur. Numeri pluralis, utinam doceremur, utinam doceremini, utinam docerentur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam doctus sim, utinam doctus sis, utinam doctus sit. Numeri pluralis, utinam docti simus, utinam docti sitis, utinam docti sint. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam doctus fuerim, utinam doctus fueris, utinam doctus fuerit. Numeri pluralis, utinam docti fuerimus, utinam docti fueritis, utinam docti fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plusquam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam doctus essem, utinam doctus esses, utinam doctus esset. Numeri pluralis, utinam docti essemus, utinam docti essetis, utinam docti essent. Et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam doctus fuissem, utinam doctus fuisses, utinam doctus fuisset. Numeri pluralis, utinam docti fuissemus, utinam docti fuissetis, utinam docti fuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam docear, utinam docearis, utinam doceatur. Numeri pluralis, utinam doceamur, utinam doceamini, utinam doceantur.

Modo coniunctivo sive iunctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, cum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

vel si docear, cum vel si docearis, cum vel si doceatur. Numeri pluralis, cum vel si doceamur, cum vel si doceamini, cum vel si doceantur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta, sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, cum vel si docerer, cum vel si docereris, cum vel si doceretur. Numeri pluralis, cum vel si doceremur, cum vel si doceremini, cum vel si docerentur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si doctus sim, cum vel si doctus sis, cum vel si doctus sit. Numeri pluralis, cum vel si docti simus, cum vel si docti sitis, cum vel si docti sint. Et ulteriore perfecta, sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si doctus fuerim, cum vel si doctus fueris, cum vel si doctus fuerit. Numeri pluralis, cum vel si docti fuerimus, cum vel si docti fueritis, cum vel si docti fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si doctus essem, cum vel si doctus esses, cum vel si doctus esset. Numeri pluralis, cum vel si docti essemus, cum vel si docti essetis, cum vel si docti essent. Et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si doctus fuissem, cum vel si doctus fuisses, cum vel si doctus fuisset. Numeri pluralis, cum vel si docti fuissemus, cum vel si docti fuissetis, cum vel si docti fuissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si doctus ero, cum vel si doctus eris, cum vel si doctus erit. Numeri pluralis, cum vel si docti erimus, cum vel si docti eritis, cum vel si docti erint (1). Et ulteriore futuro. Numeri singularis, cum vel si doctus fuero, cum vel si doctus fueris, cum vel si doctus fuerit. Numeri pluralis, cum vel si docti fuerimus, cum vel si docti fueritis, cum vel si docti fuerint. Sane hoc monemus, quod generis passivi, sive deponentis, vel communis, verba modum inpersonalem, vel gerundi, sive nomen, vel appellationem, ad formam generis activi, vel inchoativi, nec non et frequentativi, repperiuntur declinare. Tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo passivo duo: praeteritum, doctus; futurum, docendus. Nunc etiam hoc monemus, quod ex secunda coniugatione non eo plurimi soni,

(1) Ita cod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

hoc est non eo plurima verba, possint exhiberi.

27. DECLINATIO ACTIVA TERTIAE CONIUGATIONIS CORREPTAE.

SCRIBOR, verbum activum indicativo sive pronuntiativo modo dictum, temporis praesentis sive instantis, numeri singularis, figurae simplicis, personae primae, coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo, sive pronuntiativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, scribo, scribis, scribit. Numeri pluralis, scribimus, scribitis, scribunt. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta, sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, scribebam, scribebas, scribebat. Numeri pluralis, scribebamus, scribebatis, scribebant. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, scripsi, scripsisti, scripsit. Numeri pluralis, scripsimus, scripsistis, scripserunt vel scripre. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, scripseram, scripseras, scripserat. Numeri pluralis, scripseramus, scripseratis, scripserant. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, scribam, scribes, scribet. Numeri pluralis, scribemus, scribetis, scribent.

Modo imperativo, tempore praesenti sive instanti, ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis, scribe, scribat. Numeri pluralis, scribite, scribant. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, scribito, scribito. Numeri pluralis, scribitote, scribunto. Modo infinitivo sive perpetuo, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, scribere; tempore praeterito, scripsisse; tempore futuro, scriptum iri.

Modo optativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, utinam scribam, utinam scribas, utinam scribat. Numeri pluralis, utinam scribamus, utinam scribatis, utinam scribant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta, sive minus quam perfecta, et inchoativa. Numeri singularis, utinam scriberem, utinam scriberes, utinam scriberet. Numeri pluralis, utinam scriberemus, utinam scriberetis, utinam scriberent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam scripserim, utinam scripseris, utinam scripserit. Numeri pluralis, utinam scripserimus, utinam scripseritis, utinam scripserint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta, sive

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam scripsissem utinam scripsisses, utinam scripsisset. Numeri pluralis, utinam scripsissemus, utinam scripsissetis, utinam scripsissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam scribam, utinam scribas, utinam scribat. Numeri pluralis, utinam scribamus, utinam scribatis, utinam scribant.

Modo coniunctivo sive iunctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, cum vel si scribam, cum vel si scribas, cum vel si scribat. Numeri pluralis, cum vel si scribamus, cum vel si scribatis, cum vel si scribant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta, vel inchoativa. Numeri singularis, cum vel si scriberem, cum vel si scriberes, cum vel si scriberet. Numeri pluralis, cum vel si scriberemus, cum vel si scriberetis, cum vel si scriberent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si scripserim, cum vel si scripseris, cum vel si scripserit. Numeri pluralis, cum vel si scripserimus, cum vel si scripseritis, cum vel si scripserint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si scripsissem, cum vel si scripsisses, cum vel si scripsisset. Numeri pluralis, cum vel si scripsissemus, cum vel si scripsissetis, cum vel si scripsissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si scripsero, cum vel si scripseris, cum vel si scripserit. Numeri pluralis, cum vel si scripserimus, cum vel si scripseritis, cum vel si scripserint.

Modo inpersonali, numeris et personis confusis, tempore praesenti, scribitur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta, vel inchoativa, scribebatur; et ulteriore perfecta sive absoluta, scriptum fuit. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta, scriptum; et ulteriore plusquam perfecta, sive recordativa, vel exacta scriptum fuerat. Eodem modo, tempore futuro, scribetur. Gerundi sunt haec: scribendi vel scribundi, scribendo vel scribundo, scribendum vel scribundum, scriptum. Tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo activo duo: praesens, scribens; futurum, scripturus; nomen, scriptor; appellatio, scriptura.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

28. DECLINATIO PASSIVA TERTIAE CONIUGATIONIS CORREPTAE.

SCRIBOR, verbum passivum indicativo sive pronuntiativo modo dictum, temporis praesentis sive instantis, numeri singularis, figurae simplicis, personae primae, coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo sive pronuntiativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, scribor, scriberis, scribitur. Numeri pluralis, scribimur, scribimini, scribuntur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, scribebar, scribebaris, scribebatur. Numeri pluralis, scribebamur, scribebamini, scribebantur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, scriptus sum, scriptus es, scriptus est. Numeri pluralis, scripti sumus, scripti estis, scripti sunt. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis scriptus fuit, scriptus fuisti, scriptus fuit. Numeri pluralis, scripti fuimus, scripti fuistis, scripti fuerunt vel fuere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, scriptus eram, scriptus eras, scriptus erat. Numeri pluralis, scripti eramus, scripti eratis, scripti erant. Et ulteriore plus quam perfecta vel recordativa sive exaxta. Nume- singularis, scriptus fueram, scriptus fueras, scriptus fuerat. Numeri pluralis, scripti fueramus, scripti fueratis, scripti fuerant. Eodem modo, tempore futuro sive promissivo modo. Nnmeri singularis, scribar, scriberis, scribetur. Numeri pluralis, scribemur, scribemini, scribentur.

Modo imperativo, tempore praesenti sive instanti, ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis, scribere, scribatur. Numeri pluralis, scribamini, scribantur. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, scribitor, scribitor. Numeri pluralis, scribiminor, scribuntor. Modo infinito, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, scribi. Eodem modo, tempore praeterito, scriptum esse vel fuisse. Eodem modo, tempore futuro, scriptum iri.

Modo optativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, utinam scribar, utinam scribaris, utinam scribatur. Numeri pluralis, utinam scribamur, utinam scribamini, utinam scribantur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Nume-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ri singularis, utinam scriberer, utinam scribereris, utinam scriberetur. Numeri pluralis, utinam scriberemur, utinam scriberemini, utinam scriberentur Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam scrptus sim, utinam scriptus sis, utinam scriptus sit. Numeri pluralis, utinam scripti simus, utinam scripti sitis, utinam scripti sint. Et ulteriore perfecta, sive absoluta. Numeri singularis, utinam scriptus fuerim, utinam scriptus fueris, utinam scriptus fuerit. Numeri pluralis, utinam scripti fuerimus, utinam scripti fueritis, utinam scripti fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam scriptus essem, utinam scriptus esses, utinam scriptus esset. Numeri pluralis, utinam scripti essemus, utinam scripti essetis, utinam scripti essent. Et ulteriore plusquam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam scriptus fuissem, utinam scriptus fuisses, utinam scriptus fuisset. Numeri pluralis, utinam scripti fuissemus, utinam scripti fuissetis, utinam scripti fuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam scribar, utinam scribaris, utinam scribatur. Numeri pluralis, utinam scribamur, utinam scribamini, utinam scribantur.

Modo coniunctivo sive iunctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, cum vel si scribar, cum vel si scribaris, cum vel si scribatur. Numeri pluralis, cum vel si scribamur, cum vel si scribamini, cum vel si scribantur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, cum vel si scriberer, cum vel si scribereris, cum vel si scriberetur. Numeri pluralis, cum vel si scriberemur, cum vel si scriberemini, cum vel si scriberentur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si scriptus sim, cum vel si scriptus sis, cum vel si scriptus sit. Numeri pluralis, cum vel si scripti simus, cum vel si scripti sitis, cum vel si scripti sint. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si scriptus fuerim, cum vel si scriptus fueris, cum vel si scriptus fuerit. Numeri pluralis, cum vel si scripti fuerimus, cum vel si scripti fueritis, cum vel si scripti fuerint.

Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa, vel exacta. Numeri singularis, cum vel si scriptus essem, cum vel si scriptus

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

esses, cum vel si scriptus esset. Numeri pluralis, cum vel si scripti essemus, cum vel si scripti essetis, cum vel si scripti essent. Et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si scriptus fuissem, cum vel si scriptus fuisses, cum vel si scriptus fuisset. Numeri pluralis, cum vel si scripti fuissemus, cum vel si scripti fuissetis, cum vel si scripti fuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si scriptus ero, cum vel si scriptus eris, cum vel si scriptus erit. Numeri pluralis, cum vel si scripti erimus, cum vel si scripti eritis, cum vel si scripti erint. Et ulteriore futuro. Numeri singularis, cum vel scriptus fuero, cum vel si scriptus fueris, cum vel si scriptus fuerit. Numeri pluralis, cum vel si scripti fuerimus, cum vel si scripti fueritis, cum vel si scripti fuerint.

Sane hoc monemus, quod generis pasivi, sive deponentis, vel communis, verba modum inpersonalem, vel gerundi, sive nomen, vel appellationem, ad formam generis activi, sive neutralis, vel inchoativi, nec non et frequentativi repperiuntur declinare. Tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo passivo duo: praeteritum, scriptus; futurum, scribendus. Nunc etiam hoc monemus, quod ex tertia coniugatione correpta eo plurimi soni, hoc est eo plurima verba, possint exhiberi.

29. ALIA DECLINATIO ACTIVA TERTIAE CONIUGATIONIS CORREPTAE.

Rapio, verbum activum indicativo sive pronuntiativo modo dictum, temporis praesentis sive instantis, numeri singularis, figurae compositae, personae primae, coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo sive pronuntiativo temporis praesentis sive instantis. Numeri singularis, rapio, rapis, rapit. Numeri pluralis, rapimus, rapitis, rapiunt. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, rapiebam, rapiebas, rapiebat. Numeri pluralis, rapiebamus, rapiebatis, rapiebant. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, rapui, rapuisti, rapuit. Numeri pluralis, rapuimus, rapuistis, rapuerunt vel rapuere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, rapueram, rapueras, rapuerat. Numeri pluralis, rapueramus, rapueratis, rapuerant. Eodem mo-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

do, tempore futuro sive promissivo modo. Numeri singularis, rapiam, rapies, rapiet. Numeri pluralis, rapiemus, rapietis, rapient. Modo imperativo, tempore praesenti sive instanti, ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis, rape, rapiat. Numeri pluralis, rapite rapiant. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, rapito, rapito. Numeri pluralis, rapitote rapiunto. Modo infinito sive perpetuo, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, rapere. Tempore praeterito, rapuisse. Tempore futuro, raptum iri.

Modo optativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, utinam rapiam, utinam rapias, utinam rapiat. Numeri pluralis, utinam rapiamus, utinam rapiatis, utinam rapiant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, utinam raperem, utinam raperes, utinam raperet. Numeri plurali, utina raperemus, utinam raperetis, utinam raperent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam rapuerim, utinam rapueris, utinam rapuerit. Numeri pluralis. utinam rapuerimus, utinam rapueritis, utinam rapuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam rapuissem, utinam rapuisses, utinam rapuisset. Numeri pluralis, utinam rapuissemus, utinam rapuissetis, utinam rapuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam rapiam, utinam rapias, utinam rapiat. Numeri pluralis, utinam rapiamus, utinam rapiatis, utinam rapiant.

Modo coniunctivo, sive iunctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, cum vel si rapiam, cum vel si rapias, cum vel si rapiat. Numeri pluralis, cum vel si rapiamus, cum vel si rapiatis, cum vel si rapiant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, cum vel si raperem, cum vel si raperes, cum vel si raperet. Numeri pluralis, cum vel si raperemus, cum vel si raperetis, cum vel si raperent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si rapuerim, cum vel si rapueris, cum vel si rapuerit. Numeri pluralis, cum vel si rapuerimus, cum vel si rapueritis, cum vel si rapuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si rapuissem, cum vel

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

si rapuisses, cum vel si rapuisset. Numeri pluralis, cum vel si rapuissemus, cum vel si rapuissetis, cum vel si rapuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si rapuero, cum vel si rapueris, cum vel si rapuerit. Numeri pluralis, cum vel si rapuerimus, cum vel si rapueritis, cum vel si rapuerint.

Modo inpersonali, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, rapitur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoata, rapiebatur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive exacta, raptum est; et ulteriore perfecta, raptum fuit. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta, sive recordativa, vel exacta, raptum erat; et ulteriore plus quam perfecta, sive recordativa vel exacta, raptum fuerat. Eodem modo, tempore futuro, rapietur. Gerundi sunt haec: rapiendi vel rapiundi, rapiendo vel, rapiundo, rapiendum vel rapiundum, raptum. Tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo activo duo: praesens, rapiens; futurum, rapturus. Nomen, raptio; appellatio, raptura.

30. DECLINATIO PASSIVA TERTIAE CONIUGATIONIS CORREPTAE.

Rapior, verbum passivum indicativo sive pronuntiativo modo dictum, temporis praesentis sive instantis, numeri singularis, figurae compositae, personae primae, coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo sive pronuntiativo, temporis praesentis sive instantis. Numeri singularis, rapior, raperis, rapitur. Numeri pluralis, rapimur, rapimini, rapiuntur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, rapiebar, rapiebaris, rapiebatur. Numeri pluralis, rapiebamur, rapiebamini, rapiebantur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, raptus sum, raptus es, raptus est. Numeri pluralis, rapti sumus, rapti estis, rapti sunt. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis, raptus fui, raptus fuisti, raptus fuit. Numeri pluralis, rapti fuimus, rapti fuistis, rapti fuerunt vel fuere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, raptus eram, raptus eras, raptus erat. Numeri pluralis, rapti eramus, rapti eratis, rapti erant. Et ul-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

teriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, raptus fueram, raptus fueras, raptus fuerat. Numeri pluralis, rapti fueramus, rapti fueratis, rapti fuerant. Eodem modo, tempore futuro, sive promissivo modo. Numeri singularis, rapiar, rapieris, rapietur. Numeri pluralis, rapiemur, rapiemini, rapientur. Modo imperativo, tempore praesenti sive instanti, ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis, rapere, rapiatur. Numeri pluralis, rapiamini, rapiantur. Eodem modo, tempore futuro, numeri singularis, rapitor, rapitor. Numeri pluralis, rapiminor, rapiuntor. Modo infinito sive perpetuo, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, rapi. Tempore praeterito, raptum esse; et ulteriore praeterito, raptum fuisse. Tempore futuro, raptum iri.

Modo optativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, utinam rapiar, utinam rapiaris, utinam rapiatur. Numeri pluralis, utinam rapiamur, utinam rapiamini, utinam rapiantur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, utinam raperer, utinam rapereris, utinam raperetur. Numeri pluralis, utinam raperemur, utinam raperemini, utinam raperentur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam raptus sim, utinam raptus sis, utinam raptus sit. Numeri pluralis, utinam rapti simus, utinam rapti sitis, utinam rapti sint. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam raptus fuerim, utinam raptus fueris, utinam raptus fuerit. Numeri pluralis, utinam rapti fuerimus, utinam rapti fueritis, utinam rapti fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam raptus essem, utinam raptus esses, utinam raptus esset. Numeri pluralis, utinam rapti essemus, utinam rapti essetis, utinam rapti essent. Et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam raptus fuissem, utinam raptus fuisses, utinam raptus fuisset. Numeri pluralis, utinam rapti fuissemus, utinam rapti fuissetis, utinam rapti fuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam rapiar, utinam rapiaris, utinam rapiatur. Numeri pluralis, utinam rapiamur, utinam rapiamini, utinam rapiantur.

Modo coniunctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, cum vel si rapiar, cum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

vel si rapiaris, cum vel si rapiatur. Numeri pluralis, cum vel si rapiamur, cum vel si rapiamini, cum vel si rapiantur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, cum vel si raperer, cum vel si rapereris, cum vel si raperetur. Numeri pluralis, cum vel si raperemur, cum vel si raperemini, cum vel si raperentur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si raptus sim, cum vel si raptus sis, cum vel si raptus sit. Numeri pluralis, cum vel si rapti simus, cum vel si rapti sitis, cum vel si rapti sint. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si raptus fuerim, cum vel si raptus fueris, cum vel si raptus fuerit. Numeri pluralis, cum vel si rapti fuerimus, cum vel si rapti fueritis, cum vel si rapti fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si raptus essem, cum vel si raptus esses, cum vel si raptus esset. Numeri pluralis, cum vel si rapti essemus, cum vel si rapti essetis, cum vel si rapti essent. Et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si raptus fuissem, cum vel si raptus fuisses, cum vel si raptus fuisset. Numeri pluralis, cum vel si rapti fuissemus, cum vel si rapti fuissetis, cum vel si rapti fuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si raptus ero, cum vel si raptus eris, cum vel si raptus erit. Numeri pluralis, cum vel si rapti erimus, cum vel si rapti eritis, cum vel si rapti erint. Et ulteriore futuro. Numeri singularis, cum vel si raptus fuero, cum vel si raptus fueris, cum vel si raptus fuerit. Numeri pluralis, cum vel si rapti fuerimus, cum vel si rapti fueritis, cum vel si rapti fuerint.

Sane hoc monemus, quod generis passivi, sive deponentis, vel communis, verba modum inpersonalem, vel gerundi, sive nomen, vel appellationem, ad formam generis activi, sive neutralis, vel inchoativi, nec non et frequentativi, repperiantur declinare. Tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo passivo duo: praeteritum, raptus; futurum, rapiendus. Nunc etiam hoc monemus, quod ex tertia coniugatione correpta eo plurimi soni, hoc est eo plurima verba, possint exhiberi.

31. DECLINATIO ACTIVA TERTIAE CONIUGATIONIS PRODUCTAE.

NUTRIO, verbum activum indi-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

cativo sive pronuntiativo modo dictum, temporis praesentis sive instantis, numeri singularis, figurae compositae, personae primae, coniugationis tertiae productae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo sive pronuntiativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, nutrio, nutris, nutrit. Numeri pluralis, nutrimus, nutritis, nutriunt. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, nutriebam, nutriebas, nutriebat. Numeri pluralis, nutriebamus, nutriebatis, nutriebant. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, nutrii, nutristi, nutriit. Numeri pluralis, nutrimus, nutriistis, nutrierunt vel nutriere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, nutrieram, nutrieras, nutrierat. Numeri pluralis, nutrieramus, nutrieratis, nutrierant. Eodem modo, tempore futuro, sive promissivo modo. Numeri singularis, nutriam et nutribo, nutries et nutribis, nutriet et nutribit. Numeri pluralis, nutriemus et nutribimus, nutrietis et nutribitis, nutrient et nutribunt. Modo imperativo, tempore praesenti sive instanti, ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis, nutri, nutriat. Numeri pluralis, nutrite, nutriant. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, nutrito, nutrito. Numeri pluralis, nutritote, nutriunto. Modo infinito sive perpetuo, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, nutrire. Eodem modo, tempore praeterito, nutrisse. Eodem modo, tempore futuro, nutritum ire.

Modo optativo, tempore praesenti vel instanti. Numeri singularis, utinam nutriam, utinam nutrias, utinam nutriat. Numeri pluralis, utinam nutriamus, utinam nutriatis, utinam nutriant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, utinam nutrirem, utinam nutrires, utinam nutriret. Numeri pluralis, utinam nutriremus, utinam nutriretis, utinam nutrirent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam nutrierim, utinam nutrieris, utinam nutrierit. Numeri pluralis, utinam nutrierimus, utinam nutrieritis, utinam nutrierint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam nutrissem, utinam nutrisses, utinam nutris-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

set. Numeri pluralis, utinam nutrissemus, utinam nutrissetis, utinam nutrissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam nutriam, utinam nutrias, utinam nutriat. Numeri pluralis, utinam nutriamus, utinam nutriatis, utinam nutriant.

Modo coniunctivo sive iunctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, cum vel si nutriam, cum vel si nutrias, cum vel si nutriat. Numeri pluralis, cum vel si nutriamus, cum vel si nutriatis, cum vel si nutriant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, cum vel si nutrirem, cum vel si nutrires, cum vel si nutriret. Numeri pluralis, cum vel si nutriremus, cum vel si nutriretis, cum vel si nutrirent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si nutrierim, cum vel si nutrieris, cum vel si nutrierit. Numeri pluralis, cum vel si nutrierimus, cum vel si nutrieritis, cum vel si nutrierint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si nutrissem, cum vel si nutrisses, cum vel si nutrisset. Numeri pluralis, cum vel si nutrissemus, cum vel si nutrissetis, cum vel si nutrissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si nutriero, cum vel si nutrieris, cum vel si nutrierit. Numeri pluralis, cum vel si nutrierimus, cum vel si nutrieritis, cum vel si nutrierint.

Modo inpersonali, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, nutritur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta vel inchoativa, nutriebatur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta, nutritum est; et ulteriore perfecta sive absoluta, nutritum fuit. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta, nutritum erat; et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta, nutritum fuerat. Gerundi sunt haec: nutriendi et nutriundi, nutriendo et nutriundo, nutriendum et nutriundum, nutritum. Tempora participiorum trahuntur a verbo activo duo: praesens, nutriens; futurum, nutriturus; nomen, nutritor; appellatio, nutritio.

32. DECLINATIO PASSIVA TERTIAE CONIUGATIONIS.

NUTRIOR, verbum passivum indicativo sive pronuntiativo modo dictum, temporis praesentis sive instantis, numeri singularis, figurae compositae, personae pri-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

mae, coniugationis tertiae productae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo sive pronuntiativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, nutrior, nutriris, nutritur. Numeri pluralis, nutrimur, nutrimini, nutriuntur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta vel inchoativa. Numeri singularis, nutriebar, nutriebaris, nutriebatur. Numeri pluralis, nutriebamur, nutriebamini, nutriebantur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, nutritus sum, nutritus es, nutritus est. Numeri pluralis, nutriti sumus, nutriti estis, nutriti sunt. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis, nutritus fui, nutritus fuisti, nutritus fuit. Numeri pluralis, nutriti fuimus, nutriti fuistis, nutriti fuerunt vel fuere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, nutritus eram, nutritus eras, nutritus erat. Numeri pluralis, nutriti eramus, nutriti eratis, nutriti erant. Et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, nutritus fueram, nutritus fueras, nutritus fuerat. Numeri pluralis, nutriti fueramus, nutriti fueratis, nutriti fuerant. Eodem modo, tempore futuro, sive promissivo modo. Numeri singularis, nutriar vel nutribor, nutrieris vel nutriberis, nutrietur vel nutribitur. Numeri pluralis, nutriemur vel nutribimur, nutriemini vel nutribimini, nutrientur vel nutribuntur. Modo imperativo, tempore praesenti sive instanti, ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis, nutrire, nutriatur. Numeri pluralis, nutrimini, nutriantur. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, nutrire, nutriatur. Numeri pluralis, nutriminor, nutriuntor. Modo infinito, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, nutriri. Tempore praeterito, nutritum esse; et ulteriore praeterito, nutritum fuisse. Tempore futuro, nutritum iri.

Modo optativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, utinam nutriar, utinam nutriaris, utinam nutriatur. Numeri pluralis, utinam nutriamur, utinam nutriamini, utinam nutriantur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, utinam nutrirer, utinam nutrireris, utinam nutriretur. Numeri pluralis, utinam nutriremur, utinam nutriremini, utinam nutrirentur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, uti-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nam nutritus sim, utinam nutritus sis, utinam nutritus sit. Numeri pluralis, utinam nutriti simus, utinam nutriti sitis, utinam nutriti sint. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis, utinam nutritus fuerim, utinam nutritus fueris, utinam nutritus fuerit. Numeri pluralis, utinam nutriti fuerimus, utinam nutriti fueritis, utinam nutriti fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam nutritus essem, utinam nutritus esses, utinam nutritus esset. Numeri pluralis, utinam nutriti essemus, utinam nutriti essetis, utinam nutriti essent. Et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam nutritus fuissem, utinam nutritus fuisses, utinam nutritus fuisset. Numeri pluralis, utinam nutriti fuissemus, utinam nutriti fuissetis, utinam nutriti fuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam nutriar, utinam nutriaris, utinam nutriatur. Numeri pluralis, utinam nutriamur, utinam nutriamini, utinam nutriantur.

Modo conunctivo sive iunctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, cum vel si nutriar, cum vel si nutriaris, cum vel si nutriatur. Numeri pluralis, cum vel si nutriamur, cum vel si nutriamini, cum vel si nutriantur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta vel inchoativa. Numeri singularis, cum vel si nutrirer, cum vel si nutrireris, cum vel si nutriretur. Numeri pluralis, cum vel si nutriremur, cum vel si nutriremini, cum vel si nutrirentur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si nutritus sim, cum vel si nutritus sis, cum vel si nutritus sit. Numeri pluralis, cum vel si nutriti simus, cum vel si nutriti sitis, cum vel si nutriti sint. Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si nutritus fuerim, cum vel si nutritus fueris, cum vel si nutritus fuerit. Numeri pluralis, cum vel si nutriti fuerimus, cum vel si nutriti fueritis, cum vel si nutriti fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si nutritus essem, cum vel si nutritus esses, cum vel si nutritus esset. Numeri pluralis, cum vel si nutriti essemus, cum vel si nutriti essetis, cum vel si nutriti essent. Et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si nutritus fuissem, cum vel si nutritus fuisses, cum vel si nutritus fuisset. Numeri plu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

talis, cum vel si nutriti fuissemus, cum vel si nutriti fuissetis, cum vel si nutriti fuissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si nutritus ero, cum vel si nutritus eris, cum vel si nutritus erit. Numeri pluralis, cum vel si nutriti erimus, cum vel si nutriti eritis, cum vel si nutriti erint. Et ulteriore futuro. Numeri singularis, cum vel si nutritus fuero, cum vel si nutritus fueris, cum vel si nutritus fuerit. Numeri pluralis, cum vel si nutriti fuerimus, cum vel si nutriti fueritis, cum vel si nutriti fuerint.

Sane hoc monemus, quod generis passivi, sive deponentis, vel communis, verba modum inpersonalem, vel gerundi, sive nomen, vel appellationem, ad formam generis activi, sive neutralis, vel inchoativi, nec non et frequentativi, repperiuntur declinare.

Tempora participiorum trahuntur a verbo passivo duo: praeteritum, nutritus; futurum, nutriendus. Sane etiam hoc monemus, quod in hac tertia coniugatione producta, qua diximus indicativo sive pronuntiativo modo, temporis praesentis sive instantis, verba numeri singularis ·io· litteris definiri, quod sint aliqua verba quae in eodem modo specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa, hac forma repperiantur declinari, ut puta nutribam, lenibam, et cetera talia. Sed haec quae vel quot sint verba, in sonis conpetenter tractabimus. Nunc etiam hocmonemus, quod ex tertia coniugatione producta non eo plurimi soni, hoc est non eo plurima verba, possint exhiberi.

33. ALIA DECLINATIO NEUTRALIS SCILICET TERTIAE CONIUGATIONIS PRODUCTAE.

Eo, verbum neutrale indicativo sive pronuntiativo modo dictum, temporis praesentis sive instantis, numeri singularis, figurae simplicis, personae primae, coniugationis tertiae productae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo sive pronuntiativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, eo, is, it. Numeri pluralis, imus, itis, eunt. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, ibam, ibas, ibat. Numeri pluralis, ibamus, ibatis, ibant. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, ivi, isti, i it. Numeri pluralis, ibimus, istis, ierunt vel iere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

exacta. Numeri singularis, iveram et ieram, iveras et ieras, iverat et ierat. Numeri pluralis, iveramus et ieramus, iveratis et ieratis, iverant et ierant. Eodem modo, tempore futuro, sive promissivo modo. Numeri singularis, ibo, ibis, ibit. Numeri pluralis, ibimus, ibitis, ibunt. Modo imperativo, tempore praesenti, ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis, i, eat. Numeri pluralis, ite, eant. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, ito, ite. Numeri pluralis, itote, iunto. Modo infinito sive perpetuo, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, ire. Eodem modo, tempore praeterito, ire. Eodem modo, tempore futuro, itum ire.

Modo optativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis, utinam eam, utinam eas, utinam eat. Numeri pluralis, utinam eamus, utinam eatis, utinam eant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta et inchoativa. Numeri singularis, utinam irem, utinam ires, utinam iret. Numeri pluralis, utinam iremus, utinam iretis, utinam irent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta Numeri singularis, utinam iverim et ierim, utinam iveris et ieris, utinam iverit et ierit. Numeri pluralis, utinam iverimus et ierimus, utinam iveritis et ieritis, utinam iverint et ierint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, utinam issem, utinam isses, utinam isset. Numeri pluralis, utinam issemus, utinam issetis, utinam issent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam eam, utinam eas, utinam eat. Numeri pluralis, utinam eamus, utinam eatis, utinam eant.

Modo coniunctivo sive iunctivo, tempore praesenti sive istanti. Numeri singularis, cum vel si eam, cum vel si eas, cum vel si eat. Numeri pluralis, cum vel si eamus, cum vel si eatis, cum vel si eant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis, cum vel si irem, cum vel si ires, cum vel si iret. Numeri pluralis, cum vel si iremus, cum vel si iretis, cum vel si irent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis, cum vel si iverim et ierim, cum vel si iveris et ieris, cum vel si iverit et ierit. Numeri pluralis, cum vel si iverimus et ierimus, cum vel si iveritis et ieritis, cum vel si iverint et

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ierint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis, cum vel si issem, cum vel si isses, cum vel si isset. Numeri pluralis, cum vel si issemus, cum vel si issetis, cum vel si issent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si ivero et iero, cum vel si iveris et ieris, cum vel si iverit et ierit. Numeri pluralis, cum vel si iverimus, et ierimus, cum vel iveritis et ieritis, cum vel si iveverint et ierint.

Modo inpersonali, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti, itur. Eodem modo, tempore praeterito, specie imperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa, ibatur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta, itum est; et ulteriore perfecta, sive absoluta, itum fuit. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta sive recordativa vel exacta, itum erat; et ulteriore plus quam perfecta sive recordativa vel exacta, itum fuerat. Eodem modo, tempore futuro ibitur. Gerundi sunt haec: eundi, eundo, eundum, itum. Tempora participiorum trahuntur a verbo neutrali duo: praesens, iens; futurum iturum; nomen, itor; appellatio, itio.

Declinatio participii praesentis temporis, quod venit a tertia coniugatione producta, indicativo sive pronuntiativo modo, temporis praesentis sive instantis, ex prima persona numeri singularis ·eo· litteris definitur, ut puta. Numeri singularis, hic iens, huius euntis, huic eunti, hunc euntem, o iens, ab hoc eunte. Numeri pluralis, hi euntes, horum euntium, his euntibus, hos euntes, ab his euntibus.

Nunc hoc monemus, quod ex hac coniugatione plus quam triginta sex soni, hoc est quam triginta sex verba, non possint exhiberi. De tertia coniugatione producta, quae indicativo sive pronuntiativo modo, temporis praesentis sive instantis, ex prima persona numeri singularis ·eo· litteris definitur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Sane hoc monemus, quod verba neutralia, sive inchoativa, vel frequentativa, secundum coniugationes suas ad formam activam sint declinanda. At vero verba deponentia, sive communia, secundum coniugationes suas ad formam passivam sunt declinanda. Nunc etiam hoc monemus, quod verba deponentia, et communia, modum inpersonalem et gerundi, nec non et nomen, vel appellationem, sicuti et passiva, ad formam activam reppe-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

riantur declinari.

Futurum tempus modi indicativi, sive permissivus modus duabus his formis terminatur ·am· et ·bo· Sed a prima coniugatione et secunda vel tertia producta, quae indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis ·eo· litteris definitur, in ·bo· syllabam exeunt, ut puta amas amabo, doces docebo, exis exibo. A tertia correpta in ·am., ut puta scribis scribam. A tertia vero producta, quae indicativo modo temporis praesentis, ex prima persona numeri singularis, ·eo· litteris definitur, ex utraque forma declinantur, ut puta nutris, nutriam, et nutribo.

Futurum tempus modi inpersonalis duabus formis terminatur ·etur· et ·bitur· Sed a prima coniugatione et secunda vel tertia producta, quae indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis, ·eo· litteris definitur, ·bitus· syllabis concluduntur, ut puta amas amabitur, doces docebitur, exis exibitur. A tertia correpta ·etur· litteris definitur, ut puta scribi scribetur. A tertia vero producta, quae indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis ·io· litteris definitur, ex utraque forma declinatur, ut puta nutri, nutrietur, nutribitur.

Appellationes verborum duabus his formis definiuntur ·a·, et ·o·, ut puta lectio, scriptura. Nunc quando hae appellationes in ·o· et quando in ·a· litteram exeunt, hoc in sonis conpetenter tractabimus. A deponenti verbo tempora participiorum trahuntur tria, et his formis definiuntur, ut puta praesens luctans, praeteritum luctatus, futurum luctaturus. A communi verbo tempora participiorum trahuntur tria, et his formis definiuntur, ut puta praesens osculans, praeteritum osculatus, futurum osculaturus.

Sane hoc monemus, quod secundae et tertiae coniugationum verba per species perfectas, et res quas regunt species perfectae, variis formis definiuntur, hoc est ut in iisdem speciebus, vel quibus rebus reguntur eaedem species, catholicam disciplinam retinere non repperiantur, et ideo quae res quam rem regat vel quae regatur, subicimus.

Modus indicativus sive pronuntiativus, temporis praesentis sive instantis, et futurus vel promissivus modus, et modus imperativus cuiuslibet temporis, et modus infinitus sive perpetuus praesentis temporis vel instantis, et modus optativus praesentis temporis sive instantis, et futuri, et modus coniunctivus sive iunctivus praesentis temporis sive instantis, et modus inpersonalis praesentis

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

temporis sive instantis, et futuri, et gerundi tria, quae sunt superiora, et participia praesentis temporis sive futuri quae ·dus· syllaba terminantur, et species inperfectae sive minus quam perfectae, vel inchoativae a qualibet qualitate verbi, ad suam formam redigi repperiuntur.

Species perfectae sive plus quam perfectae modi indicativi sive pronuntiativi, et optativi, et coniunctivi sive iunctivi, vel futurum tempus modi coniunctivi sive iunctivi, haec praeteritum tempus modi infiniti ab activa neutrali et frequentativa qualitate scilicet, quia inchoativa has res facere prohibetur, ad suam formam redigi repperiuntur. Nunc in hac forma hoc monemus, quod hoc unum verbum admissum sit imperativo modo, tempore futuro, propter sonorum rationem declinari, id est memento. Sed hoc verbum qua de causa in supradicto modo propter sonos admissum sit declinari, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

Specie perfecta et plus quam perfecta modi inpersonalis, et gerundi novissimum, sive participium praeteriti temporis vel futuri, quod in ·rus· syllabam exit, nec non et nomen, et appellatio, et tempus praeteritum et futurum modi infiniti sive perpetui, vel species perfectae, sive futurum tempus modi coniunctivi, a qualitate passiva, vel deponenti vel communi, ad suam formam redigi repperiuntur. Nunc in hac forma hoc monemus, quod hoc unum participium repperitur, id est moriturus, quod propter sonorum rationem a supradicta forma inveniatnr discrepare. Nunc qua de causa supradictum participium a supradicta forma inveniatur discrepare, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

34. QUAESTIONES VARIAE.

Quaeritur, portitor, et cantor, et cetera talia qua de causa a verbis non venire repperiantur? Hac de causa, quoniam omnia verba ex gerundi novissimo ultimam syllabam in ·tor· syllabam convertunt, et nomen suae qualitatis ostendunt, ut puta calcatum calcator. Sic utique et portatum portator, et cantatum cantator, facere debeant. Et ideo portitor et cantor, suae positionis nomina, non a verbis venientia, sunt pronuntianda.

Quaeritur, lavatio et cetera talia qua de causa a verbis non venire repperiuntur? Hac de causa, quoniam omnia verba ex gerundi novissimo ·um· litteras omittunt, et ·ura· vel ·o· litteras accipiunt, et appellationem suae qualitatis ostendunt, ut puta scriptum scriptura, lectum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

lectio. Sic utique et lotum lotura facere debeat. Et ideo lavatio suae positionis est nomen, non a verbo veniens appellatio. Sane quaeritur, quando appellationes ·a· littera, et quando ·o· littera definiantur? Quare hoc monemus, quod hoc in sonis conpetenter tractare debebimus.

Quaeritur, qua de causa Terentius - peri - et non - perii - pronuntiavit? Hac de causa quoniam verba modi indicativi in specie perfecta ex secunda persona numeri singularis ·sti· litteras omittunt, et primam personam suae speciei eiusdem numeri ostendunt, ut puta peristi peri· Item quaeritur, qua de causa Cicero, perii pronuntiarit? Hac de causa, quoniam verba modi indicativi specie perfecta ex prima persona numeri pluralis ·mus· syllabam omittunt, et eandem personam numeri singularis ostendunt, ut puta periimus perii. Nunc quae sint verba quae extra hanc rationem (1) consistere possunt, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

Quaeritur, qua de causa nolens, et non nollens, dicatur? Hac de causa, quoniam omnia verba indicativo modo temporis praesentis, ex prima persona numeri singularis ·o· ultimum, in ·ens· litteras convertunt, et participium praesentis temporis ostendunt, ut puta scribo scribens, sic utique et nolo nolens, non nollens, facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa calcavi, et non calcai dicatur? Hac de causa, quoniam omnia verba primae coniugationis specie perfecta ex secunda persona numeri singularis ·sti· litteras omittunt, et primam personam numeri singularis suae speciei efficiunt, aut secundam personam numeri singularis modi imperativi ostendunt, ut puta calcavisti calcavi, calcasti calcas: et ideo calcai, barbarismus esse pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa nutriunt, et non nutrint, dicatur? Hac de causa, quoniam omnia verba tertiae coniugationis, modo indicativo, temporis praesentis, ex prima persona numeri singularis ·o· ultimum omittunt, et ·unt· litteras accipiunt, et tertiam personam numeri pluralis ostendunt.

Quaeritur, qua de causa coquo, et non coco dicatur? Hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini, in quolibet casu, si in ultima syllaba ·q· literam habent constitutam, et ex sua specie verba facere possunt, haec ex nominativo ca-

(1) Cod. *qua extra qua ratione.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

su numeri pluralis, ultimam litteram in ·o· convertunt, et indicativo modo temporis praesentis primam personam numeri singularis ostendunt· Nunc cum dicat Terentius, coqui fartores, et cetera, utique iam coquo, non coco, facere pronuntiavit.

Quaeritur, qua de causa Vergilius, fugit correpte pronuntiarit? Hac de causa, quoniam omnia verba tertiae coniugationis correptae, modo imperativo temporis praesentis, secundam personam numeri pluralis, corripiunt.

Quaeritur, qua de causa Vergilius, potitur correpte pronuntiarit? Quia quaecumque verba modo indicativo, temporis praesentis, in secunda persona numeri singularis, producto accentu pronuntiantur, haec et in tertia persona eiusdem numeri eodem accentu pronuntiantur· Sed quia haec ratio sonorum est, hoc in sonis competenter tractabimus.

Quaeritur, qua de causa ridere producto accentu pronuntietur? Hac de causa, quoniam omnia verba secundae coniugationis, praesenti tempore modi infiniti, et specie inperfecta modi optativi et coniunctivi, necesse est ut producantur.

Quaeritur, qua de causa infinito modo suggere, et inserere dicatur? Hac de causa, quoniam verba activa sive neutralia imperativo modo temporis praesentis in secunda persona numeri singularis ·re· syllabam accipiunt, et infinitum modum temporis praesentis, sive qualitatis ostendunt. Nunc cum dicat Vergilius imperativo modo suggere tela mihi, et insere nunc Meliboee pyros, utique iam infinito modo temporis praesentis suggerere et inserere, facere pronuntiavit.

Quaeritur, qua de causa probunto, et non probabunto, facere videatur? Hac de causa, quoniam modus indicativus temporis praesentis a qualibet qualitate ex prima persona numeri singularis ·e· ultimum omittit, et ·unto· litteras accipit, et futurum tempus modi imperativi tertiae personae numeri pluralis ostendit.

Quaeritur, qua de causa secui, et non sequi, dicatur? Hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo temporis praesentis, in prima persona numeri singularis ante ·o· ultimum ·c· litteram habent constitutam, haec in eodem modo specie perfecta ex prima persona numeri singularis numquam ·qui· syllaba definiuntur.

Quaeritur, qua de causa acui, et non aqui, dicatur? Hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo temporis praesentis ·uo· litteris discretis def-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

niuntur, haec in eodem modo specie perfecta ex prima persona numeri singularis, numquam .qui. syllaba terminantur.

Quaeritur, qua de causa ungi, et non ungeri, facere repperiatur? Hac de causa, quoniam quaecumque generis passivi, sive deponentis, vel communis, verba tertiae coniugationis correpta esse repperiuntur, haec indicativo modo temporis praesentis ex secunda persona numeri singularis, ultimam syllabam omittunt, et ·e· sequentem in ·i· litteram convertunt, et modum infinitum temporis praesentis ostendunt, et ideo ungeris, ungi, non ungeri, facere pronuntiatur.

Item alia probatio, qua ungi, non ungeri, facere repperiatur: hac de causa, quoniam quaecumque verba tertiae coniugationis correptae imperativo modo temporis praesentis ex secunda persona numeri singularis ·e· littera scilicet correpta terminantur, haec eandem .e· litteram in ·i· convertunt, et infinitum modum temporis praesentis in modo passivo ostendunt, et ideo ungi, non ungeri, facere pronuntiantur.

Quaeritur, qua de causa ungo, et non ungeo, facere repperiatur? Hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo, temporis praesentis, ex tertia persona numeri pluralis ·unt· litteris post consonantem concluduntur, haec in eodem indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis ·o· littera post consonantem definiuntur, ut puta scribunt scribo· Nunc cum dicat Vergilius, lavant frigentis et ungunt, utique iam ungo, non ungeo facere pronuntiavit.

Item et alia probatio, qua ungo, non ungeo, facere pronuntiatur, scilicet quoniam quaecumque verba modo infinito temporis praesentis corripiuntur, haec indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis numquam ·eo· litteris definiuntur· Nunc cum dicat Vergilius, ungere tela manu, utique iam ungo, non ungeo, facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa adeo, et non adio dicatur? Hac de causa, quoniam quaecumque verba modi indicativi, temporis praesentis ex tertia persona numeri pluralis ·eunt· litteris concluduntur, haec in eodem indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis ·eo· litteris definiuntur, ut puta, ·eunt·eo·. Nunc cum dicat Vergilius, delubra adeunt, utique iam adeo, non adio facere pronuntiavit.

Quaeritur, qua de causa prandi, et non prandidi dicatur? Hac de causa, quoniam secundae coniugationis verba in spe-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

cie perfecta, et per quas res regit species perfecta, prohibetur geminare ·di· syllabam, et ideo prandi, non prandidi, facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa redibam, et non rediebam, facere repperiatur? Hac de causa, quoniam quaecumque verba indicativo modo temporis praesentis, ex prima persona numeri singularis ·eo· litteris definiuntur, haec in eodem modo temporis praeteriti, specie inperfecta ante ultimam syllabam numquam ·e· litteram habent constitutam, ut puta ·eo· ·ibam. Nunc cum dicat Sallustius ad inceptum redeo, utique iam redibam, non rediebam, facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa obrui, non obrivi, aut obrii, facere repperiatur? Hac de causa, quoniam quaecumque verba modi indicativi, temporis praesentis, ex prima persona numeri singularis ·uo· litteris discretis definiuntur, haec in eodem modo specie perfecta, numquam ·i· littera geminata, aut ·ui· syllaba concluduntur; et ideo obrui, non obrivi, aut obrii, facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa fode, et non fodi, dicatur? Hac de causa, quoniam quaecumque tertiae coniugationis correptae verba infinito modo temporis praesentis, vel optativi aut coniunctivi, ex specie inperfecta, ex qualibet persona numeri singularis ultimam syllabam omittunt, et imperativi modi secundam personam numeri singularis ostendunt, ut puta scribere, utinam scriberem, cum scriberem, scribe. Nunc cum dicat Vergilius, foderet calcaribus armos, utique iam imperativo modo fode, non fodi, facere pronuntiavit.

Quaeritur, qua de causa traho, et non trao dicatur? Hac de causa, quoniam verba tertiae coniugationis correptae indicativo modo temporis praesentis, ex prima persona numeri singularis, prohibentur ·ao· litteris definiri.

Quaeritur, qua de causa adno, et non adnao, dicatur? Hac de causa, quoniam verba primae coniugationis indicativo modo, specie inperfecta, ex tertia persona numeri pluralis ultimam syllabam omittunt, et ·a· sequentem in ·o· litteram convertunt, et primam personam numeri singularis modi supradicti ostendunt, ut puta probabant probo. Nunc cum dicat Vergilius, adnabant pariter, utique iam adno, non adnao, facere pronuntiavit.

Quaeritur, qua de causa veho, et non veo dicatur? Hac de causa, quoniam verba tertiae coniugationis correptae, indicativo modo temporis praesentis, ex

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

prima persona numeri singularis prohibentur ·eo· litteris definiri.

Quaeritur, qua de causa fugere, et non fugire dicatur? Hac de causa, quoniam quaecumque verba imperativo modo temporis praesentis, ex secunda persona numeri singularis ·e· littera terminantur, haec in eadem persona ·re· syllabam accipiunt, et infinitum modum temporis praesentis suae qualitatis ostendunt, ut puta scribe scribere. Nunc cum dicat Vergilius, fuge litus avarum, utique iam infinito modo fugere, non fugire, pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa sensum ire, et non sentitum ire dicatur? Hac de causa, quoniam gerundi novissimum ·ire· litteras accipit, et infiniti modi futurum tempus ostendit.

Quaeritur, qua de causa ferbeo, et non ferveo dicatur? Hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo, specie perfecta ·ui· litteris discretis definiuntur, haec numquam in eodem modo tempore praesenti ex prima persona numeri singularis ante ·o· ultimum ·ue· syllabam habent constitutam. Nunc cum et hoc verbum ferbui facere repperiantur, et ideo ferbeo, et non ferveo, facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa serpo, et non serpio dicatur? Hac de causa, quoniam quaecumque verba ab illis participiis venire repperiuntur, quae nominativo casu numeri singularis .ens· litteris post consonantem concluduntur, haec modo indicativo, tempore praesenti numeri singularis, numquam ·io· litteris definiuntur. Nunc cum dicat Cicero, et obscure serpens, utique iam serpo, non serpio, facere pronuntiatur.

Quaeritur, qua de causa serpebam, et non serpiebam, dicatur? Hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo temporis praesentis, in prima persona numeri singularis ante ·o· ultimum, ·i· litteram non habent oppositam, haec in specie inperfecta ante ·e·, quae est prope ultimam syllabam, numquam ·i· litteram habent constitutam.

Item alia probatio, qua serpebam facere pronuntiatur: scilicet quoniam praesentis temporis participium ·n· et ·s· ultimas litteras omittit, et ·bam· syllabam accipit, et speciem inperfectam modi indicativi ostendit, ut puta scribens scribebam, et serpens serpebam, et non serpiebam, facere pronuntiatur.

Sunt verba, quae a positione sua in compositione immutant litteras, ut puta teneo detineo, lego eligo, quaero inquiro, et cetera talia. Sed haec quae vel quot sint verba, quae a positio-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ne sua in compositione immutent litteras, hoc in sonis conpetenter tractavimus.

Sunt verba communis temporis, ut puta vertit, bibit, ruit, et cetera talia. Sunt verba, quae cum in aliis modis sint dissimilia, attamen species perfectas et res quas regunt species perfectae similes habeant, ut puta luceo, lugeo, luxi, cerno, cresco, crevi, polleo, polluo, pollui, et cetera talia. Sunt verba, quae in prima persona similes sonos habeant, in secunda vero dissimiles significationes ostendant, ut puta mando mandas, mando mandis, fundo fundas, fundo fundis, sero seras, sero seris, et cetera talia. Sunt verba figurata vel translativa, ut apud Vergilium, est flamma medullas; interea et significat edet, id est consumit. Item apud Ciceronem, quis ut volet accipiat; et significat ut voluerit. Item apud Vergilium, de grege non ausim quicquam deponere tecum; et significat non audeam. Sic et cetera talia.

Sunt verba, quae tertiam personam retineant tantum, ut puta pudet, decet, sedet, licet, oportet, piget, paenitet, et cetera talia. Sed haec quae vel quot sint verba, quae tertiam personam contineant tantum, vel quas res facere non possint, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

Sunt verba, quae imperativo modo temporis praesentis, in secunda persona numeri singularis, propter sonos et sic permissa sint declinari, ut puta fac, dic, duc, luc, sic et cetera talia: et cum compositione sua propter certos sonos et sic permissa sint declinari.

Sunt verba, quae veluti similitudinem eorundem verborum habent, quae diximus imperativo modo temporis praesentis, in secunda persona numeri singularis, et supradicta forma declinari, ut puta aspicio, efficio, inicio. Sed haec imperativo temporis praesentis in supradicta persona -e- littera tantum terminantur, ut puta aspice, effice, inice, sic et cum compositione sua in eadem persona declinantur. A -facio- et -fio- talis locutio calefacio, calefio, calefactus: sic et cetera talia quae possunt a facio, vel fio, accedere, sunt pronuntianda. Odi novi, memini, speciem perfectam continent, et quas res regit species perfecta.

Nunc quaeritur, qua de causa -memini- futurum tempus modi imperativi contineat: sed hoc in sonis conpetenter tractabimus. Nolo, non vis, non vult, nolumus, non vultis, nolunt. Nunc nolo, quibus modis vel personis deficiat, hoc in sonis conpetenter tractabimus. Volo, vis,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

vult, volumus, vultis, volunt. Nunc volo quibus modis vel personis deficiat, hoc in sonis conpetenter tractabimus. Malo, mavis, mavult, malumus, mavultis, malunt. Nunc malo, quibus modis vel personis deficiat, hoc in sonis conpetenter tractabimus. Vado, alo, quaeso, quibus modis vel personis deficiant, hoc in sonis conpetenter tractabimus.

Audeo, gaudeo, soleo, meto, fido, haec neutra passiva esse nuncupantur, hac de causa, quoniam res quas regit indicativus modus ipsorum neutrali forma declinantur: at vero res quas regit species perfecta ipsorum passiva forma declinantur, ut puta audeo, ausus sum. Sic et cetera supradicta ut diximus declinantur. Nunc quaeritur, qua de causa, a fio, infinito modo fieri pronuntietur. Quare hoc monemus, quod hoc in sonis conpetenter tractare debebimus.

35. DE VERBO SUM.

Sum, verbum defectivum indicativo modo dictum temporis praesentis, numeri singularis, figurae simplicis, personae primae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo, tempore praesenti. Numeri singularis, sum, es, est. Numeri pluralis, sumus, estis, sunt. Eodem tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis, eram, eras, erat. Numeri pluralis, eramus, eratis, erant. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis, fui, fuisti, fuit. Numeri pluralis, fuimus, fuistis, fuerunt vel fuere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta. Numeri singularis, fueram, fueras, fuerat Numeri pluralis, fueramus, fueratis, fuerant. Eodem modo, tempore futuro, sive promissivo modo. Numeri singularis ero, eris, erit. Numeri pluralis, erimus, eritis, erunt. Modo imperativo, tempore futuro. Numeri singularis, esto, este. Numeri pluralis, estote, sunto. Modo infinito, numeris et personis confusis, tempore praesenti, esse; tempore praeterito, fuisse.

Modo optativo, tempore praesenti. Numeri singularis, utinam sim, utinam sis, utinam sit. Numeri pluralis, utinam simus, utinam sitis, utinam sint. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis, utinam essem, utinam esses, utinam esset. Numeri pluralis, utinam essemus, utinam essetis, utinam essent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis, utinam fuerim, utinam fueris, utinam fuerit. Numeri pluralis,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

utinam fuerimus, utinam fueritis, utinam fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta. Numeri singularis, utinam fuissem, utinam fuisses, utinam fuisset. Numeri pluralis, utinam fuissemus, utinam fuissetis, utinam fuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam sim, utinam sis, utinam sit. Numeri pluraris, utinam simus, utinam sitis, utinam sint.

Modo coniunctivo, tempore praesenti. Numeri singularis, cum vel si sim, cum vel si sis, cum vel si sit. Numeri pluralis, cum vel si simus, cum vel si sitis, cum vel si sint. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis, cum vel si essem, cum vel si esses, cum vel si esset. Numeri pluralis, cum vel si essemus, cum vel si essetis, cum vel si essent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis, cum vel si fuerim, cum vel si fueris, cum vel si fuerit. Numeri pluralis, cum vel si fuerimus, cum vel si fueritis, cum vel si fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta. Numeri singularis, cum vel si fuissem, cum vel si fuisses, cum vel si fuisset. Numeri pluralis, cum vel si fuissemus, cum vel si fuissetis, cum vel si fuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si fuero, cum vel si fueris, cum vel si fuerit. Numeri pluralis, cum vel si fuerimus, cum vel si fueritis, cum vel si fuerint. Nunc hoc monemus, quod hoc verbum et cum compositione sua ad suprascriptam formam declinatur.

36. DE VERBO POSSUM.

Possum, verbum defectivum indicativo modo dictum, temporis praesentis, numeri singularis, figurae compositae, personae primae, quod declinabitur sic.

Numeri singularis, possum, potes, potest. Numeri pluralis, possumus, potestis, possunt. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis, poteram, poteras, poterat. Numeri pluralis, poteramus, poteratis, poterant. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis, potui, potuisti, potuit. Numeri pluralis, potuimus, potuistis, potuerunt vel potuere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta. Numeri, singularis potueram, potueras, potuerat. Numeri pluralis, potueramus, potueratis, potuerant. Eodem modo, tempore futuro, sive modo promissivo. Numeri singularis, potero, poteris, poterit. Numeri pluralis, poterimus, poteritis,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

poterunt. Modo infinito, numeris et personis confusis, tempore praesenti, posse; tempore praeterito, potuisse.

Modo optativo, tempore praesenti. Numeri singularis, utinam possim, utinam possis, utinam possit. Numeri pluralis, utinam possimus, utinam possitis, utinam possint. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis, utinam possem, utinam posses, utinam posset. Numeri pluralis, utinam possemus, utinam possetis, utinam possent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis, utinam potuerim, utinam potueris, utinam potuerit. Numeri pluralis, utinam potuerimus, utinam potueritis, utinam potuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta. Numeri singularis, utinam potuissem, utinam potuisses, utinam potuisset. Numeri pluralis, utinam potuissemus, utinam potuissetis, utinam potuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam possim, utinam possis, utinam possit. Numeri pluralis, utinam possimus, utinam possitis, utinam possint.

Modo cuniunctivo, tempore praesenti. Numeri singularis, cum vel si possim, cum vel si possis, cum vel si possit. Numeri pluralis, cum vel si possimus, cum vel si possitis, cum vel si possint. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis, cum vel si possem, cum vel si posses, cum vel si posset. Numeri pluralis, cum vel si possemus, cum vel si possetis, cum vel si possent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis, cum vel si potuerim, cum vel si potueris, cum vel si potuerit. Numeri pluralis, cum vel si potuerimus, cum vel si potueritis, cum vel si potuerint. Eodem modo, specie plus quam perfecta. Numeri singularis, cum vel si potuissem, cum vel si potuisses, cum vel si potuisset. Numeri pluralis, cum vel si potuissemus, cum vel si potuissetis, cum vel si potuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si potuero, cum vel si potueris, cum vel si potuerit. Numeri pluralis, cum vel si potuerimus, cum vel si potueritis, cum vel si potuerint. Ab hoc verbo participium fit praesentis temporis, potens. Nunc hoc monemus, quod hoc verbum et cum compositione sua ad suprascriptam formam declinatur.

37. DE VERBO FERO.

Fero, verbum defectivum indicativo modo dictum temporis praesentis, numeri singularis, fi-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

gurae simplicis, personae primae, quod declinabitur sic.

Modo indicativo, tempore praesenti. Numeri singularis, fero, fers, fert. Numeri pluralis, ferimus, fertis (1), ferunt. Eodem modo, eodem tempore, specie inperfecta. Numeri singularis, ferebam, ferebas, ferebat. Numeri pluralis, ferebamus, ferebatis, ferebant. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis, tuli, tulisti, tulit. Numeri pluralis, tulimus, tulistis, tulerunt vel tulere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta. Numeri singularis, tuleram, tuleras, tulerat. Numeri pluralis, tuleramus, tuleratis, tulerant. Eodem modo, tempore futuro, sive promissivo modo. Numeri singularis, feram, feres, feret. Numeri pluralis, feremus, feretis, ferent. Modo imperativo, tempore praesenti, ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis, fer, ferat. Numeri pluralis, ferte, ferant. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, ferto, ferto. Numeri pluralis, fertote, ferunto. Modo infinitivo, numeris et personis confusis, tempore praesenti, ferre; tempore praeterito, tulisse; tempore futuro, latum ire.

Modo optativo, tempore praesenti. Numeri singularis, utinam feram, utinam feras, utinam ferat. Numeri pluralis, utinam feramus, utinam feratis, utinam ferant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis, utinam ferrem, utinam ferres, utinam ferret. Numeri pluralis, utinam ferremus, utinam ferretis, utinam ferrent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis, utinam tulerim, utinam tuleris, utinam tulerit. Numeri pluralis, utinam tulerimus, utinam tuleritis, utinam tulerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta. Numeri singularis, utinam tulissem, utinam tulisses, utinam tulisset. Numeri pluralis, utinam tulissemus, utinam tulissetis, utinam tulissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam feram, utinam feras, utinam ferat. Numeri pluralis, utinam feramus, utinam feratis, utinam ferant.

Modo coniunctivo, tempore praesenti. Numeri singularis, cum vel si feram, cum vel si feras, cum vel si ferat. Numeri pluralis, cum vel si feramus, cum vel si feratis, cum vel si ferant. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis, cum vel si ferrem, cum vel si ferres, cum vel si ferret. Numeri pluralis, cum vel si ferre-

(1) Cod. *feritis*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

mus, cum vel si ferretis, cum vel si ferrent. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis, cum vel si tulerim, cum vel si tuleris, cum vel si tulerit. Numeri pluralis, cum vel si tulerimus, cum vel si tuleritis, cum vel si tulerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta. Numeri singularis, cum vel si tulissem, cum vel si tulisses, cum vel si tulisset. Numeri pluralis, cum vel si tulissemus, cum vel si tulissetis, cum vel si tulissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si tulero, cum vel si tuleris, cum vel si tulerit. Numeri pluralis, cum vel si tulerimus, cum vel si tuleritis, cum vel si tulerint.

Modo inpersonali, numeris et personis confusis, tempore praesenti, fertur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta, fertur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta, latum est; et ulteriore perfecta, latum fuit. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta, latum erat; et ulteriore plus quam perfecta, latum fuerat. Eodem modo, tempore futuro, feretur. Gerundi sunt haec: ferendi, ferendo, ferendum, latum. Tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo duo: praesens, ferens; futurum, laturus. Nomen, lator; appellatio latura. Nunc hoc monemus, quod hoc verbum et cum compositione sua ad suprascriptam declinatur formam.

Feror, verbum defectivum, indicativo modo dictum, temporis praesentis, numeri singularis, figurae simplicis, personae primae, quod declinatur sic.

Modo indicativo, tempore praesenti. Numeri singularis, feror, fereris, fertur. Numeri pluralis, ferimur, ferimini, feruntur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis, ferebar, ferebaris, ferebatur. Numeri pluralis, ferebamur, ferebamini, ferebantur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis, latus sum, latus es, latus est. Numeri pluralis, lati sumus, lati estis, lati sunt. Et ulteriore perfecta. Numeri singularis, latus fui, latus fuisti, latus fuit. Numeri pluralis, lati fuimus, lati fuistis, lati fuerunt vel fuere. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta. Numeri singularis, latus eram, latus eras, latus erat. Numeri pluralis, lati eramus, lati eratis, lati erant. Et ulteriore plus quam perfecta. Numeri singularis, latus fueram, latus fueras, latus fuerat. Numeri pluralis, lati fueramus, lati fueratis, lati fuerant. Eodem modo, tempore futuro,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sive promissivo modo. Numeri singularis, ferar, fereris, feretur. Numeri pluralis, feremus, feremini, ferentur. Modo imperativo, ad secundam et tertiam personam tantum, tempore praesenti. Numeri singularis, ferre, feratur. Numeri pluralis, feremini, ferantur. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, fertor, fertor. Numeri pluralis, feriminor, feruntor. Modo infinito, numeris et personis confusis, tempore praesenti, ferri; tempore praeterito, latum esse; et ulteriore praeterito, latum fuisse; tempore futuro, latum iri.

Modo optativo, tempore praesenti. Numeri singularis, utinam ferar, utinam feraris, utinam feratur. Numeri pluralis, utinam feramur, utinam feramini, utinam ferantur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis, utinam ferrer, utinam ferreris, utinam ferretur. Numeri pluralis, utinam ferremur, utinam ferremini, utinam ferrentur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis, utinam latus sim, utinam latus sis, utinam latus sit. Numeri pluralis, utinam lati simus, utinam lati sitis, utinam lati sint. Et ulteriore perfecta. Numeri singularis, utinam latus fuerim, utinam latus fueris, utinam latus fuerit. Numeri pluralis, utinam lati fuerimus, utinam lati fueritis, utinam lati fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta. Numeri singularis, utinam latus essem, utinam latus esses, utinam latus esset. Numeri pluralis, utinam lati essemus, utinam lati essetis, utinam lati essent. Et ulteriore plus quam perfecta. Numeri singularis, utinam latus fuissem, utinam latus fuisses, utinam latus fuisset. Numeri pluralis, utinam lati fuissemus, utinam lati fuissetis, utinam lati fuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, utinam ferar, utinam feraris, utinam feratur. Numeri pluralis, utinam feramur, utinam feramini, utinam ferantur.

Modo coniunctivo, tempore praesenti. Numeri singularis, cum vel si ferar, cum vel si feraris, cum vel si feratur. Numeri pluralis, cum vel si feramur, cum vel si feramini, cum vel si ferantur. Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis, cum vel si ferrer, cum vel si ferreris, cum vel ferretur. Numeri pluralis, cum vel si ferremur, cum vel si ferremini, cum vel si ferrentur. Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis, cum vel si latus sim, cum vel si latus sis, cum vel si latus sit. Numeri pluralis, cum vel si lati simus, cum vel si lati sitis, cum vel si

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

lati sint. Et ulteriore perfecta. Numeri singularis, cum vel si latus fuerim, cum vel si latus fueris, cum vel si latus fuerit. Numeri pluralis, cum vel si lati fuerimus, cum vel si lati fueritis, cum vel si lati fuerint. Eodem modo, eodem tempore, specie plus quam perfecta. Numeri singularis, cum vel si latus essem, cum vel si latus esses, cum vel si latus esset. Numeri pluralis, cum vel si lati essemus, cum vel si lati essetis, cum vel si lati essent. Et ulteriore plus quam perfecta. Numeri singularis, cum vel si latus fuissem, cum vel si latus fuisses, cum vel si latus fuisset. Numeri pluralis, cum vel si lati fuissemus, cum vel si lati fuissetis, cum vel si lati fuissent. Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis, cum vel si latus ero, cum vel si latus eris. cum vel si latus erit. Numeri pluralis, cum vel si lati erimus, cum vel si lati eritis, cum vel si lati erint. Et ulteriore futuro. Numeri singularis, cum vel si latus fuero, cum vel si latus fueris, cum vel si latus fuerit. Numeri pluralis, cum vel si lati fuerimus, cum vel si lati fueritis, cum vel si lati fuerint.

Tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo duo: praesens, ferens; futurum, ferendus, Nunc hoc monemns, quod hoc verbum et cum compositione sua ad suprascriptam formam declinatur. Sane quaeritur qua de causa, a fero, appellatio latura faciat, et a differo dilatio, sed quoniam haec causa sonorum [fiunt] ideo hoc in sonis competenter tractabimus.

De verbo, quantum ratio poscebat, tractavimus.

FELICITER.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ABBONIS FLORIACENSIS
QUAESTIONES GRAMMATICALES. (1)

Dilectissimis in Christo angligenis fratribus maximeque in monasterio sancti patris Benedicti sub schola virtutis regulariter vitam degentibus, ex floriacensi coenobio eiusdem patris vernula Abbo, genere francus, professione monachus, officio diaconus, in essentialiter Bono salutis perpetuae munus.

1. Omnipotentia divinae maiestatis, quae tempora mutat et ordinat, me ab ineunte aetate prout voluit, multifariam et multis modis temptari permisit, quoad iuvenilis aetatis robur adversitatibus assuesceret, cui ad cumulum virtutis tandem succresceret infortunium oblatae peregrinationis (2); quam etsi inter tot religiosae vitae viros Deo auctore perfero, qui me quasi se ipsos diligunt, ut ipsa re conicio, non tamen voti impos sine dolore recordari valeo, quod illius mei spiritalis alumni (3) inpresentiarum corporali prae-

(1) Auctor vixit saeculo Christi decimo, variisque scriptis inclaruit, et morte martyrica, prodigiis, cultuque etiam, veluti sanctus, celebratus est. Prodit autem hoc eius opusculum ex codice regio vaticano, cuius aetas ipsi auctori suppar videtur. Profecto huius opusculi perbrevem partem vulgavit Mabillonius in annalibus Bened. T. IV. append. p. 631; sed quia pars multo maxima hactenus erat inedita, eam ego heic trado.

(2) De Abbonis in Angliam itinere, non sine tempestate marina, deque eius ibidem litterarum magisterio, legatur Aimoinus in vita eiusdem Abbonis cap. 4. et 5.

(3) Abbonis alumnos varios recenset Mabillonius op. et tom. cit. p. 160. Sed quemnam heic designet Abbo, definire non li-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sentia minime perfruor, quae aliquando perfruenti erat ipsa vita dulcior. Nunc quia ita contigit per oboedientiam, quae melior est victimis, non solum fratrum cum quibus moror imperiis deservire gestio, verum etiam quibuscumque huius insulae, iuxta modulum meae parvitatis desidero prodesse: quoniam non sine divino constat moderamine gestum, quod sedatis fluctibus marinae tempestatis ad id deveni exilii cum mira tranquillitate tam vasti aequoris: ubi dum quibusdam studiorum occupationibus detineor, levior fit calamitatis miseria quam tolero, quandoquidem benivolentia eorum cum quibus habito, ad id me compellit, ut non solum pro posse velim fraternis necessitatibus succurrere, sed etiam ultra vires velle. Quocirca omnium apud Anglos ubi ubi positorum obiectis respondere decrevi, quatinus habeatis, karissimi, aliqua monimenta vestri exulis, quibus valeatis intendere acumen exercitatae mentis: nec fraudabor vos quaestionibus expeditis, quas vel temptando vel discendo obiciunt quique studiosi: cui etsi ab aliquo opponatur aemulo, in silvam ne ligna feras, certum tamen habeo, quod vestri ingenii sterilitas vel inopia mei non sit indigna qualicumque convivii copia, quae hoc modo se habeat.

2. In quaestione prima quaesitum est •salubris• penultima correpta an producta dici debeat vel conveniat. Quibus ego proposui quae in antiquis latinae linguae auctoribus me legisse pro certo habui, et ne vestra memoria laberentur, etiam litteris digessi. Et in primis Donatus dicit quod in trissyllabis et tetrasylla-

cet; quamquam reapse potissimus discipulus videtur fuisse Aimoinus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

bis et deinceps, si penultima positione longa fuerit, ipsa acuetur, et antepenultima gravi accentu pronunciabitur, ut catellus, Metellus: ita tamen si positione longa non ex muta et liquida fuerit; nam mutabit accentum, ut latebrae, tenebrae. Quo loco inoluit, quia si cuiuslibet partis penultima syllaba desinat in correpta vocali, quae excipiatur a duobus consonantibus, quarum sit prior muta et sequens liquida sit, numquam illa pars trissyllaba vel tetrasyllaba acuetur in penultima, sed mutato accentu potius in antepenultima, licet in medio utrumque fieri liceat, prout fuerit poëtae voluntas. Nam si sint verbalia feminini generis, vel alia quaeque naturaliter producta, propter mutam et liquidam breviari non possunt ullo modo: hoc enim significat condicio apposita, si talis syllaba positione longa sit, accentum in antepenultima mutari.

3. Sed natura exemplorum penultimae longae sunt, sicut quidam volunt, qui putant ea derivari a verbis secundae coniugationis, a secunda scilicet persona imperativi modi quae est producta, ut teneo tenes tene tenebrae, lateo lates late latebrae. Accentus igitur ante penultimam non mutatur. Sic etiam a verbis primae coniugationis aestimant fieri, lavo lavas lava lavacrum aratrum ventilabrum. Et a tertia coniugatione terebrum, et siqua sunt similia: quae etiam absque ulla regula, seu graeca sint seu latina, eodem modo pronuntiant, ut theatrum, feretrum, pharetra, cathedra. Quorum omnium nominum et reliquorum similium, si penultimae natura longae sunt, nec etiam in metro breviari possunt. Sed teste Donato falsum est quod praecedit; falsum ergo est et quod sequitur. Illa vero his similia quae

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

per syncopam perdunt unam litteram, semper servant teste Martiano in eadem syllaba accentum quem prius habuerant, ut manipulus maniplus, venabulum venablum. Denique de his, quae a nominibus fiunt, auctor est Priscianus quod nominativo primitivi aliquando ultima subtrahitur, et additur ·bris·, ut possit esse mulier muliebris, et salus salubris, quod etiam nominativum saluber protulisse veteres, ostenditur hoc versu " Phoebe saluber ades ". Unde conicitur quod satis regulariter eius penultima producitur, dum de nominativo producto ipsum solum habetur. Nam syllabam naturaliter productam nusquam in metro correptam me legisse memini, nisi per figuram systolen; excepto quotiens vocalis ante vocalem producitur, ut illius, unius, diei, speciei: siquidem verbalia feminini generis producta, ut supra dixi, nullo modo invenietis corripi eorum extrema syllaba, quoniam ·t· habent ante ·rix· praeteriti participii desinentis in ·tus·

4. A quibus oriuntur ista verbalia, ostendam vobis regulas. Exceptis ·IIII· participiis, quae sunt satus ratus status datus, reliqua omnia habentia ·a· ante· tus· in praeterito producuntur, ut amatus, unde amator amatrix. Inveniuntur producta participia quae habent ·e· ante· tus· ut recensetus. Unde Prudentius in passione Hippolyti martyris " cumque recensetis constaret partibus ille ". Si vero ·i· ante· tus· habuerit, ubique penultima corripitur, nisi veniat a verbis quartae coniugationis, ut domo domas domitus, moneo mones monitus, audio audis auditus, condo condis conditus: unde masculina domitor monitor auditor conditor. Ex his feminina domitrix monitrix au-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ditrix conditrix. Producuntur in tertia coniugatione oblitus quaesitus tritus petitus et cupitus, et quae ex his componuntur. Notandum tamen quod oblitus, si a verbo componitur quod est lino, corripitur. Et in quarta tantum corripiuntur duo, queo simul et eo, et quae ex his componuntur, ut eo itus, exeo exitus, ex quibus verbalia non legi. Denique si ·ū· ante ·tus· habuerit idem praeteritum, tunc eiusdem praeteriti penultima fit brevis, si a verbo ruo compositum fuerit, ut eruo erutus, obruo obrutus. In reliquis producitur, ut induo indutus, exuo exutus, adiuvo adiutus, unde adiutor et adiutrix. Quod si ·o· ante ·tus· extiterit, semper erit longa, ut moveo motus, foveo fotus, lavo lotus, quod et lautus facit. Tandem ex huiusmodi regulis scire potestis quod naturaliter productas syllabas penultimas propter mutam et liquidam nulla necessitas metri corripit, cum omnes tales naturaliter correptae produci possint. Quapropter Donati vel Prisciani potius regulis dare operam suadeo, quam audacibus iuniorum inventis ex improviso, et dicere in prosa penultima correpta candelabrum delubrum aratrum lavacrum et si qua sunt similia, praeter illa quae excepta sunt, et unum nomen october, ut postmodum queatis producere metri necessitate.

5. De nomine quod est mulier requisistis, quo accentu eius genitivus debeat pronuntiari: de quo sciendum est quod quamvis eius penultima brevis sit, euphoniae causa solet acui, sicut et verba calefacio calefacis. Cum enim omne nomen dissyllabum et deinceps in ·er· desinens brevietur, si genitivus eius supra duas syllabas excreverit, semper penultimam corripit,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nisi positio adsit, aut penultima nominativi naturaliter producta sit, ut october, saluber, equester. De pronomine quoque, ut quibusdam placet, quod est alter alterius, cum sequatur regulam pronominum ·ius· desinentium, quae in prosa penultimam producunt, hoc solum excipitur, propterea quod solum duas syllabas plus habet in genitivo quam in nominativo. In quinta quoque declinatione unius genitivi trissyllabi penultimam corripi in prosa sciatis, ut fides fidei; quia non habet ·i· ante ·e·, sicut habent reliqua trissyllaba genitivorum declinationis quintae.

6. Verba quoque proposita, quae sunt irrito, assevero, persevero, radico, et ex eo compositum eradico, relego, et allego, instigo, et subrepo, notate semper penultimis productis. De eo quidem quod est irrito Virgilius sic ait in ·X· "irritatque virum telis et voce lacessit"; licet quidam vitiose scriptum legant "irritat atque virum telis", quod nullo modo posse fieri, ordo praepositivae coniunctionis ostendit. Et idem Virgilius in ·IIII· "illam terra parens ira irritata deorum". Nec vos turbet quod irritus irrita irritum penultima correpta dicimus, ut idem Virgilius in ·V· "ante locum et variis adsultibus irritus urget". Idem in ·X· "irrita deflexit partim stringentia corpus". Quod assevero ditrochaeus sit, sicut et persevero, ex nomine agnoscitur, quod est severus, ex quo tractum videtur. Est enim severus amphibrachys teste Prudentio in psychomachia "fronte severus adhuc, et multo funere anhelus". De eo quod est radico, sciendum est, quod sicut fiunt verba ex obliquo casu nominis neutri generis, ut munus muneris, munero muneras, et decus

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

decoris, decoro decoras, unde Flaccus " ac bene nummatum decorat suadela Venusque; sic etiam index indicis, indico indicas, fornix fornicis, fornico fornicar, cornix cornicis, cornico cornicar unde Persius " nescio quid tecum grave cornicaris inepte ,, et radix radicis, radico radicas: unde est illud " radicet altis sensibus ,,. Est enim dimeter iambicus, qui in ambrosianis (1) primo loco semper iambo vel spondaeo est contentus. Ut vero penultima corripi putetur, Phocae auctoritas compulit, qui ipsum nomen inter correpta excipit, licet producta ubique inveniri possit, ut Virgilius " aut Ida in magna radicibus eruta pinus ,,. Horum namque quattuor, quae protuli, duo penultima genitivum corripiunt, id est index et fornix: duo producunt, id est cornix et radix. Relego et allego notate quod si a verbo primae coniugationis ponantur, semper penultima producitur; sin a tertia coniugatione gaudet correptione (2) unde est culpam releget lubricam. Est quoque hic dimeter iambicus, cuius secundum locum semper sibi vindicat iambus. Nam lego legas, quod est legatione fungor, unde legatus missus, longam habet le, lego vero legis in quacumque alia significatione correptam, sicut et ligo ligas, unde religatus id est iterum vinctus. Quomodo pronuntiandum sit instigo, Virgilius ostendit in V. " instigant studiis, resonat clamoribus aether ,,. Eodem modo investigo, castigo, inspico. Subrepo quoque, si a verbo quod est repo componitur, productione laetatur; sin a rapio, corripitur: et illud praeteritum subrepsi, istud facit subripui.

(1) Hymnis scilicet.
(2) Cod. *productione*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

7. Exaro, denoto, penultimas corripiunt, ut Virgilius in primo georgicon "nudus ara sere nudus,,. Et Horatius "paterna rura bobus exarat suis,, qui versus trimeter est iambicus totus solis iambis compositus. Demeto, demoror, penultimis correptis. Horatius "accidit ut quidam testes caudamque salacem demeteret ferro,, Virgilius in X. "Turne sed infelix Teucros quid demoror armis,,. De eo quod est exhalo Lucanus in quarto "exhalat nebulas quicquid concrescere primus. ,, Et de eo quod est mano Virgilius in .III. "tum gelidus toto manabat corpore sudor.,, De eo etiam quod est infidus et getulus: Lucanus in IIII. " infidusque novis ducibus dubiusque priori ,, Et " inculto getulus equus.,, Diffidit, discidit, si a findo vel scindo composita sunt, penultimam corripiunt. Horatius "diffidit urbium portas vir macedo, et subripuit aemulos,,. Est enim diffidit urbium choriambus cum pyrrichio; deinde sequitur versus asclepiadeus. Idem Horatius glyconico versu "nequicquam Deus abscidit. ,,

8. Nec vos latet, quod omnia praeterita participii desinentia in .sus. penultimam producunt, ac a verbis secundae et tertiae coniugationis veniunt; ex quorum secunda persona praesentis temporis agnosci poterit eiusdem participii penultima natura an positione sit longa, quoniam nisi in illius secundae personae penultima positio sit, in praefato participio numquam erit: exceptis sedeo, fodio, quatio, patior, pateo, careo, maneo, et cedo, quod est locum do, et quae ex his componuntur. Et positione producuntur mordeo morsus, findo fissus: natura vero, caedo caesus, fido fisus, et alia plurima, quae idcirco proposui ut non

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

solum scripto, sed etiam sono distinguatis, fisum et fissum, caesum et cessum, ferum et ferrum, pyrum et Pyrrhum, et si qua sunt similia; quia fortius sonat omnis consonans in medio unius partis repetita, quam cum est sola. S autem quae in media parte simplici numquam finit syllabam consonante sequente (sicut nec ·C· nec ·P· nisi cum ipsae se praecedunt) tam levi sono ubique sola exprimitur, ut aput Graecos, auctore Prisciano, pro ea aspiratio nonnumquam scribatur, ἡμισυ pro semis, ἓξ pro sex, ἑπτὰ pro septem. Inter duas etiam partes cum ·S· praecedit, ut Deus summus, ne nimius sibilus sit, prior S· sonum perdit, quae et eo loci sequente vocali interdum synaloepham facit. Virgilius in XII· "inter se coiisse viros, et decernere ferro„. E contra illa canina littera ·R· semper aspere sonat, nisi cum in media parte orationis post vocalem inchoat syllabam.

9. De mutis, quae quamlibet syllabam vel partem cuiusque linguae possunt terminare, dicendum est in commune quod satis iuste agunt qui ipsis eundem sonum in fine partium tribuunt, quem dum semet ipsas praecedunt, primae habere possunt, ut Obbaob, Iob, occidit, haec, illac, addo, ad, illud, agger, Agag, merop, attinet, amat, docet. Sed ·T· in eadem syllaba, praecedente consonante, sonat expresse ut fest, est, et nonnumquam sine consonante causa differentiae, maxime dum sequitur vocalis in altera parte orationis. Nos quia humanus spiritus tres earum sine aspiratione leves cum aspiratione asperas facit, id est C, P, T, quarum medium optinent tres reliquae ipsarum mediarum voces in dictionibus positarum, exprimimus sono

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

levium, dum in finibus partium sunt. Nec mirum, cum inter has et illas tanta sit vicinitas, ut ad sonum ·C· et ·G·, prope eodem modo collidatur palato plectrum linguae: ad sonum, P, B, vix distinguatur pulsus in labrorum agitatione: ad sonum ·T· et ·D· satis parvam differentiam faciat, dum resilit a dentibus summitas linguae: sicque fit ut etiam per se positae inveniri possint, quandoquidem dicimus quingenti pro quincenti, et actus pro agtus, et scriptus pro scribtus, et attinet pro adtinet, et id genus plurima.

10. Constat igitur ex his quae dicta sunt ·C· et ·G· pene aequaliter pronunciari, sequente qualibet vocali. Sed tribus vocalibus, id est ·A· ·O· ·U·, eas sequentibus, omnibus ferme notum est, quod sonant in faucibus. Cum vero ·C· litteram sequuntur in eadem syllaba ·E· vel ·I·, trifariam solet pronuntiari, et nunc quidem ut fere videatur sonare ·G·, maxime ·S· praecedente, ut suspicio, suscepi, suscepit: nunc autem cum quodam sibilo, ac si ·S· illi haereat, ut cuius, coepit: quod magis solet fieri ubi ·T· profertur sono ·Z· in principio syllabae, ut laetitia, iustitia. Denique qui tertium modum addunt, sono quae vel qui, easdem syllabas pronuntiari decernunt, ut susquipio pro suscipio, et susquepit pro suscepit, et quivis pro civis: quod quam frivolum constet, omnibus vera sapientibus liquet. Cur enim scriptitant Latini sequor, sequeris vel sequere, sequitur; et non secor, seceris, vel secere, secitur, cum ab eo sit secutus? et qui cuius, vel quae cuius, mutatis primis litteris nominativi et genitivi, si ut isti garriunt ·ce· et ·ci· sonum habent ·que· et ·qui, maxime cum eidem litterae si-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

millima ·G· distinguatur vocalium mutatione? Siquidem vinco, vinci, vince, vincam, mutato cum vocalibus sono, dicimus; quemadmodum et lego, legi, lege, legam. Quod si post ·G· idem quis fecerit, proponimus unde sit imperitia notabilis; et stultum est dicere pingue pro pinge, et lingue pro linge, et ut Servio placet in IX· aeneidos ungue pro unge, unde et ungentum sine ·U· dicit esse cum ·G·; sicut et ·Q· tunc tantum pinguem sonum habeat, si ei ·V· ante alteram vocalem adhaereat, qua amissa, ·G· quidem permanet, sed ·Q· manere non valet; quin in ·C· transit, statim ut ·U· ante alteram vocalem perdiderit, ut sequor secutus.

11. Denique quoniam omnes consonantes, et praecipue mutae, velut exanime corpus iacent, quousque illas singulae vocalium pro suo nutu animando movent, certum est quod nonnumquam Romani superfluas litteras iudicent, quae hoc motu carent, ut H· K· Q. Sed ·K· et ·Q· figura et nomine a ·C· discrepant, cum sono vocis per ·A· et ·U· conveniant ·H· vero tantum metro utilis, semper absque ullo sono vocalibus praeponimus, ubi ascribenda videtur; et consonantibus, quibus apponenda est, postponitur, ut ab interiore spiritu pinguior proficiscatur. Est autem una semivocalis ·R·; mutae tres, quibus aspiratur, ut dictum est; de quarum omnium sono nemo dubitat, nisi fortassis tunc quando inter ·C· et ·E· vel ·I· interponitur nota aspirationis, ut Chereas et parrocchia. De qua re sciendum est, quia ut in latinis exemplaribus discimus, nostri interpretes si qua graeca latinis admiscuerunt, quae per ·K· graece scripta sua littera ·C· exprimerent, cum scriptura sonum mutavere, iuxta proprietatem utriusque linguae, ut

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Κύρος Cyrus, κοινὸν coena, κῆρας unde primicerius. Nec mirum, cum mutetur Θεὸς et dicatur Deus. Similiter πορφύριος purpureus. Quando vero ·CH· pro χ, sicut et PH pro Φ, et ·TH· pro Θ in aliquibus dictionibus scribunt nostri, certum est quod illae dictiones latinae non sint, et idcirco illas proferimus graecarum litterarum sonis, licet quidam figurarum similitudine decepti pronuncient ·x· pro ·χ·, et dicant arxe pro eo quod est α ρ χ η, et maxaera pro μαχαίρα. Quapropter cum graece scribitur Χ η ρ η α ς, ita profertur ac si scriberetur Kereas et παρροιχία quasi parroechia; quem tamen sonum mutat sigma, si pro illa sit χ posita ut σ χ η μ α·; quam vim et apud Latinos servat ·S·, apud quos ·ti· semper enunciatur sono ·ci· (1) si post illam in altera syllaba sequatur vocalis, nisi ipsa ·S· praecesserit, ut lectio, quaestio, testium, legentium; quam etiam ·S· duplicabant antiqui pro littera Z, quae ubicumque in extrema syllaba dictionis ponitur, eius penultima in prosa producitur, cum in metro communis habeatur.

12. De littera ·G· scitote quia si non sequatur ·U·, propter diphthongum non inpinguatur, ut lagoena, tragoedia. Sed aspirationes bene vos, Angli, pervidere potestis: habent sonum vestrae litterae, et qui pro Θ frequentius ·B· scribitis, sicut pro digammate effertis ·L· Ante consonantem quoque in eadem syllaba par sest, pro pars est, et feli xes pro felix es. Pupugit et tutudit in penultimis corripi non ignoretis. A tundo tunsus in conpositione perdit ·N·, obtusus et retusus,

(1) Hinc promiscua scriptura *otium*, *ocium*; *vitium*, *vicium* etc.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sicut et nanciscor nactus: dissero quoque perdit ·S· in praeterito disertus. Horatius " fecundi calices quem non fecere disertum ,,. Quod a cedo ita scribatur praeteritum, quomodo et a cado, videlicet cecidi, auctor est Priscianus, qui docet quod omnia verba quae crescunt in praeteritis, semper repetunt non solum primam consonantem, sed etiam primam vocalem primae syllabae.

13. Tandem dicendum est quod vitando cavenda est collisio quae solet fieri vel pronunciatione vel scripto ut ve (1) . . . t rex, pro eo quod est venit praesentis temporis tam in prima quam in secunda syllaba praeteriti, nisi illa prima vocalis praesentis temporis sit ·A·, ut tendo tetendi, posco poposci, tundo tutundi, exceptis pello pepuli, spondeo spopondi: nam si littera ·A· sit in praesenti, semper prima syllaba praeteriti in ·G· desinit; secunda vero modo in ·E· productam, modo in ·I· correptam, ut fallo fefelli, parco peperci, tango tetigi, cano cecini. Secundum analogiam cedo cecedi facere debuit, sed maiorum auctoritate tantum penultima diphthongus mutatur in productam ·I·, manente priore syllaba correpta, quae antecrevit, sicut in omnibus eiusmodi praeteritis; de quibus in commune speculandum est, quod si componantur pro voluntate scriptorum, inveniuntur eadem antecrescentem syllabam servare vel perdere: nos tamen quid magis in usu sit debemus perspicere. Horatius " spectatum (2) meritis diram qui contudit hydram. ,,

(1) Verba aliquot perierunt propter abscisam codicis membranam.

(2) Cod. *speratum*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

14. Quia de verbis requisistis, quae sunt fulgeo, mulceo, ferveo, strideo, oleo, tueor, coniveo, sedeo, pendeo, cieo, frendeo, degeo, excelleo, tergeo, cum apud poetas secundae et tertiae coniugationis legantur, quam earum coniugationum in prosa magis tenere conveniat; vos scire volo quia VIII. prius proposita coniugationis secundae regulam servant in praesenti, reliqua deinde coniugationis tertiae, exceptis cieo et pendeo, quorum primum, vel simplex vel compositum, nunc est coniugationis secundae, nunc quartae, quod ostendunt passivi praeterita, quorum penultima est correpta vel producta. Pendeo vero simplex a suspendendo, est secundae; et a solvendo, tertiae: quamvis compositum in prosa numquam dicatur secundae, sicut nec a sedeo tertiae, nisi tantum consido. Et notandum, quod sedeo, vel simplex vel compositum, sub tertia coniugatione gaudet penultima in ·s· desinente producta, ut sido.

15. De prima quoque et secunda persona plurali praeteriti perfecti, et futuri coniunctivi modi, quas si bene memini semel tantum in metro, et hoc in Virgilio legi, hanc regulam esse sciatis, quod excepto tempore praesenti indicativi modi quartae coniugationis, et secunda persona plurali praeteriti eiusdem modi, in omni modo vel coniugatione ·i· ante extremam litteram in secunda persona singulari, et ante novissimam syllabam primae vel secundae personae pluralis, ubique brevis sit, nisi tantum sis, simus, sitis, velis, velimus, velitis. Nec mirum, cum omnia verba in eisdem locis ·A· vel ·E· habentia longa sint, praeter unum quod sive simplex sive compositum sit ·da· ante penultimam ubique corripit, ut damus circumdamus: et aliud quod

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

est ·es·, et ex eo composita, in secunda persona breve est. Nos tamen regulam ob id in praefatis temporibus coniunctivi flocci pendimus, quia in metro semel inventam Servius per systolam tradit legendam. Meam denique reprehensionem non pudet vobis exponere, qui cum aliquando cuidam fratrum vestrati proferenti ex libris moralibus myrmicoleonta assensum praebuissem, sannam passus reticui. Sed tamen ille si animadvertisset in eodem libro genitivum mirmicoleontis, non negaret nomen appellativum desinere in ·on·, cuius genitivus etiam simplicis more greco ·T· assumit, ut leon, leontis.

16. Haec in ·on· terminantia graeca, quae apud illos penultimam genitivi producunt et corripiunt, aliquando more latinorum nominum apud nos in ·o· desinunt; et tunc eandem litteram servando, in obliquis casibus producunt; quam, nisi sequeretur ·T·, corriperent, si a nominativo in ·on· terminante venirent, ut Simon, et Simo, Sidon et Sido. Virgilius in primo " sidoniam puer ire parat mea maxima cura. „ Idem in IX: " cratera antiquum quem dat sidonia Dido. „ Cratera, statera, panthera, seu graece seu latine declinentur, penultimas productas invenio, veluti in superiore versu Virgilii. Accusativus graecus tertiae declinationis, frequenter desinit in ·A·, aëra, aethera. Similiter auctore Prisciano omnia graeca in ·A· desinentia, et diphthongo antecedente, si ad latinam declinationem inflectantur, mittunt eandem diphthongum et in ·ei· vel in ·i· productas, Calliopeia Calliopea, comoedeia comoedia. Sed cum in metro ·i· corripiatur, in prosa tamen naturalem servat accentum, excepto uno nomine Alexandria,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quod et Alexandrea facit, unde producta penultima dicimus psalmodia, melodia, ut saltem ex hoc graeca esse intelligantur. Metri causa tamen brevia sunt. Horatius in poetria " effutire leves indigna tragoedia versus ,,. Eadem dicta sint de his et similibus, spondaeus, Matthaeus, platea, Nicaea, quae non esse latina monstrat pronuntiatio ipsa. Extra hanc regulam sunt ecclesia, neomenia, et siqua sunt similia. Simili modo Heliodorus, Polydorus. Virgilius in III. " fas omne abrupit, Polydorum obtruncat et auro ,,. Iuvenalis " tonsoris Licini (1) damno rapit Heliodorus ,,. Sic et reliqua Pandorus, Cassiodorus. In ·or· vero propriam penultimam genitivi habent correptam, ut Castor Castoris, Nicanor Nicanoris.

17. De eo quod est bos, scitote quod dativus et ablativus plurales tertiae declinationis formantur a genitivo suo singulari, interposita ·bu· ut pater, patribus: similiter, bos, bovis, bovibus, cuius prima syllaba brevis dum syncopam patitur, prolongatur. Virgilius " ille meas errare boves. ,, Horatius sapphico versu, cuius secundo loco est spondaeus " quaeque vos bobus veneratur albis ,,. Putatur tamen mutare ·O· in ·U· dum producitur, et hinc buculam et bucolica carmina per ·U· productam scribenda. Os ossis, et ossum ossi, declinaverunt antiqui, et ideo ut sit differentia singularis et pluralis numeri, per duo ·U· scribunt moderni. Nec mirum cum Virgilius sola causa metri dixerit in VIII· " alituum pecudumque genus sopor altus habebat ,,. Nec hoc recedat a vestra memoria

(1) Notemus egregiam lectionem *Licini*, pro spuria et absurda *tantum* quae obrepsit in ed. Iuven. sat. VI. 372.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quod nomina trissyllaba et deinceps, quorum extremae syllabae incipiunt ab ·N·, penultimam habeant longam ·A· vel ·E· vel ·U· terminatam, ut Garganus, tribunus, terrenus. Excipiuntur tantum sagana, lagana, orphanus, Salamon.

18. Solet quaestio fieri in libro Machabaeorum quae constructio sit - et meminerit testamenti sui quod locutus est ad Abraham, Isaac, et Iacob servorum suorum fidelium - quasi dicere debuisset, ad Abraham, et ceteros suos fideles servos. Sed dicimus quod zeugma est, ut sit - meminerit testamenti sui quod locutus est - et cetera; et - meminerit servorum suorum fidelium. - Illa etiam constructio " et sermonem quem auditis non est meus „ similis est " urbem quam statuo vestra est „ - " lectionemque quam audistis vobis prodest. Quae licet soloecismo sit notabilis, hypallagem tamen figuram exigit; ut illud " caesarie caput ille niger, Pie, talia dicta, - cui relegendo placent quos facit ille modos „.

19. Comparationum gradum dicunt grammatici servire semper ablativo casui: sed in opusculis Augustini legi, quod si rebus propositis eundem casum comparativus iunxerit, extra ipsas res erit quod idem gradus intulerit, ut puta sint tres docti: si requiris quis eis doctior sit, quartum procul dubio tibi reddi cupis: sin per genitivum quis eorum sit doctior investigas, unum ex his tribus doctiorem scire desideras. Quocirca, ut idem doctor ait, cum nominentur tres virtutes, fides, spes, charitas, melius est dicere neutraliter, maior horum quam maior his est charitas, ut non quartum aliquid introducas, sed in rebus propositis quid

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

maius sit secernas Unde Martianus in Philologiae nuptiis, maior filiorum Prognoes, inquit. In Dei palinodia quam composuit Hilarius pictaviensis, non iuxta quorumdam imperitorum errorem " suscepisti „ sed potius " suscepturus „ legendum est " tu ad liberandum suscepturus hominem „ Futurum enim participii activi cum eiusdem significationis verbo iunctum, suggerit consequentiam cuiusdam competentis ordinis conditionaliter, ut vix possibile sit alterum fieri, nisi alterum praecesserit, ut " visitaturus fratres anglicos, maxime Os (1) archiepiscopum, non horrui maris periculum „. Lucanus " insiluit solo nociturus pondere puppi „. (2)

20. Sicut lustrum dicebatur spatium quinque annorum, quo lustrabatur urbs, et ab omnibus gentibus solvebatur tributum, ita etiam olympias dicitur spatium quatuor annorum, quod inventum temporibus Oziae sacerdotis exigebat, ut hoc spatio peracto solverent ludos Iovi olympico. Unde et Dominus fertur centesima nonagesima tertia olympiade natus; et in libro de laude virginum ducentesima sexagesima septima olympiade fuisse Diocletianum novimus persecutorem christianorum. A prima enim olympiade quicquid factum dicitur per quaternarium multiplicata, numeri summa manifestatur, sicut in chronicis dicitur.

21. In fide quoque catholica quam assertor veritatis, edidit Athanasius post multas persecutiones repertus per omnia orthodoxus, unus versiculus ita le-

(1) Scilicet Oswaldum, monasterii ad quod in Angliam venit Abbo fundatorem. Videsis Mabill. annal. Bened. T. IV. p. 26.

(2) Hic articulus 20, quomodo ad quaestiones grammaticales pertineat, non video.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

gendus est " spiritus sanctus a patre et filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens " licet multi pro simplicitate intellectus sui conentur abradere id quod est " nec genitus „ propterea quod apud alios catholicos saepe legitur " spiritus sanctus nec genitus sed procedens „ licet multi " nec ingenitus, sed tantum procedens „. Qui correctores si recurrerent ad interiorem logicae considerationem, profecto pervideren in utraque assertione stabilem fidei firmitatem. Habet sane eadem fides in divinitate trinitatis quod alia sit persona patris, alia filii, alia spiritus sancti, quas proprietatibus informant catholici, non diversas temporibus aut locis. Nam quod pater non est factus nec creatus, commune est ei cum filio et spiritu sancto: quod vero non est genitus, commune est cum spiritu sancto, sed non cum filio: quod autem filius est genitus, differt ab eo pater et spiritus. Cum ergo pater sit ingenitus, filius genitus, spiritus vero sanctus nec genitus nec ingenitus, constat quia nec pater nec filius qui neutram earum personarum differentiam sortitur. Sed si spiritus sanctus non est genitus, ait aliquis, procul dubio est ingenitus. Quod non ita esse, cum Aristotelis sententia reclamat locutio consueta, qua nos patimur etiam ab inimicis levius, non esse sapientes, quam insipientes, dici; et non esse iustos potius quam iniustos, cum palam omnibus causa humilitatis id ipsum profiteatur. Quis enim aegrotus cum sciat se non esse sanum, patienter audiat se esse insanum? Sic fit ut quaedam absque privatione negata, vera sint; quae privatorie affirmata, vera esse non possint; quibus tamen privatoriis si hyperbatice superveniat ne-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

gatio, restituit ea veritati aliquando. Nam dum dicitur de quolibet, non est sanus, addubitat aliquis utrum insanus velit intelligi : id enim possibile est consequi : et idcirco a dicente necessario subiungitur, quia nec sanus est nec insanus. Similiter ergo dum dico spiritum sanctum non esse genitum, quantum ad veritatem sufficit : sed ad ansam calumpniae solvendam proficit, si nec genitum, nec ingenitum esse tractatus patefecerit : siquidem privatio exigit negationem; negatio vero privationem necessario nomine, quia non omne quod non videt caecum est, cum omne quod caecum est non videat : et non omne quod iustum non est iniustum est, cum omne quod iniustum est necessario constet quod iustum non est.

22. Denique cum talia plurima suppetant argumenta, satis sit ostendisse in numeris, quorum doctrinalis sententia multipliciter suggerit rationes physicas. Constat nimirum quia numero Deus impare gaudet; qui trinitatis suae assertor extitit, dum omnia in numero, mensura, et pondere constituit. Et ideo trinitatis quodammodo differentiam per trium imparium se, paribus intermissis, sequentium censeo naturam discutiendam; quorum primus sit quinarius, secundus septenarius, tertius novenarius, inter quos duo intermissi signant duplicem naturam unius Iesu Christi, quoniam ille VI. ex primo impari duplicato perfectus existit: hic IX. vero ex primo pari quadruplicato diminutionem recipit sub ostensione cubicae quantitatis, ut perfectum Deum innuant paulo minus minoratum ab angelis sub forma servi. Cum itaque infra denarium, excepto septenario, omnes numeri aut gignant aut gignantur, horum prae-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

scriptorum imparium primus gignit, sed non gignitur: secundus nec gignit, nec gignitur: tertius autem gignitur, sed non gignit: quorum singuli quibus conveniant personis nemo dubitat fidelis: maxime cum gentium philosophi propter supra dictam causam septenarium Minervae adtribuerint, et nos illi sapientiae, quam numerando constat, numquam simplicem non esse.

23. Sed quia de his, ut mihi visum est, satis disserui in libellulo quem precibus fratrum coactus de numero mensura, et pondere olim edidi super calculum Victorii (1), idcirco hic plura dicere supersedi, ne prolixitas karitativae epistolae fastidium ingereret lectoris ignaviae. Unde quodam compendio evisceratis obiectarum quaestionum intimis, quas vestra fraternitas perlegendo discutiat, discutiendo perlegat, terminum his imponere decrevi; maxime quia disputando perveni ad eum qui est initium et finis. Valete.

(1) Prolixum est neque adhuc vulgatum hoc Abbonis opus, quod ego quidem in antiquo codice lego, et aliquando editurus sum. Perbonam interim in eo legendo hausi notitiam, quod nempe Abbo et Virgilium grammaticum, a me nunc vulgatum, prae manibus habebat, et quod eiusdem patriam Tolosam esse sciebat, nobisque insciis gratissime patefecit. Sic enim Abbo: *scripulus appenditur ·XVI· granis lentis, licet* VIRGILIUS TOLOSANUS *in suis opusculis asserat pensari ·XVIII· granis hordei, annumerans tria grana singulis siliquis.* Quod autem supradictum testimonium in editis a me Virgilii epistolis grammaticalibus non occurrat; nil mirum, namque et alia exstitisse Virgilii scripta de re grammatica scimus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

DE DUABUS PAPYRIS AEGYPTIACIS GRAECE SCRIPTIS.

Vaticanam graeco sermone scriptam papyrum praecedente in volumine edidi: nunc autem duas alias lectoribus meis lubens obiicio, quas ut publica luce impertiar concedit mihi V. C. Demetrius Papandriopulus, cuius erudita industria ac merito ex Aegypto Romam cum aliis plurimis priscorum temporum monumentis adlatae fuerunt. Atque haec mihi editio singulariter iucunda accidit, quia tum vaticanae tum duarum harum unus idemque auctor est, querelarum videlicet apud eundem regem delator; quo fit ut vaticanae papyri ambiguam apicibus nexibusve lectionem Παυισίου, nunc verissime corrigam Γλαυκίου. Insuper, quum duae novae papyri ad Ptolemaeum philometorem mittantur, sequitur ut vaticana quoque papyrus ad eiusdem regis, id est ad sexti non ad noni Ptolemaei, aetatem pertineat. Vaticana igitur papyrus anno Philometoris XIX, ante Christum CLXIII, scripta fuit: antica autem Papandriopuli papyrus anno Philometoris XXV. (quo anno posticam quoque scriptam apparet) ante Christum CLVII. Ergo sexennio invicem distant. Est igitur trium a me editarum Aegypti papyrorum summa prorsus antiquitas: nam neque taurinenses, quum tot numero sint, supra Philometoris tempora assurgunt. Rursus illud quoque auctorem unum libellorum esse demonstrat, quod in vaticano ait auctor, decurrente anno regni XIX, se decimum iam annum in custodia templi exegisse; ergo is anno Philometoris regnantis decimo munus illud auspicatus fuerat: nunc autem novi libelli auctor ait, se in templi custodia iam inde ab anno regni decimo suscepta perdurare.

Duarum quae nunc vulgantur papyrorum argumentum unum est, nedum persimile, etsi diversis saepe verbis explicatum. Quum tamen multa in utraque papyri facie verba eadem sint, percommode mihi accidit, ut laceras vel evanidas in una papyri pagella litteras vel dictiones, ope alterius haud aeque evanidae plagulae supplere potuerim. Si qua vero semel aut iterum arbitratu meo explenda lacuna fuit, eam circumpositis uncis conclusi. Immo vix dubito quin postica papyrus, rude ac primitivum (*la minuta*) supplicis libelli exemplar sit. Id mihi certe satis sua-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

det opisthographae scripturae genus informe in longioribus versibus, cum lituris aliquot, nec non vocabulis inter lineas adiectis. At in antica papyro scripturae totius forma speciosa est, veluti primae papyri taurinensis, quadrata propemodum, sine ullis lituris, et in tria arctiora latercula ob maiorem legentium commoditatem digesta. Porro trium scripturarum (vaticanae inquam et duarum in praesenti editarum, quae omnes intra sexennium, ut dixi, exaratae fuerunt) cum diversitas tanta sit (etenim vaticana distorta atque inclinata est; novarum autem, postica quidem, ut dixi, festinanter rudiusque scripta, antica vero ad calligraphiae normam exacta;) haec res, inquam, satis denuo demonstrat quam sit fluxa fallaxque antiquariorum illorum regula, qui de diversis scripturarum generibus diversitatem aetatem ac saeculorum confidentissime augurantur. Neque vero aliquis putet, inspecta editione mea, scripturam veterem accentibus et adspirationibus esse praeditam, aut interpunctionibusve distinctam: nihil enim huiusmodi in papyro visitur; verum omnia continuis ductibus priscisque formis scribuntur; non sine multis legendi salebris propter laceras, ut dixi, papyri lacinias, et ob inductum atramento, per viginti saecula, in postica praesertim parte, pallorem.

Papyrorum igitur aegyptiacarum sive graece sive aegyptiace etiam loquentium, etsi permultae iam in Europa divulgatae sunt, exilia sane argumenta et vulgaria sunt. Nam leviuscula gens aegyptia superstitionum infinitarum absurditati dedita, tyrannis persaepe oppressa, patriis victisque institutis omni tempore circumscepta, neque Graecorum, neque Latinorum, neque orientalium quidem populorum litteraturam aequiperavisse videtur. Poëtas igitur inauditos, oratores, historicos, philosophos, variarumque artium ac disciplinarum professores a niloticis papyris expectare quis ausit? Et siquid forte paulo eruditius vel iam lucem aspexit, vel speratur, id litterariis ceterarum gentium copiis leve, ut puto, pondus adiiciet. His de aetate, argumento ac palaeographia, papyrorum harum dictis, finem huic praefatiunculae imponendum censeo: nam siqua praeterea ad singulos locos observanda sunt, ea in scholiis dicere praestat.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

PAPYRI PARS ANTICA

IN TRIBUS LATERCULIS SCRIPTA.

Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ ϗ βασιλίσσῃ Κλεοπάτρᾳ
τῇ ἀδελφῇ θεοῖς φιλομήτορσι
χαίρειν
Πτολεμαῖος Γλαυκίου μακεδὼν
5. ὁ ἐν κατοχῇ ἐν τῷ πρὸς Μέμφει
μεγάλῳ σαραπιείῳ ἀσαρτείῳ
ἀπὸ τῆ ῑ L.

Ἀναβάντος σου εἰς τὸ σαραπιεῖον ἐν τῷ κδ L
θωυθ β, ἐνέτυχόν σοι δια᾽ τ᾽ θυρίδος δια᾽ τὸ μὴ
10. δύνασθαι προσκαταβῆναι, ὑπέρ τε Ἀπολλωνίου τοῦ
νεωτέρου ἀδελφοῦ, ὅπως φέρηται ἐν τῷ στρατιωτι-
κῷ, ϗ ὑπὲρ τῆς ἀσαρτείου ἐν ᾧ εἰμι ἐν κατοχῇ ἀπὸ
τοῦ προγεγραμμένου χρόνου, ἀξιῶν ἵνα μηθεὶς τῆύ τε
ἱερέων ϗ παστοφόρων μηδὲ ἄλλος εἰσβιαζόμενος
15. ἐνεχυράζῃ, μηδέ με ὑβρίζῃ, δια᾽ τὸ εἶναι τοῦ ἐν τῷ
ἱερῷ πονηροὺς, καμὲ πολιορκεῖν ἕνεκα τοῦ ἑλληνά με
εἶναι, ἵνα βοήθειαν ἔχω ϗ προσάτην· νυνὶ ᾗ ὁ προ-
[γεγραμμένος] Ἀπολλώνιος εἰς τὴν ἐν [a] Μέμφει [κατο-
χὴ]ν πρώτην ἐντέταλται, ὑπὸ ᾗ τοῦ ὑπηρετῶν πρε-

(a) Cod. .εμ.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

INTERPRETATIO.

Regi Ptolemaeo et reginae Cleopatrae sorori
diis parentis suae amantibus
Ptolemaeus Glauciae filius macedo, qui astartidei sacelli
apud Memphim in magno serapeo custos est
ab anno regni decimo,
salutem.

Venienti tibi in serapeum anno regni XXIV, die secunda thouth, libellum ego obtuli in ianua, quia mihi ulterius procedere non licebat, rogans pro Apollonio fratre meo iuniore, ut militare stipendium accipiat, itemque pro Astartes sacello cuius ego a supradicto tempore custos sum; orans, inquam, ut praesidium defensoremque habeam, ne quis sacerdos aut pastophorus vel quilibet alius bona mea pignori capiat, neque contumeliam faciat: sunt enim in templo homines improbi, qui me propterea quod graecus sum circumveniunt. Nunc vero, quoniam Apollonius in primam apud Memphim *custodiam* adscriptus fuit, et a famulis ad ministeria cogitur, iam in obse-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

20. σπᾶται εἰς τὰς λειτουργίας, κοὐκ ἐᾶται θεὶ ἐμὲ γίνεσθαι, οὗ χάριν βάσιλευ σὲ ἠξίωσα. Οἱ γὰρ πολιορκοῦντες με ὁπηνίκ' ἂν ὁπιγνῶσιν διότι ἀπέσταλται ὁπ' λειτουργίαν, τὸ τηνικαῦτα εἰσβιαζόμυοι πολιορκοῦσι. Ὑβρισθέντος γάρ μυ ἐν τῷ
25. κε L ὑπὸ πλείονων, ὥστε καὶ δεῖ' ἡ θυρίδος λιθοκοπετεῖσθαι, ὑπὲρ ὧν ἀναβάντος Ποσειδωνίου τοῦ ἀρχισωματοφύλακος καὶ σατραπεύοντος μυ τῇ ι τοῦ φαρμουθι τοῦ αὐτοῦ ἔτους, προσκαλεσάμυος αὐτοῦ ἐπέπληξεν. Διὸ ἀξιῶ, ἥλιε βά-
30. σιλευ, μὴ ὑπεριδεῖν με ἐν κατοχῇ ὄντα, ἀλλ' ἐὰν φαίνηται προστάξαι γράψαι Ποσειδωνίῳ τῷ ἀρχισωματοφύλακι καὶ σατραπεύοντι, ἀλειτούργητον αὐτὸν ποιῆσαι, ἵνα θεὶ ἐμὲ ᾖ. Ὑμῖν δὴ ἥ τε Ἴσις καὶ ὁ Σάραπις οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν κυριεύειν
35. διδόασιν πάσης χώρας ἧς ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν διαπαντός.

Εὐτυχεῖτε.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quio meo esse non sinitur is, cuius gratia tuam, o rex, opem imploraveram. Nam qui me circumveniunt, statim ac illum ad ministeria missum intelligunt, me vi obsident. Quamobrem anno xxv. quum a compluribus iniuriam paterer, ita ut lapidibus quoque contra ianuam iactis appeterer, advenienti Posidonio praetorianorum praefecto et duci, supplicem libellum obtuli die pharmuthi decimo eiusdem anni: atque is homines ad se vocatos castigavit. Oro te igitur, o sol rex, ne me in hac custodia versantem negligas; sed, si tibi videbitur, scribi iubeas ad Posidonium praetorianorum praefectum et ducem, ut immunem ministerio Apollonium faciat, quò mecum sit. Vobis autem liberisque vestris Isis ac Serapis deorum maximi, cunctis, quas sol cernit, regionibus dominari perpetuo tribuant.

Valete.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

IN DUOBUS LATERCULIS SCRIPTA.

Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ ϗ βασιλίσσῃ Κλεοπάτρᾳ
τῇ ἀδελφῇ θεοῖς φιλομήτορσι
χαίρειν
Πτολεμαῖος ὁ Γλαυκίου μακεδὼν
5. [ὁ ὢ]ν ἐν τῷ πρὸς Μέμφει μεγάλῳ σαραπιείῳ
ἐν κατοχῇ ἐν τῷ ἀσαρτιδείῳ [a]
ἕως τοῦ νῦν.

Ἀδικοῦμαι ὑπ' Ἀργείου ὑπηρετοῦ τοῦ Δεξιλάου
Δημέας· ἀποστερεῖ γάρ με τὰς σιταρχίας ἃς μοι
10. ἔδωκας βάσιλευ. Τοῦ γὸ κ[δL] ἀξιώσαντός σε
καταχαρίσαι μοι [b] τὸν ἀδελφόν μου Ἀπολλώνιον,
ϗ σὺ ὑπχαρίσαντος ϗ προσεθέντος τῇ Δεξιλάου
Δημέᾳ, ὁ προγεγραμμένος Ἀργεῖος ἀποσπᾷ αὐ-
τὸν ἀπ' ἐμοῦ εἰς τὰς λειτουργίας, ϗ τὰς σιταρ-
15. χίας μὲ ἀποστερεῖ [c], ὡς μ' ἔχοντός μου ἄλλον
προστάτλω δ[ι]ὰ τοῦ ἐν τῷ τόπῳ πονηρούς· οἵ τε
ἱερεῖς ϗ παστοφόροι ϗ ἄλλοι τινὲς ὁπωνίκ' ἂν ὑπ-

(a) In antica parte ἀσταρτείῳ Variam aeque lectionem ἀνουβίειον et ἀνουβίδειον recitavi ad papyr. vat. p. 446. (b) μοι superponitur. (c) Verba καὶ τὰς σιταρχίας μὲ ἀποστερεῖ superadduntur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

INTERPRETATIO.

Regi Ptolemaeo et reginae Cleopatrae sorori
diis parentis suae amantibus
Ptolemaeus Glauciae filius macedo, qui astartidei sacelli
apud Memphim in magno serapeo
ad hunc usque diem custos est,
salutem.

Iniuriam patior ab Argivo famulo Demeae Dexilai filiae, qui mihi stipendia a te, o rex, attributa subtrahit. Etenim quum anno XXIV. te rogavissem ut fratrem meum Apollonium mihi concederes; tuque concesseris, mandato ad Dexilai filiam Demeam misso, nihilo tamen minus praedictus Argivus Apollonium a me avulsum ad ministeria pertrahit, insuperque stipendia negat, quia me defensore omni spoliatum videt, propter eorum qui hoc in loco sunt improbitatem. Sacerdotes enim atque

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

γνῶσιν ὅτι κεχώρισαι ὑπὸ λειτουργίαν, ἀσχήσαντες τ̄ παντὸς, εἰσβιαζόμενοι ἐνεχυράζουσιν καὶ εἰς ἐμὲ ὑβρί-
20. ζουσιν, ὥστε διὰ τ̄ θυρίδος λιθοκοπετεῖσθαί με. Ὑπὲρ ὧν ἀναβάντος Ποσειδωνίου τ̄ ἀρχισωματοφύλακος καὶ στρατηγοῦ ἐν τῷ [b] φαρμουθι, ἐνέτυχον αὐτῷ διὰ τ̄ θύρας· καὶ ἀνακαλεσάμενος αὐτὸν ἐνέπληξεν [c]. Διὸ ἀξιῶ, ἥλιε βάσιλευ, μὴ [d] ὑπεριδεῖν
25 με ἐν κατοχῇ ὄντα, ἀλλ' ἐὰν σοὶ φαίνηται γράψαι τῷ Ποσιδωνίῳ ἐάσαι αὐτὸν ὄντα [e] ἀλυτούργητον, ἵνα [f] ὦσι ἐμὲ ῇ [g]· καὶ ἀναγκάσαι τ̄ ἀργύριον ἀποδοῦναι μοι τ̄ σιταρχίας τ̄ τε [h] προεληλυθότος χρόνου, καὶ εἰς τὸ λοιπόν με εὐτάκτως ἀπο-
30. δέχεσθαι ὀρθῶς καὶ δικαίως μετ̄ τ̄ εὐσπλαχνίας [k]. Σοὶ ἡ [i] Ἶσις καὶ ὁ Σάραπις καὶ [l] οἱ δώδεκα θεοὶ οἱ ἐν Ἡρακλέους πόλει δοίησαν κυριεύειν πάσης χώρας ἧς ὁ ἥλιος ἐφορᾷ καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν διαπαντός [m].

Εὐτυχεῖτε.

(a) καὶ superadditur. Verba autem εἰς ἐμὲ fortasse sunt deleta in papyro. (b) Ita videtur in codice, potius quam ἐν ι τοῦ. (c) Ita potius videtur quam ἐπέπληξεν. (d) Prima manu scriptum μή με. Mox με deletum, quia ponitur post ὑπεριδεῖν. (e) ὄντα videtur deletum, quia reapse redundat. (f) ἵνα superadditur. (g) Scriptum erat mendose ὄντα, cui vocabulo deleto superpositum fuit ῇ. (h) τε videtur in papyro deletum. (i) με superadditur. (k) De huius lectione vocabuli valde oblitterati diu dubitavi, et adhuc dubito. Num φιλανθρωπίας? Certe περὶ τῶν φιλανθρώπων, *de indulgentiis*, legem tulerat Philometor. Peyron. adnot. ad pap. I. taurin. p. 140. (l) καὶ superadditur. (m) Sequitur nescio quod deletum vocabulum. Deinde inferius εὐτυχεῖτε.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

pastophori aliique nonnulli simul ac illum intelligunt ad ministeria abductum, vana spe lusi, bona mea pignori capiunt, contumeliisque lacessunt in tantum ut lapidibus quoque fores meas appetant. Quamobrem ego advenienti Posidonio praetorianorum praefecto mense pharmuthi, occurri in ianua: ipse autem homines illos ad se vocatos castigavit. Oro igitur, o sol rex, ne me in custodia degentem deseras; verum, si tibi videbitur, scribas ad Posidonium, ut immunem ministerio Apollonium esse sinat, quò mecum versetur: cogat insuper illos ad reddendam mihi superioris temporis stipendiorum pecuniam; hancque in posterum rite iuste benigneque a me percipi curet. Tibi vero liberisque tuis Isis ac Serapis diique duodecim heracleopolitanae urbis praesides dominationem terrae omnis, quam sol aspicit, tribuant.

Valete.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ADNOTATIONES AD PAP. I.

V. 1. 2. Huiusmet tituli complura exempla in variis monumentis recitat V. C. Letronnius *recherches pour servir a l' histoire de l' Eygpte* part. I. cap. 3. Itemque V. C. Champollionius Figeacus annal. Lagid. T. II. p. 158. 160. et append. N. D.

V. 9. Θωυθ mensis primus aegyptius incipit die XI. augusti.

Ibidem. ἐνέτυχον Verbo ἐντυγχάνειν significari *precum oblationem* late demonstrat V. C. Peyronius ad papyr. I. taurin. p. 101. adn. Confer etiam pap. III. et IV. taurin.

V. 10. προσκαταβῆναι verbum dupliciter compositum; item v. 13. μηθεὶς pro μηδεὶς, innuunt dialectum alexandrinam.

V. 11. ὅπως φέρηται. Loci explicatio paulo mihi incertior est propter utriusque vocabuli varios significatus et constructiones.

V. 14. Pastophori, qui sacras aediculas in pompis Aegyptiorum gestabant; cuiusmodi saepe visuntur in pictis papyris. Sic apud Iul. Valerium a me editum de rebus Alexandri lib. I. 36. occurrunt Alexandro victori aegyptii sacerdotes una cum diis deorumque simulacris (sic enim malo legere quam *simulatis*) Confer eundem auctorem lib. III. 91. De pastophoris videsis quae ad Diodorum siculum I. 29. adnotat Wesselingius cum citatis ab eodem auctoribus.

V. 19. περισπᾶται. Eadem locutio notioque in papyro I. taurin. p. 4. v. 36. et p. 8. v. 1.

V. 23. εἰσβιαζόμενοι. In papyro I. taurin. p. 10. εἴπαμεν μὴ εἰσβιάζεσθαι. Item versio Danielis XIII. 19.

V. 26. Posidonius strategus in graeca inscriptione oasiensi apud Cailliaudum *voyage* etc. T. III. p. 358; sed nihil ad nos, quoniam oasiensis inscriptio sub Tib. Claudio imp. rom. posita fuit. Obiter dicam, mihi in gallica inscriptionis illius interpretatione p. 403. non admodum probari quod ἀναβολικὰ εἰληφόσι ἐκ τοῦ φίσκου explicetur *des personnes qui avaient obtenu des delais du fisc.* Nam quae sint ἀναβολικά, cognoscendum videtur ex latino vocabulo *anabolicarii*, quod legitur in titulo de excusatione p. 38. apud iuris anteiustinianei fragmenta vaticana a me edita. Si ergo, ut ex citato loco apparet, *anabolicarii* sunt *vectores*; ἀναβολικὰ credendae sunt *vectiones*, ab ἀναβάλλειν *transvehere.*

V. 27. ἀρχισωματοφύλαξ haud stricte intelligendum videri de

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

regii corporis supremo custode seu *praetorianorum praefecto*, sed latiore sensu ac ferme de *legato militari* seu quolibet *graviore officio*, recte docet demonstratque Letronnius p. 56. Item latiore sensu intelligendum esse στρατηγὸς, de *militari* scilicet aut *civili dignitate* sexcenta exempla declarant.

V. 27. Φαρμουθι octavus Aegyptiorum mensis die IX. martii incipiens.

V. 29. διὸ ἀξιῶ. Sic papyr. taurin. I. 7. VIII. 84.

V. 31. Formula ἐὰν φαίνηται in supplicationibus etiam apud Letronnium p. 319. Nec non apud Peyronium pap. I. taurin. p. 3. v. 8. et in adnot. p. 105. et pap. V. 19. VI. 20. VII. 11.

V. 34. Isis et Serapis θεοὶ μέγιστοι etiam in inscriptione citiensi. Letronn. p. 230.

V. 36. Philometor anno regni XVII. uxorem duxerat more Lagidarum Cleopatram sororem. Ergo anno XXV. merito memorantur nati liberi.

ADNOTATIONES AD PAP. II.

V. 8. Ἀδικοῦμαι. Sic incipit etiam libellus supplex in papyro vaticana, nec non in III. VIII. et XI. taurin.

V. 18. Κεχώρισται. Pari sensu in papyro I. taurin. p. 8. v. 10. κεχωρίσθαι *abesse*.

V. 31. De duodecim Aegyptiorum diis primariis, satis iam dixit Iablonskius panth. aegypt. prolegom cap. XXX, citato Herodoto.

V. 32. Ἡρακλέους. Prima littera evanida est in papyro, secunda videtur potius graeca Γ quam P. Sed quia reliquae perspicuae sunt, equidem aliter nequeo legere. Porro de aegyptia Heracleopoli magna itemque de parva legesis V. C. Champollionium iuniorem in opere de Aegypto sub Pharaonibus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

DE PAPYRO RAVENNATE.

Aegyptiacis ptolemaicorum temporum papyris ravennatem papyrum addo, quae ante hos annos curis meis in vaticanam bibliothecam (unde olim nescio quo casu excesserat) revocata fuit, ideoque V. C. Caietano Marinio decessori meo minime innotuit, cum suum papyrorum volumen componeret. Hanc papyrum Fulvium Ursinum quondam habuisse dominum, docet me catalogus ms. librorum codicumque eius in vaticana bibliotheca superstes, manuque ipsius subscriptus atque sigillo communitus. In eo sic Ursinus: *un papiro scritto in lettera romana, più antica della longobarda, dove è un privilegio di un Imperatore, che sottomette i vescovi di Romagna all' arcivescovato di Ravenna.* Reapse et Ughellius in epp. Rav. complura Imperatorum privilegia eius generis scribit ravennati ecclesiae concessa, itemque romanorum Pontificum qui vel imperialia beneficia confirmant vel augent. Nunc etsi mutila papyrus titulo et subscriptione caret, malo tamen cum Ursino de imperiali quam de pontificio privilegio cogitare.

. . . a beati Apollinaris sacerdotis antiquit . . . Conspiraciones vero atque seditiones, quae aliquando ab . . . us . . . fuerunt contra sanctos et martyres Dei, si in vestra civitate ortae fuerint contra vos successoresque vestros, noscant se compositurus illi qui hoc facere praesumserint auri libras centum. Pauperes namque in corpore suo condignam habeant correptionem. Sacerdotes, clerum, tonsos, sanctimoniales feminas, actores ecclesiasticos, domesticos, aut commendatos ecclesiae diverso sexu, staurophoros, cophreas (1), stratores, vel cunctam familiam sanctae Rav. ecclesiae, tam in civitate Ravenna quam qui et (2) extra eam per diversa loca vel territoria residentes, nullus prae-

(1) *Cofrarius* apud Cangium est *arcarius*. (2) *Et* superadditur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sumat eos ad publicam functionem aut districtionem adducere pro qualibet causa; sed sub vestra potestate successoribusque vestris constituimus dirigendum et iudicandum. Similiter et episcopos in Romania degentes vestrae cedimus almitati, qui sub vestra existant ordinacione, quemadmodum nostri praedecessores vestrae sanctae Rav. largiti sunt ecclesiae: ut deinceps sicut praedicti sacerdotes regulariter (1) fecerunt, vestra sanctitas successoresque vestri, omni remota ambiguitate (2), qualemcumque personam decreveritis ordinare, vestra sit successorumque vestrorum potestas decernendi et ordinandi secundum pristinam vestrae ecclesiae formam: ut nulla nobis (3) successoribusque nostris in perpetuum sit facultas de praedictis episcopis dandi aut largiendi; sed, ut praediximus, in omnibus vobis successoribusque vestris sit dandi facultas. Pro aeterna namque stabilitate, et perpetua eiusdem ecclesiae suorumque sacerdotum pace, in hac nostra auctoritate adnecti placuit, ut quicumque eam violare praesumpserit, cogatur eidem ecclesiae persolvere poenas auri libras centum. Haec vero nostra auctoritas ut ab omnibus observetur, et verius credatur, diligenciusque custodiatur, more nostro subscribi, et de bulla nostra subter iussimus sigillari.

(1) Ita scribo *regulariter*. Sed incerta est papyri lectio.

(2) Simili locutione utitur Petrus diaconus in libro a me edito de iustis Casinensibus p. 255. *omni ambiguitate seposita*.

(3) Pap. *a nobis*, sed *a* perperam superadditur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

DE S. SERAPIONIS THMUITANI EPISTOLA.

Sanctum Serapionem Thmueos in Aegypto episcopum, praeter superstitem adversus Manichaeos libellum, *epistolas* etiam *utiles ad diversos* scripsisse, narrat Hieronymus de vir. ill. cap. 99. Harum quum nulla diem tulerit, una nuper in vetere vaticano codice, qui olim in monasterio Cryptae ferratae fuit, mihi sese obtulit, qua librum meum ceu gemmula exorno. Quis enim beati viri, qui Christi confessione inclaruit, Athanasii et Antonii magni amicitia floruit, a quo postremo etiam meloten supremis tabulis donatam habuit, quem Hieronymus ob elegantiam ingenii cognomen scholastici meruisse dicit, quis inquam breve licet epistolium non libenter legat? Utinam vero codex aliquis emergat alicubi, qui vel amissa Serapionis scripta copiosius restituat, vel saltem eius adversus Manichaeos tractatum, qui in editionibus hiat, feliciter expleat!

Τοῦ ἁγίου Σεραπίωνος ὑπισκόπου Θμούεως ὑπιστολὴ πρὸς Εὐδόξιον ἐπίσκοπον.

Μὴ ἀθύμει πάσχων, ἀλλ' εὐθύμει πιστεύων (1)· καὶ μὴ κατάπιπτε νοσῶν, ἀλλ' εὐτόνει μὴ ἁμαρτάνων· καὶ μὴ νόμιζε χαλεπὴν τὴν νόσον, μόνη γὰρ χαλεπὴ ἡ ἁμαρτία· τὸ μὲν γὰρ ἀσθενῆσαι, κοινὸν

(1) Scriptam apparet hanc epistolam a confessore fidei Serapione ad confessorem aeque fidei Eudoxium, qui post rem bene gestam in morbum passionis suae causa incidisse videtur. Et quidem Arianorum, ut puto, adversus ecclesiam persecutionem nondum sedatam fuisse, epistolae finis innuit. Porro utrum Eudoxius ille sit, Germaniciae primum, deinde Antiochiae, denique Cpol. episcopus, definire non ausim, praesertim quia praedictus Eudoxius aliquamdiu arianus fuit. Sed tamen is aeque ac Serapion sub Constantio imp. vixit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

καὶ καλῶν καὶ κακῶν ἀνδρῶν, τὸ ἁμαρτῆσαι ἴδιον τῶν φαύλων ὁρῶμεν· καὶ ὁ μὲν νοσῶν, ἅμα τῷ θανάτῳ καὶ τὸν νόσον συναποθνήσκουσαν ἔχει, ὁ δὲ ἁμαρτήσας καὶ μετὰ τὸ μνῆμα εὑρήσει σκεῦος τῆς ἁμαρτίας· μέχρι γε τοῦ μνήματος ἵσταται ἡ νόσος, μετὰ δὲ τὸ μνῆμα ὑπερβῆναι τῷ τεθνηκότι οὐ δύναται· ἡ δ' ἁμαρτία τοῖς μὲν ζῶσιν ἐμφωλεύει καὶ ἐγκρύπτει, ἐν δὲ τοῖς τεθνηκόσι πλέον ἐξάπτεται, καὶ τοῦ ἑαυτῆς φλόγα ἐνδείκνυται, καὶ τὸν ἁμαρτήσαντα τιμωρεῖται. Ταῦτα σοι γεγράφηκα ποθεινότατε ἀδελφὲ. ἵνα μὴ πάνυ ἀθυμῇς, ἐν Χριστῷ σεαυτὸν διατηρῶν· τοῦ βίου (1) τὰς συγχύσεις φέρειν δεῖ, καὶ τοῦ θορύβου βαστάζειν προσήκει, καὶ πρὸς τὸ τέλος βλέπειν, καὶ ἰδέναι ὅτι ὁ θεὸς ὑπιστατεῖ· καὶ ὀλίγον ἐπανεῖς, πάλιν ἡγεμονεύει· καὶ ὀλίγον συγχωρῶν, πάλιν προΐσταται, καὶ οὐδέποτε ἡ ἐκκλησία καταλιμπάνεται· οὐδὲ γὰρ πύλαι ἅδου κατισχύσουσιν αὐτῆς. Τῆς σῆς οὖν ἀρετῆς τὴν διάθεσιν δείκνυε τῷ παντεπόπτῃ θεῷ, ἵνα δυνηθῇς ἐν πᾶσιν εὐδοκιμεῖν· ἡμεῖς δὲ καλέσαι σε (2) οὐκ ἂν ἐπασχόμεθα, ἵνα μὴ δόξωμεν τῆς πόλεως ἀφιστᾶν.

(1) Cod. αὐτοῦ. Sed prorsus vel βίου scribendum erat vel κόσμου.
(2) Cod. καλέσεσαι.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

SANCTI SERAPIONIS
EPISCOPI THMUEOS EPISTOLA
AD EUDOXIUM EPISCOPUM.

Ne dolorum causa maereas, sed fide erga Deum servata laetare; neque animo concidas quia aegrotas, sed esto alacer quia culpa cares. Morbum aerumnosum ne putes, sola enim aerumnosa culpa est: namque ut aegrotent quidem, bonis aeque ac malis contingit; peccare autem improborum proprium esse videmus. Insuper eius qui aegrotat, commoritur in morte morbus; peccator post funus quoque peccatum suum in sepulchro inveniet. Usque ad sepulchrum morbus; ulterius enim vexare morientem nequit. Peccatum viventes insidiose veluti ac latenter occupat; verumtamen in morientibus magis accenditur, et suam flammam exserit, reumque punit. Haec tibi, carissime frater, scripsi, ne maerori succumbas, sed temet in Christo confirmes. Vitae huius perturbationes atque tumultus fortiter pati oportet, finem eius spectare, et de Dei providentia cogitare, qui etiamsi parumper videtur remittere, attamen gubernaculum mox resumit, et post brevem veluti dissimulationem, rursus defensor adest, neque umquam ecclesia ab eo deseritur: etenim portae inferi adversus eam non praevalebunt. Tuae igitur virtutis vigorem omnituenti Deo demonstra, ut undique egregius esse videaris. Nos tamen te huc vocare haud passi sumus, ne ex urbe abstrahere videremur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

CARMINA VETERA

CHRISTIANORUM

EX CODICIBUS VATICANIS.

Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

A ☧ Ω

SANCTI PAULINI

SAEC. IV.

EPISCOPI NOLANI

CARMEN I. AD DEUM

POST CONVERSIONEM ET BAPTISMUM SUUM.

Sancte Deus, lucis lumen, concordia rerum,
Aeterni verbo conditor imperii;
Expers principii, nec fini obnoxius; ex quo
Totum quod nunc est, quod fuit et quod erit;
5. Corporis ignote oculis, vix cognite menti,
Nec linguis facilis nec capiende animis;
Indulgens, sanctus, iustus, patiens, miserator,
Plenus, perfectus, maximus, omnipotens;
Solus nec solus, terque unus, et in tribus unus,
10. Hoc semper maior quo fide es uberior.
Viderit an veniam speret, si dicere laudes
Hinc tibi quis dubitat, quod minor esse timet.
Ignosci certe merito fas noverit illi,
Atque reus stolidae simplicitatis erit.
15. Innumeras qui res temptet numerare paretque (a),
Virtutes possit pernumerare tuas.
Et quod sentimus plus est quam lingua loquatur;
Et quod sentimus (b), cum loquimur, minus est.
Omnia quae dudum variis elementa figuris
20. Credimus, audimus, tangimus, aspicimus,

(a) Cod. *patetque*. (b) Sic reapse habet iterum codex.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Lata mari, terris gravia (1), splendentia caelo,
Aëre mobilia, tristia nocte nigra,
Frondosis inserta iugis, sidentia planis,
Consita vinetis, omnibus apta satis,
Invia desertis, concreta frigore pigro, 25.
Ignea sideribus, vivida fluminibus,
Ut primum placuit, verbi virtute creasti;
Quodque aliis facere est, hoc tibi velle sat est.
Nil rerum natura parit non iussa; tibique
Principio debent omnia principium. 30.
Officium praebens obscuris luna tenebris,
Et iussus claro sol radiare die;
Saecula saeclorum, menses, dies (2), annus et horae,
Quodve agimus cuncto tempore quove agimus;
Angelicus populus, patriarchae et turba piorum, 35.
Quam caelo ascivit religiosa fides;
Qua romanus agit (3), saevit qua barbarus orbis,
Infusus quicquid summovet oceanus;
Quae nexis constant membris, quae membra recusant,
Verbis respondent, indiga vocis hiant; 40.
Quaeve metus cursu servat, virtusve tuetur,
Antra tegunt, volvunt flumina, penna levat;
Unum discretis referunt tibi vocibus hymnum,
Et quod non possunt explicuisse volunt.

(1) Syllaba ultima fit longa privilegio caesurae; quod haud raro videre est in hoc carmine; et quidem etiam apud classicos poëtas. Ita mox ultima in *mobilia*.

(2) Nota *dies* ultimâ syllabâ brevi. Et quidem scimus ab aliis poëtis breves aliquando poni ultimas vocabulorum *lues*, *fames*, *plebes*, *proles*, ut artigraphi iam observarunt. Paulinus ipse poëm. XX. 383. corripit ultimam in *quadrupes*.

(3) En indicium romani imperii adhuc in occidente vigentis, quo tempore auctor scribebat; nequis de sequioris aevi poëta cogitet.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

45. Ipsa etiam te bruta tremunt, tibi muta loquuntur;
Quove modo id faciant, nescia mens hominis.
Quae scimus, *manant* (1) occultis omnia causis,
Nec rationis egens quod facis esse potest.
Me solum e cunctis male conscia pectora terrent (2)
50. Indigno laudes ne loquar ore tuas.
Ne peccata premant, gravior ne sarcina plumbo
Imis captivum detineat tenebris.
Sed mihi dum variis curarum ambagibus erro,
Occurrit trepido quod sequeremur iter (3).
55. Si defendo (4), reus; fateor si crimina, salvus (5):
Spero tuam potius quam merear veniam.
Quicquid commisi scelerum, sine teste probasti;
Nam facienda videns, facta videre potes.
Si caelum tibi, sancte, thronus; si terra tuorum
60. Scamnellum (6) merito creditur esse pedum;
Crimina non dubie, totum qui penetrat orbem (a),
Qua patet accessu vel pede vel pelago,

(a) Cod. *totus orbis*.

(1) Desideratur in codice verbum, quod ego supplevi. Et quidem pares lacunae in Paulini exemplari muratoriano erant poëm. XX. 18. 370. XXI. 119. 725. ed. Veron.

(2) En adgreditur Paulinus ad peccata sua deploranda, qui est eius mos prope perpetuus in editis prosa et carmine scriptis.

(3) Perspicue iam innuit conversionem suam ad Deum Paulinus, quam narrat item in epist. V. 4.

(4) Terminationem verborum in *o* (etiam gerundiorum) passim brevem facit, pro versus commoditate, Paulinus in editis.

(5) Consonat sibi Paulinus poëm. VI. 289: *cum se damnaverit ipse — absolvi meruit; si paenitet, irrita culpa est.*

(6) Ergo refingendum est *scamnellum* pro *scammellum* in lexico Forcellini; praesertim quia lectionem *scamnellum* ipsemet adfert ex Prisciani variis lectionibus. (Cod. Vat. Paulini *scamnelum*).

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Quicquid in occasu zephyrus videt, eurus in ortu,
Austro siqua tepent, siqua aquilone rigent,
Sunt oculis subiecta tuis, licet arbiter absit, 65.
Et scelus admissum nox sibi fida tegat,
Antris claudatur, mergatur flumine, montis
Desuper inmissi ponderibus lateat,
Veletur denso tectorum culmine; solus
Testem vitabit qui male non faciet. 70.
Lyncei fertur felicis acumine visus
Intentos paries non tenuisse oculos.
Visibus humanis *hoc si* (1) licuisse putatur,
Ignotum quicquam credimus esse tibi?
Qui mare qui caelum terrasque, et quicquid in his est 75.
Omnibus immixtis extra (2) vel intra regis.
Nec miror; proprio parent elementa parenti,
Et penetrata suo cuncta patent (a) domino.
Si quisquam sine se poterit peccare, latebit:
Nam si peccabit, testis adest animus. 80.
Ergo ego sum primis (b) semper lascivus ab annis,
Cuius amor licitis miscuit illicita;
Audax, periurus, simulator, dissimulator,
Ambitor, varius, invidus, impatiens,
Crudelis, rationis egens, furiosus, avarus, 85.
Profusor proprii, plus (c) aliena petens.

(a) Cod. *parent*. (b) Cod. *primus*. Sed poëm. XV. 108. *primis lector servivit in annis*. (c) Cod. PL. transversâ lineolâ. Profecto hae duae litterae in iscriptionibus significant *plus*. Sed tamen hoc loco *plura* etiam legere licebit.

(1) Sic suppleo amanuensis veteris omissionem.

(2) Si *contra*, *frustra*, et similia habent aliquando ultimam brevem; quidni Paulinus ultimam in *extra* et *intra* iure pari corripuerit?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Et quicquid scelerum molitur, perficit, audet
Pollutum corpus, mens rea, lingua loquax (1);
Totum, placato quamvis sub iudice, feci:
90. Non habet in tanto crimine poena locum.
Sed tibi laus, tibi sancte pater laus tempore in omni,
Qui potes addictam (2) vivificare animam;
Parcere subiectis, tenebris infuudere lumen,
Et brutis sanctos de scopulis facere (3).
95. E medio mortis vitiorum gurgite mersus
Eripior sanctis purificatus (a) aquis (4).
Et modo qui merui tortorum vincula, flammas,
Idem non idem iam quasi liber ago.
Quid loquimur liber? frenant hanc crimina vocem (5);
100. Servus peccati post veniam teneor.
Nam vetus et studio pugnandi promptior hostis
Incautum variis artibus exagitat;

(a) Vocabulum Lactantii inst. VII. 5: *homo caelesti lavacro purificatus.*

(1) Paulinus post conversionem poëm. IV. orat Deum, ut sibi haec, que ibi quoque enumerat, vitia deinceps vitare contingat. Id ipsum saepe facit in epistulis.

(2) Latine. Sic enim vocabantur post damnationem obaerati homines. Confer Livium VI. 36. Immo *addictus* dicitur pro *morti addictus.*

(3) Sic Paulinus poëm. XV. 25.

Abrahae semine mutat
Duritiam lapidum, quos suscitat in bona vitae.

(4) En Paulini baptisma; quod adultus iam, post multos vitiosae vitae errores, Deo inspirante suscepit, ut ex eius historia exploratum est. Sic autem loquitur Paulinus etiam in poëm. VI. 282. *In promptu venia est; sanctum patet ecce lavacrum,*
Quod renovet vitam veteresque oblitteret actus.

(5) Ita Paulinus etiam poëm. V. 79. *Haec pia, sed maesto trepidantia vota reatu.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Auditu, visu, gustu, tactuque placentes
Obiiciens semper callidus illecebras (1):
Ut pars siqua meis membris male firma vacillet (a), 105.
Ceu patulum populans intret ovile lupus;
Et leo secretis rapidus prorumpat ab antris,
Incustoditum si patet ire pecus (2).
Sed tu, sancte Deus, sensu si verba loquuntur,
Et non mens aliud, lingua aliud loquitur; 110.
Sollicitus, cupidus, devotus pectore et ore,
Pulso, patere iube; da, peto; quaero, doce,
Qua fas quaque pium est, mortalem noscere quam sis
Supplicibus facilis, quotve quibusve modis.
Peccatis ignosce meis; levioribus utor 115.
Quam sint factorum pondera nominibus.
Criminibus ignosce magis; iam sentiat ipse
Quae mihi molitur tela furens coluber:
Seque (3) per innumeros escis fallentibus hamos
Captivum teneant, sic rogo, quae sua sunt. 120.
Non aurum gemmasque velim, non ditia regum
Regna, nec immensas quas habet orbis opes (4).
Non ut densatos fasces curvasque secures
Pone sequar celsis conspiciendus equis.
Non ut servandi signent mea nomina fastus (5), 125.
Turbaque nobilium limina nostra terat.

(a) Cod. *bacillet*; quam lectionem in aliis quoque scriptis observarunt critici.

(1) Tentatum se variis modis atque illecebris, post conversionem late scribit Paulinus epist. XXIV. XXX. XXXIX. et alibi.

(2) Ex Petri apostoli epistola I. 5.

(3) Nempe *colubrum*.

(4) Sic loquitur Paulinus etiam epist. XXXVIII. 6.

(5) Cod. *servandis* etc. *fastos*. Sed certissimam emendationem obtulit mihi imitatione sua Orientius, qui Paulini hunc versum prope ad litteram sibi vindicavit in commonit. lib. I. cap. de

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Non ut sic saltem subrepat blanda voluptas (1);
Sed mihi contento quod satis est habeam.
Non longum vitae cursum, non gaudia quaero
130. Corporeis nimium congrua deliciis.
Hibernis totum citius cum transeat umbris,
Floribus et rigidi quos rapuere noti.
In quîs vita brevis, post mortem poena perennis:
Ipsum se damnat qui peritura rogat.
135. Da potius sensus dociles, da lumina menti,
Da mortem membris quae perimunt animam.
Instrue sollicitum, nutantes dirige gressus,
Credenti plenam plenior adde fidem.
Sit mihi iustitiae studium, custodia veri,
140. Sit purum corpus, sit sine labe animus.
Simplicitas, probitas, patientia, mens sibi recti
Conscia, sit pietas, sit bene suadus (2) amor.
Non aliena petam; facilis iactura meorum (3):
Sim mundo stultus (4), ut tibi sim sapiens.

ebriet. *mansuri signent tua nomina fastus.* Sic Lactantius inst. VI. 4: *ut fastos signent, et annis nomen imponant.*

(1) Voluptatem saepe detestatur in suis scriptis Paulinus v. gr. poëm. IV. et X. fin. Haec scilicet praeclarissime definitur a Cicerone de leg. I. 17: *imitatrix boni voluptas, malorum autem mater omnium.* Tum Lactantius inst. VI. 20. ait: *virtus cum voluptate semper, tamquam cum domestico hoste, pugnat.* Et cap. 22: *mortis fabricatrix voluptas.* Et VII. 21: *mors voluptatis illecebris adoperta celatur.*

(2) Sic *male suadus* apud Paulinum epist. VIII. 5. et poëm. VI. 68. 241. XI. 24.

(3) Paulinus, factus pius poëm. IV. 4. *Nec placeant aliena mihi; quin et mea prosint — Supplicibus.* Tum et alia in praedicto poëmate, nec non in XXXIV, huic loco valde similia sunt.

(4) De licentia caesurae iam dixi. Sic paulo infra producitur ultima in *praecipuus.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Perpetuo imposito moriatur fine voluptas, 145.
Nec recolant sensus quod meminisse nocet.
Non ullum bona formidet conscientia testem:
Quae loquimur, rata sint; quae facimus, deceant.
Ambitio, ebrietas, odium, tumor, ira, libido,
Ac varii mater criminis invidia, 150.
Sint procul; et iugi mereatur vita precatu,
Excusso temptent ne mea colla iugo.
Sic humilis (1), modo maue novo, modo vespere facto,
Susceptae (a) curem (b) tempora militiae.
Ut nox siqua venit semper postrema putetur, 155.
Atque diem mundo ceu (c) moriturus agam.
Cessabunt fraudes, periuria, furta, rapinae,
Impendens metuam si cito iudicium.
Votis, sermoni, factis modus utilis assit (d);
Assit praecipuus in tuo amore modus. 160.
Ut mihi visceribus totis totisque medullis,
Si mereor, totum te, pater, insinues.
Nox, dies, hora, et quodque momentum (2), scripulus omnis,
Puncta etiam nostra crescere dent fidei.
Ad quam servandam tua sum pietate iuvandus. 165.
Totum posse, tuum; vix mihi velle subest.
Ac si multiplices in cassum porrigo curas,
Paucis rem verbis plenius expediens,

(a) In codice scribitur sic ad litteram: *susceptae vel suspectae*; quae utraque lectio ponitur in textu. (b) Cod. *curam*. (c) Cod. *heu*. (d) Ita cod.

(1) En nominatim christianam Paulini humilitatem, quam undique ex eius scriptis promicare compertum legentibus est. Confer saltem epistolam XXXII.

(2) Primam syllabam τοῦ *momentum* corripit heic Paulinus eadem licentia, qua poëm. XXIV. 61. corripit secundam τοῦ *idolici*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Sunt qui saepe sibi dictis contraria poscunt ;
170. Utile quod nobis scis, Deus, hoc tribue.
Accenso maerens si quaerit lumine drachmam,
Et gaudet mulier quod sibi non pereat ;
Si fuit et pecudis non vilis cura relictae ;
Pastori centum qui numerabat oves (a) ;
175. Cuius, cum posset facilis iactura videri,
Dulcia curvatis pondera sunt humeris ;
Si pater, amisso remeat quum fenore natus,
Testatur largis laetitiam dapibus ;
Cur dubitem totum quod sit tua cura per orbem,
180. Ne quispiam pereat qui tibi crediderit (1)?
Nam si quem dudum rebus ratione fruendis
Formavit madido dextera sancta luto,
De nihilo sumptum nihilum finxisse putatur
Ludentis potius quam facientis opus (2).
185. Denique cum proprio damnatus crimine, iusta
Transgressus legem morte perisset homo ;
Personam mutans (3), fecisti credere causam,
Ne (b) nimium durus ne nimium facilis.
Dignatus dominus dominum demittere (c) terris,
190. Virtutem faceret qui crucis opbrobrium (d) :
Et quicquid poterat pro maiestate iubere,
Hoc potius faceret subditus imperio :

(a) Cod. *opes*. (b) Num corrigendum heic et postea *nec*? (c) Cod. *dimittere*. (d) Ita cod.

(1) Confer Paulini poëma VII, cum theologica editoris animadversione.

(2) Confer proverb. VIII. 30.

(3) Si recte ego locum intelligo, lato sensu heic loquitur Paulinus ; ut dicat Deum formam hominis induisse. Persona ergo heic est *species externa*, latine potius vel poëtice quam theologice.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Vincula captivis, captivos demeret hosti,
Et fixos leti detraheret laqueos.
Ut quos credulitas fallacis vinxerat anguis, 195.
Posset nunc melior solvere credulitas (1).
Ex te qui genitus sine tempore et ordine, per te
Sic totum accepit quod tibi nil minuit.
Unus homo, virtus similis, substantia par est;
De sancto sanctus, de pietate pius: 200.
Plenus de pleno, iusti de fomite iustus,
De vero verus, deque Deo Deus est.
Edita coniugio poterit natura (2) videri
Tertia, cum medium (a) composuere duae (3).
Naturae dominus, rerum sator, omnia per quem, 205.
Non aliud potius quam quod eras generas.
Hunc post pro nobis sumpturum pondera carnis,
Cuius principium saecula nescierant,
Infusum reddens (b) dominum sine coniuge mater
Intacto praegnans virgo parit gremio. 210.
Editur in (c) terra; cognoscunt omnia lucem:
Nec tamen hanc mundus nec tenebrae capiunt (4).

(a) Malim vel *mediam* vel *duo*. (b) Cod. *reddes*. (c) Cod. *e* pro *in*.

(1) *Credulitas*, id est fides christiana, apud Paulinum etiam poëm. X. 280. et apud Nicetam a me editum. Et quidem sic alii quoque loquuntur patres.

(2) *Natura* poëtice pro *persona*.

(3) Satis aperte heic Paulinus spiritum sanctum dicit a patre filioque procedentem.

(4) Deest pentametrum, relicto in codice spatio. Par defectus est in poëm. XXIV. 170. Immo vero in codice muratoriano poëm. XXI. post v. 70. lacuna erat versuum quinquaginta trium, quos deinde ope alterius codicis supplevit Mingarellius. Ecce autem vir quidam doctissimus amicus meus, cui hoc scriptum legendum obtuli, sic repente versum felici coniectura supplevit; quia nimirum Paulinus respicit ad Iohan. evang. cap. I.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Verus homo est verusque Deus: non inter utrumque:
Hoc natura negat, hoc probat officium.
215. Christus securi tandem nova gaudia mundi
Innumeris dudum scripta voluminibus;
Christus (a) caecorum lumen, purgatio leprae,
Auditus surdis, sollicitis requies,
Claudorum gressus, mutorum lingua, redemptor
220. Orbis, et addicti (1) vera salus populi,
Pertulit aeternus communis claustra sepulchri,
Et manet aeternus quem tenuit tumulus.
Immortalis erat (2); est mortuus; et modo vivit:
Ante Deus, homo est; nunc Deus ex homine
225. Conscendit caelum sacrata sede receptus;
Perpetuus dominus est erat et veniet.
Tu pater ingenitus; genitus tibi filius; ex te
Non genitus sanctus spiritus egreditur;
Qui semper medius inter natumque patremque
230. Sentitur, sentit; traditur, accipitur.
Sanctificat, spirat, dominatur, totus ubique est,
Accessu emundat, munditiis capitur.
Dummodo qui religat tria nomina, tres quoque formas
Unum consultus non neget esse Deum:
235. Virtutis similis, similis pietatis, id ipsum
Unum non unum, sed mage credat idem.
Haec ego non quantum volui pro pondere rerum,
Sed quantum vitiis implicitus potui.
Tu concede, pater, duret mihi semper ut ista
240. Una super trina nomina (b) credulitas.

(a) Cod. *Christe.* (b) Malim *trino nomine.*

(1) Recole v. 92.
(2) Caesura longa; ut infra *dominus* et *trina.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

EIUSDEM S. PAULINI

CARMEN II. AD DEUM

DE DOMESTICIS SUIS CALAMITATIBUS.

Verba tui famuli, rex summe, attende serenus:
Respice et affectum cum pietate meum.
Sum miser, ut mereor, quantum vix ullus in orbe est;
Semper inest luctus tristis et hora mihi.
Septimus annus adest, ex quo nova causa dolores 5.
Multiplices generat, et mea corda quatit.
Captivus (1) extris ex tunc germanus (2) in oris
Est meus, afflicto pectore, nudus, egens.
Illius in patria (3) coniux miseranda per omnes
Mendicat plateas ore tremente cibos. 10.
Quattuor hac turpi natos sustentat ab arte,
Quos vix pannuciis, quîs valet, illa tegit.

(1) Caesura longa. Iam sequens *extris* ita scribitur pro *exteris*. Immo vero Paulinus noster epist. XI. 3, et poëm. XXV. 226. pro *exterus* habet *exter*; quam scripturam alii quoque auctores agnoscunt. Et quidem Ennius fragm. annal. lib. 2.

(2) Fratrem se habuisse Paulinus epistolis XI. XXXV. XXXVI. testatur; quem sibi quoque praemortuum dicit, relictis liberis. Patrimonii Paulinorum ruinam narrat etiam Ausonius epist. XXIV. ad Paulinum scripta:

Ne sparsam raptamque domum, laceratagque centum
Per dominos veteris Paulini regna fleamus.

Sed ecce apud Augustinum epist. CXLIX. fin. ad nostrum scripta, quidam Paulinus calamitatibus pressus ad episcopum Paulinum Nolae degentem tamquam in portum confugisse dicitur. Num hic erat ipsemet Paulini frater Paulinus a captivitate reversus et egens?

(3) Burdigalae natum Paulinum tradit historia.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Est mihi quae primis Christo sacrata sub annis
Excubat egregia simplicitate soror (1).
15. Haec sub sorte pari luctum sine fine retentans,
Privata est oculis iam prope flendo suis.
Quantulacumque (2) fuit, direpta est nostra supellex:
Nec est heu miseris qui ferat ullus opem.
Coniux est fratris rebus exclusa paternis;
20. Iamque sumus servis rusticitate pares.
Nobilitas periit miseris, successit egestas:
Debuimus, fateor, asperiora pati.
Sed miserere, potens rector, miserere precantum;
Et tandem finem his, pie, pone malis.
25. Captivum patriae redde et genitalibus arvis;
Cum modicis rebus culmina redde simul.
Mens nostra ut Christo laudes in saecla frequentet,
Reddere qui solus praemia digna potest.

(1) Paulini sororem cognoscimus ex Gennadio de vir. ill. cap. 48, qui ait Paulinum ad sororem epistolas multas (quae interciderunt) de contemptu mundi dedisse: quae sane Gennadii verba vitam quoque huius feminae religiosam innuunt, id quod nunc vaticanum carmen confirmat.

(2) Sic modeste loquitur Paulinus; quamquam in saeculari vita valde fuit dives.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

VICTORINI (1)

DE NATIVITATE VITA PASSIONE ET RESURRECTIONE DOMINI CARMEN.

Actus evangelii confirmant gesta priora.
Quid facit omnipotens? quanta pietate movetur?
Praescius ut vidit ventura pericula nobis,
Decernit de caelo ducem renovando salutem.
Angelus et caelis venit qui diceret ante 5.
Salvantem dominum venturum in virgine nasci,
Ut cunctis monstraret iter sedemque domumque.
Anna Deo placuit, genetrix quae sancta docetur.
Edidit haec Mariam, Dominum quae virgo recepit,
Conceptum verbo spiritalis gratia fudit; 10.
Omnia quae solus fecit miracula Christus.
Detulit infantem exactis iam tribus annis,
Ut custos templi fieret; magnusque sacerdos
Nomine Zaccharias parvam accepit alendam.
Huc multi coiere viri, quos iusserat ipse 15.

(1) Tres sunt Victorini, quorum carmina sacra leguntur, Petavionensis saeculi tertii, Afer saeculi quarti, Massiliensis saeculi quinti. Postremum hunc existimo auctorem carminis nondum, ut puto, editi, quod in vaticano pervetusto codice saeculi ferme decimi mihi se obtulit, tot tamen mendis et corruptelis a librarii barbarie pessumdatum, ut nisi post adhibitam a me medicam manum prorsus edi non posset. Menda igitur intolerabilia sustuli; neque tamen metrum severe revocandum putavi. Postremo moneo, aliquot huius carminis versus a Victorino desumptos fuisse ex Tertulliani adversus Marcionem libris; quam ego rem christianos poëtas lectitans comperi.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Gestantes manibus virgas ; sed iustior illis
Emicuit Ioseph accepta virga ; columba
Confestim Mariam *sponsam* cui tradidit ultro.
Angelus hinc mandata patris per sidera defert.
20. Crescit illa caro , crescit ibi gratia magna.
Sancta parit virgo , patefit nova ianua vitae ,
Et Deus et renovatus homo miscentur in unum.
Dicta prophetarum factis impleta probantur ,
Et tellus ridens laetatur germine sancto.
25. Omnia festa nitent , gaudet mare , nubila , venti.
Quem Maria mater natum praesepe reponit.
Quaerentes hunc stella magos perduxit ad ipsum ,
Munera sacra ferunt , myrrhamque et suavia tura :
Tura Deum monstrant , designat myrrha sepulchrum.
30. Percussi fama tota regione locuntur.
Tunc rex Herodes puerum cupit ipse videre ,
Sed *huic* nulla potestas et praesentia facta.
Ambulat in terris , hominem se praestat ubique.
Tunc mittente suos quondam sibi vate Iohanne
35. Tune es , an alium speramus , Christe , rogantes ;
Omnipotens Christus respondens talia fatur.
Haec perferte viro oculis quae cernitis ipsi :
Ecce videt caecus , claudus salit , auribus audit
Surdus , et est felix qui non dubitaverit in me.
40. Post haec conspiciens Christum canit ipse Iohannes ,
Ecce venit agnus peccata tollere mundi
Post me natus homo maior , antiquior orbe.
Confestim Refuga (1) Christum dominumque potentem
Dum temptare cupit templique in vertice sistit ,
45. Et captans sermone dolos , sic perfidus inquit :
Si Deus est genitor , inlaesus tangere terram

(1) Diabolus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Tu poteris ; verusque tamen si filius eius ,
Quid cunctaris adhuc agili te mittere saltu ?
Montis in excelso statuit rursusque nefandus ,
Stare loco Dominum ausus , cui talia dixit : 50.
Omnia quae cernis mea sunt , mea sola potestas ;
Trado tibi ; supplex tantum me semper adora.
Christus ait tandem , post me discede maligne ,
Neve Deum dominumque tuum temptaveris umquam.
Protinus ecce novi et veteris peccaminis auctor 55.
Prostratusque iacet periturus morte perenni ,
Iam reus et nullam veniam se certus habere.
Discipulos primum tunc armat dogmate sacro :
Omnibus una fides , unus amor et una potestas :
Auribus audivere , oculis videre salutem , 60.
Convixere cibo adsidue , testantur et ipsi.
In vinum vertuntur aquae , mirabile visu !
Ingreditur pontum , calcat fluctusque furentes :
Daemones expulsi clamant Christumque fatentur ;
Lumina redduntur caecis visumque receptant. 65.
Lazarus algenti claudebat membra sepulchro ,
Cum Christus tumulo adsistens vocat ore sepultum,
Claustra aperit , noctemque fugat , solemque reducit,
Humida ploratu detergens ora parentum.
Haec ubi facta viri iam psallens femina vidit , 70.
Cui sanguis sine fine fluens exhauserat artus ,
Hunc reor esse Deum dixit , et posse salutem
Ferre mihi , tunicasque manu contingere gaudet.
Credenti medicina venit , morbusque fugatur.
Infirmos multos curat cernentibus illis ; 75.
Concurrunt scribae , magna turbatio facta ,
Clamantes dicunt : hic nos evertere venit ,
Perdamus hominem qui legem rumpere quaerit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Tradidit hunc Iudas, Iesus praedixerat ante,
80. Armatam misere manum, nox atra silebat.
Quid faceret iudex tanto clamore malorum?
Cogitur a populo mortem sancire Pilatus;
Rex ut vultis, ait, vester figatur in altum.
Caeditur hic ut homo, monstrat patientia numen.
85. Praeteriens quidam meruit portare tropaeum,
Nomen huic Simeon, et civitas ipsa Cyrene.
Expansis manibus totum conpraendidit orbem.
Dividitur velum, trepidus pavor incutit omnes,
Vertitur in tenebras sol, fit lunaque sanguis.
90. Angelus expavit facinus quoque gentis iniquae.
Post ubi secretas inferni venit ad umbras,
Diffugiunt animae magno splendore paventes.
Ut vidit Dominum, regnum qui mortis habebat,
Submisitque caput Adam, mox erigit illud.
95. Tertia namque die surgit cum corpore victor.
Conscendit caelos, captivum bello reducens;
Sponte suum corpus, quod liquerat, ipse recepit.
Haec via mortis erat, eadem via facta salutis.
Hunc pater et dominus Christum regemque Deumque
100. Iudicio regnoque dato missurus in orbem est.
O soboles generosa Dei, o debite caelo!
Non te cepit humus, dudum domus ampla vocabat.
Non omnes laesere animum; sua quemque fatigent
Facta, ferosque animos adstringant vincula ferri.
105. Nos tua progenies: nam te doctore renati
Currimus in longas vivendo luminis horas.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

IN EPIGRAMMATA
SANCTI PROSPERI
EX SENTENTIIS SANCTI AUGUSTINI. (1)

Haec Augustini ex sacris epigrammata dictis
Dulcisono rhetor conponens carmine Prosper
Versibus hexametris depinxit pentametrisque,
Floribus ex variis ceu fulget nexa corona.
Unde ego te, lector, relegis qui haec sedulus oro 5.
Intentas adhibere sonis caelestibus aures.
Istic nam invenies, animum si cura subintrat,
Maxime quid doceant sacrae moderamina (a) legis
Observare homines, vel quid sibi maxime vitent,
Sidereum caeli cupiunt qui scandere regnum. 10.

(a) Cod. *moderamine.*

(1) Ex antiquo miscello codice bibliothecae romanae Augustinianorum, de quo verba feci in praefatione ad Virgilium grammaticum, ante cuius fragmentum hoc perscribitur epigramma. In eodem codice angelico extat etiam Alcuini epigramma ante mensam, quod editum quidem video in eius operibus T. II. p. 213, sed uno versu ante penultimum praetermisso, qui in angelico codice est huiusmodi: *pauperibus tribuens panes partemque ciborum.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

SANCTI ALDHELMI

EPISCOPI SCHIRBURNENSIS

DE BASILICA AEDIFICATA A BUGGE

FILIA REGIS ANGLIAE (1).

Hoc templum Bugge pulcro molimine structum
Nobilis erexit Centuini filia regis,
Qui prius imperium Saxonum rite regebat,
Donec praesentis contempnens culmina regni,
5. Divicias mundi rerumque reliquit habenas,
Plurima basilicis inpendens rura novellis,
Qua nunc Christicolae servant monastica iura.
Exin sacratam perrexit quaerere vitam,
Dum proprium linquit Christi pro nomine regnum;
10. Qui tamen ante tribus gessit certamina pugnis,
Et ternis pariter confecit bella triumphis.
Sic rexit regnum plures feliciter annos,
Donec conversus cellam migravit in almam.
Inde petit superas meritis splendentibus arces

(1) Partem brevem huius carminis, corruptissimam insuper ac perturbatam, edidit Balutius ed. nov. Miscell. T. IV. p. 14. Perperam autem id carmen adtribuere eum Walafr. Straboni, qui duobus post Ynium regem carmini coaevum saeculis floruit, recte animadvertit Basnagius in Canis. T. II. praef. ad Strab. p. 181. Multo integrius hoc carmen legitur inter supposita Alcuino T. II. p. 549; sed et ibi lacunae aliquot restant, et falsae multae scribuntur lectiones. Ego denique in vetere admodum vaticano codice tum integrum sanumque carmen, tum verum eiusdem auctorem, deprehendi S. ALDHELMUM, cui diserte inscribitur, quippe qui reapse Ynio regnante vixit, ut ipsemet in carmine adfirmat.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Angelicis turmis ad caeli culmina ductus, 15.
Caelicolis iunctus laetatur sorte superna.
Post hunc successit bello famosus et armis
Rex Ceduvalla (1) potens regni possessor et heres.
Sed mox imperium mundi sceptrumque relinquens,
Turgida cum ratibus sulcabat caerula curvis, 20.
Et maris aequoreos lustrabat regmine (a) campos.
Algida ventosis crepitabant carbasa flabris,
Donec barca rudi pulsabat littora rostro.
Exin nimbosas transcendit passibus alpes
Aggeribus niveis et montis vertice septas. 25.
Cuius in adventu gaudet clementia Romae,
Et simul ecclesiae laetatur clerus in urbe,
Dum mergi meruit baptismi gurgite felix.
Post albas igitur morbo correptus egrescit,
Donec mortalis clausit spiracula vitae, 30.
Alta supernorum conquirens regna polorum,
Clarum stelligeri conscendens culmen olympi.
Sed his principibus caelum penetrantibus altum,

(a) Al. *remige*.

(1) De hoc scilicet rege est carmen S. Benedicti Crispi archiep. Mediol. quod in hoc volumine exhibebitur. Baptismi eius annum notat Beda hist. lib. V. 7. *Pontificatum agente Sergio, baptizatus* (Ceduvalla) *die sancto sabbati paschalis, anno ab incarnatione Domini sexcentesimo octogesimo nono: et in albis adhuc positus, languore correptus, duodecimo kalendarum maiarum die solutus est a carne.* Res igitur contigit vivente ac florente Aldhelmo nostro, qui usque ad Christi annum 709. superfuit. Item Paulus diaconus hist. Long. VI. 15: *Cedoaldus rex Anglorum Saxonum, qui multa in sua patria bella gesserat, ad Christum conversus Romam properavit* etc. *Cuius corpus in basilica beati Petri sepultum est, et hoc super se epitaphium inscriptum habet.* Nempe illud a Benedicto compositum.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Quorum descripsi iam bina vocabula dudum,
35. Tertius accepit sceptrum regnator opimum
Quem clamant Ynii certo cognomine gentes,
Qui nunc imperium Saxonum iure gubernat.
Quo regnante novum praecelsa mole sacellum
Bugge construxit supplex vernacula Christi,
40. Qua fulgent arae bis seno nomine sacrae (1).
Insuper absidam consecrat Virginis arae.
Praesentem ergo diem cuncti celebremus ovantes,
Et reciprôca Deo modulemur carmina Christo.
Menstrua volvuntur alternis tempora festis,
45. Et vicibus certis annorum lustra rotabunt.
Dulcibus antiphonae pulsent accentibus aures,
Classibus et geminis psalmorum concrepet oda,
Hymnistae crebro vox articulata resultet,
Et celsum quatiat clamoso carmine culmen.
50. Fratres concordi laudemus voce tonantem,
Cantibus et crebris conclamet turba sororum.
Hymnos ac psalmos et responsoria festis
Congrua promamus subter testudine templi,
Psalterii melos fantes modulamine crebro,
55. Atque decem fidibus nitamur tendere lyram,
Ut psalmista monet bis quinis psallere fibris.
Unusquisque novum comat cum voce sacellum,
Et lector lectrixve volumina sacra resolvat.
Istam nempe diem, qua templi festa coruscant,
60. Nativitate sua sacravit virgo Maria,
Quam iugiter renovant augusti tempora mensis,

(1) Nempe duodecim apostolis sacratae. Nam de his aris quoque sunt carmina Aldhelmi in codice vaticano, quae sub mentito Alcuini nomine in editionibus leguntur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Dividitur medio dum torrens sextilis orbe,
Qui nobis iterum restaurat gaudia mentis,
Dum vicibus redeunt solemnia festa Mariae,
Et veneranda piis flagrant altaria donis. 65.
Haec domus interius resplendet luce serena,
Quam sol per vitreas inlustrat forte fenestras
Limpida quadrato diffundens lumina templo.
Plurima basilicae sunt ornamenta recentis,
Aurea contortis flavescunt pallia filis, 70.
Quae sunt altaris sacri velamina pulcra.
Aureus atque calix gemmis fulgescit opertus,
Ut caelum rutilat stellis ardentibus aptum,
Sic lata argento constat fabricata patena,
Quae divina gerunt nostrae medicamina vitae, 75.
Corpore nam Christi sacroque cruore nutrimur.
Hic crucis ex auro splendescit lamina fulvo,
Argentique simul gemmis ornata metalla.
Hic quoque turibulum capitellis undique cinctum
Pendet de summo, fumosa foramina pandens, 80.
De quibus ambrosiam spirabunt tura sabaea
Quando sacerdotes missas offerre iubentur.
Nunc clara ingenito dicatur gloria patri,
Nec minus et genito promatur gloria nato,
Spiritus atque sacer consorti laude fruatur. 85.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

S. BENEDICTI CRISPI

ARCHIEPISCOPI MEDIOLANENSIS

POEMATIUM MEDICUM

IN DIACONATU SUO SCRIPTUM.

Crispi mediolanensis diaconi (1)
ad Maurum mantuensem praepositum (2)
in medicinae libellum praefatio.

Quia te, fili karissime Maure, paene ab ipsis cunabulis educavi, et septiformis facundiae liberalitate ditavi, unum tibi deest quod adhuc in annis virentibus constitutus ingratum semper habere voluisti; hoc est gratae peritiam medicinae per omnia parvipendens, nullam in liberalibus disciplinis partem communionemque retinere dixisti: nunc autem quia valitudinum variarum saepius in te dominatur enormitas, cogis ipsam eandem artium amplificare peritiae, quam prius non erubuisti nefariam et turpissimam nuncupare. Exigis ergo a me ut te ruricolam faciam, herbarum medicinalium virtutes edoceam, ipsasque temporibus certis singillatim ostendam, et iuxta valitudinum multiplices qualitates, species curationum indubitanter exhibeam. Quod tuae

(1) De homine vide quae diximus in praefatione.

(2) Saeculo Christi septimo, immo et octavo, nondum sedem episcopalem Mantuae positam; eamque ecclesiam modo mediolanensi cathedrae modo aliis fuisse subditam, constat ex Ughellio I. S. tom. I. p. 858.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

annuens voluntati libenter excepi; et breviloquio in praesenti opusculo studens, heroico te melle pascere cupio, ut paulatim ad artis amorem adducam; ne si plura primitus in os tendendo retexero, pluralitas fastidium faciat, fastidium desiderium tollat. Ergo quod probatissimum habeo succincta supputatione perstrinxi; ut dum ista opere liquidissimo vera esse probaveris, plurima quae restant, ardentius atque diligentius assequaris.

I. DE CAPITE.

Si caput innumeris agitatur pulsibus aegrum,
Ac circumflexo turbatur pondere quodam,
Protinus ex hederae studeas redimire corona.
Tus quoque cum diro libanum copulatur aceto.
Myrrha etiam liquido pariter sociatur olivo,
Et cephalota simul celebris cum sale savina.
Pars tamen ex ipso quatitur si concita morbo,
Talpa vigens capitur, oleum quam concoquat omne,
Et caput et facies linietur unguine de quo (1).

II. DE DENTIUM DOLORE.

At si multiphagi quatiuntur turbine dentes,
Symphoniaca valens premitur cum pollice denti:
Protinus ex ipso rabidus dolor omnis abibit.
Ne glutias tamen admoneo, quia perfida pestis
Sumpta rapit sensum, capitur quasi mortis imago.
Si vero insanus guttur rapit et quatit * algens,
Sister erit potus, unguen medicina salubris.

* Codd. *quater*.

(1) Sic infra cap. XXIV. v. 13. cessat versus *in quo*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

III. DE PHRENESI.

At dolor immensus penetrat si forte meningas,
Et vitiat cerebrum grassans maledicta phrenesis,
Gratus erit pulmo sumptus de viscere cervi
Compositus cephalo, seu vis epota corandri,
Aut raphani cortex saevo mollitus aceto:
Sumptus acer nimium est, sed *certe* cura vetusta.

IV. DE OCULIS.

Haud dubium celeres vitiat languor citus orbes,
Et variis turbata modis fortuna perurget:
Laedit enim, sed curat amans cum tempore certo.
Ergo age marrubium statim componito coctum,
Betonicam nectis certus, sucidam quoque lanam:
Omne malum tollit citius, pia lumina reddit.
Si dolor est oculis rubeus quem concitat humor,
Tum verbena potens leni potabitur unda.

V. DE MACULA OCULI.

Si maculam retines oculis, dum volvitur intro,
Conspice dum pergis rubeum per rura limacem,
Quem fundens (1) oculo medium componito certus.

VI. DE ANGINA GUTTURIS.

Si vero angina guttur pervaserit amplum,
Ac foliis tumidis arcens compleverit illud,

(1) Ita uterque cod. Sed malim *findens*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Arsenicon teritur iuncto pipere boloque,
Sic positum pennae perflatur gutture rauco.

VII. DE UVA GUTTURIS.

Uva madens cum forte modum non continet ipsum,
Extillatque graves putridasque in corpore guttas,
Pulmonisque leves terebrat male sordida pennas,
Siccatur simili citius de pulvere grassans.

VIII. DE PULMONE CURANDO.

Saepe vigens hominis quatitur vis ipsa thoracis,
Cernitur et diram multis intendere mortem.
Si cupis ergo aegrum curis repolire thoracem,
Non pigeat varias herbarum cernere curas.
Lana madens oleo, nec non sucus foeni graeci,
Haec reparant stomachum, datus potusque myricae,
Bettonicae celebri sociatur brassica grandis,
Raphanus ex mulsa, dandus prasii quoque sucus.
Sumitur et celebris digne lelisphagus herba,
Ultima sic dabitur magnae curatio cedri (1).

IX. DE CORDIS DOLORE.

Cum dolor insanus lateri praecordia pulsat,
Et cordis fibras multum dolor angit acerbus,
Dira fluenta iuvant iuncta virtute coralli.
Dein pipinella levis sociatur iure marathri.
Sizaduar capitur, nec non tanaceta virilis,
Quae et sedat febres cordisque venena repulsat.

(1) Uterque codex *pigrae*. Ego *cedri* scripsi, respiciens ad Plinium Val. lib. II. 1.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

X. DE PLEURESEOS CURA.

At si forte pium latus pulsaverit ingens
Morbus, et ancipiti turbatur vita periclo,
Accelerare lupi pellem studeas, et ponere caldam,
Cervi et medullam poteris cum unguine capri.
Protinus in cacabo mittantur, igneque lento,
Pix pariter britia societur decoquaturque,
Farris et ipsa lupina simul, et non sine croco.
Sicque malagma pium morbo iungatur acerbo,
Quo requies detur misero nimium laboranti.
Et vitium pellit celebris medicina Tonantis (1).

XI. DE SPLENIS CURA.

Splen tumidus hominem plaustum * cum forte molestat, * Ita codd.
Bettonicam coquis, et socias purgata columbae,
Quae duo iuncta simul poscunt iungi cephalotam,
Rosaceumque oleum; certus sic madida nectis.
Thymbra brevis rapitur, sociantur atque lupini,
Saepius et dantur, bibitur quoque linguula cervi,
Qua virtute perit facies sed blanda rugatur.
Nascitur in petris humilis, sed magna lieni
Est et amica homini, verum haud risibus apta.
Quot sunt membra hominis, tot sunt in corpore pestes.
Sed medicina potens compescit munere multas.
Dum vitiatur hepar gliscitque ex more scyrosis,
Costus acer bibitur, nec non reubarbarus ingens.
Quae contrita simul reprimunt cum sale tumentem.

(1) Dicitur pro *Iovis*. Namque herba dicta *barba Iovis* infra appellatur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Fibra lupina valet, iuvat ac potata dolenti,
Cum patitur iecur in dextra, splen ipsa sinistra.
Cura ideo amborum parilis coniuncta duobus.

XII. DE STOMACHI ET INTESTINI DOLORIBUS.

Viscera multimodis quatiuntur intima poenis,
Et cruciatur eger totus languore minaci,
Nec spes ulla manet vitae, cum spiritus ipse
Alta petit, peregrinus abit, bona quaeque relinquit.
Dicitur haec torta, gravis quia viscera torquet,
Atque iterum iterumque placat, corrumpitur omnis
Cara natura simul, reparat quod fervida lympha.
Sic pigra ex ipso foveantur membra liquore
Et frigida ex calidis amnentur cuncta fluentis.
Postea distractus fundatur anseris adeps,
Et sociata simul pateat virtus foeni graeci.
Nec minus in liquidis coquitur vis ipsa fluentis.
Protinus et pavidum fundatur clyster in anum,
Qua virtute miser poterit reparare dolorem
Squibala quem faciunt dum non sit cura salubris,
Claudit et angustos patientis cholera cursus.
Raditur et niveus elephas, statim bibiturque:
Distorquet tortos citius haec datio potus.
Sumuntur catuli ut fertur pia viscera caeci,
Mollia sic teneris adhibendum membrula fibris.
Et dolor omnis habrae * transitque in viscera fissi.
Plinius (1) id memorat, scimus quem vera locutum.

* Codd. *habre*.

(1) Plinius Val. lib. II. 18: *catulus duum dierum datus ignoranti aegro in cibo et aceto iuvat.* Noster dixit *caecum catulum*, nondum scilicet apertis oculis.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

XIII. DE HYDROPIS CURA.

Ex scyrosi splenis mortalis nascitur humor,
Et segregat miseram misero de viscere pellem,
Tantaque vis morbi est, sitiens ut non satietur.
Sumuntur cineres quos urit fraxinus alta,
Ex his lisciva franguntur hordea dura,
Bis simul excoctis fidus compone dolenti,
Raphanus ex dulci mandatur optima melle,
Cuius ex foliis epithema apponitur ipsum.
Sulphura cum veteri potantur fervida vino;
Nec minus ex ipsis epithema appone tumenti.
Haec scyrosin splenis solvunt, lymphas quoque siccant.

XIV. DE TINEIS.

Putrida sanguineis gliscunt si vulnera morbis,
Conveniet calidum lacte (1) potare caprinum
Nec minus ex asina solvunt apostema dirum.
Vitis amineae cineres funduntur olivo:
Potus hic est putridis multis per saecula dignus.
Ast apium caricaeque simul, nec non baca lauri,
Hyris, et illyrica grandis centauria ruta,
Haec poterunt citius purulentas tergere sordes,
Ac redivivum hominem lactis reparare diebus.

XV. DE VERME AURIS.

Convenit incautis cautas praetendere curas,

(1) *Lacte* genere scilicet neutro, casu accusativo, uti fit in nominativo.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Ne minus indocili turbentur corpora sensu.
Cum sopor immensus hominis pervaserit artus,
Tum solet indignas animal penetrarier aures.
Accipe cum cepa citius vel muris aceto,
Nec moram facias, poteris sic pellere vermem.

XVI. DE SURDITATE.

At si surditiam pateris, rubros lege vermes
Arboris antiquae, puro sic miscis olivo;
Auribus infundis, cupidam tibi redde salutem.
Anserinus adeps prodest et vulturis atri.
Ceparum sucus iuvat auribus et bona praestat,
Cum solet incautis aures pervadere lympha.

XVII. DE DYSENTERIA.

Saepe solet ventris nimius transcurrere cursus,
Paulatim teneram multorum solvere carnem,
Quem prudens medicina Dei compescere noscit.
Galla asiana iuvat, cerasi longum quoque pomum,
Caseus aptus erit dulci cum munere mellis,
Proderit et calidum hirci de viscere ruptum
Appositum ventri sevum, quae cognita cura est.
At proprium si forte unguen demittit ab ipso,
Significat citius cupitam iam perdere vitam.

XVIII. DE DURITIA VENTRIS.

Si vero immenso turbatur pondere venter,
Aspice quo crescit venando germine pallas;
Dicitur haec virgo cunctis et amica salutis;

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Protinus et capito, gliscit bona gratia ventri.
Elleborum capitur, teritur, mulsum bibiturque,
Semper ad hunc valuit *morbum* nec non chamaeactis
Diluta cum veteri statim potanda lyaeo.
Proderit et gustus sine mora lactis equini.
Eupator, prasion, atque hermodactylus ipsa,
Fertur ut in libris, semper sunt ventris amici.

XIX. DE VESICA.

Multis multa iuvant quia sunt contraria morbis.
Morbus ab antidoto superatur numinis alti (1).
Est morbi species multis inimicaque pestis,
Cum furit insanus vesicae calculus ardens,
Saxa quidem generans quibus cunctatur urina,
Nec valet homo dolens imbres laxare benignos.
Hedera celsa dabit celso de culmine bacas,
Ipsius et sucum cum vino sume tepenti,
Nec mora, rumpetur plantago glandis, et ipsa
Sumitur et bibitur olusatrumque benigna.
Saxifricam tollunt petro necnonque selino.
Suffragiis his fultus eris, Dominumque rogabis.

XX. DE FLUXU URINAE.

Quod si contra fluens nimios perfuderit imbres,
Ex cerebro leporis statim compesce fluentem.
Vina vetusta capis, cerebrum cum percipis ipsum;
Vile quidem est potu, sed non medicamine vile.

(1) Cod. 1. *numine summi*; 2. *numine sumi*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

XXI. DE SANGUINE NARIUM.

Dicendum cunctis cum fundit sanguinis unda
Naris haemorrhoida, quae sit spes certa salutis.
Ruta dabit potum pariter contrita nidorem,
Humilis ex campis prodest contrita cumino
Hypporis, et sistit coniuncta nare cruorem
Pulvere boleti quem fantur esse lupinum,
Naribus associas vilis quoque gramina mentae.

XXII. DE HAEMORRHOIDE.

Si vero obscenum morbus tentaverit anum,
Quaeratur maurella potens inimicaque talpae,
Nec non hyosciamus, quarum fit cura salubris.
Haec epota simul sistunt iam iamque cruorem.
Plumbus et ustus obest madido coniunctus olivo.
His iunctim * binis subsistit sanguinis unda.

* Codd. *iustus.*

XXIII. DE IGNE.

Perfurit ignis acer comburens viscera semper,
Semper et errat atrox flammam sub cutè remittens,
Atque iterum exiliens fontis sub imagine gliscens.
Fraudibus internis eius sit obvia semper
Mens hominis; liuire iuvat chelidoniae gramen.
Internus nivei sociatur candidus ovi,
Ruta iuvat morbumque fugat, stringit quoque flammam,
Si tepido puroque simul iungatur olivo.
Ne putes haec quod falsa loquar, cum dicere verum
Veritas ipsa iubet; stercus producito morbo
Ovis et id calidum, referunt quod carmine plures.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

XXIV. DE CARBONE.

Vis inimica viget morbus cum perfurit ingens,
Languida terrificus perimit cum viscera carbo.
Iovis huic barbae sucus pariterque benignae,
Quae simul est hostis, nec non contrita savina
Stercore cum nitidae potantur iura columbae;
Sumpta quae si tremulo remanent in corporis alvo,
Vita salus pavido sic iam promittitur aegro.
Sin vero exhaustum videtur reicere potum,
Crede mihi celerem videtur pandere mortem.
Hunc etiam dirum raparum semine pelli
Asseruit Quintus vera ratione Serenus (1).
Prosunt et impressa gravi cauteria morbo,
Kalx etiam viva statim conspargitur in quo.
Cumque Dei iussu fuerit rubicunda cicatrix,
Tunc vero intrepidus timidam componito curam,
Quo virulenta lues valeat haurire venena.
Hoc tamen attestor, noscas vitare soporem,
Ne redivivus atrox possit reparare vigorem.

XXV. DE SCIA ARTHRITICA.

Sicui coxendix gressum fraudaverit ipsum,
Ossaque perlustrans furibundus creverit humor,
Sume polypodium quam dicunt esse filiclam,
Cui bene miscetur tritus cariophylus ater
Ductilis et piper, gratum cunctis cynamomum.
Sic potum facias; tribuas sed non sine melle.
Arboris ulmineae discas perquirere librum,

(1) Cap. *carboni medendo.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Cui rubiam misceto, simul potato iucundus.
Urticam cernens ruris, ne sperne maiorem,
Quae potata diu noscit comburere pestem.
Id teneas certum firmum verum quoque, nate.

XXVI. DE PODAGRA CURANDA.

Multi multa ferunt, quorum scriptura salubris,
Qui tamen affirmant pigram sine cura podagram,
Dicere si potis est; si vis succurrere morbo,
Incipe quod moneo; gratos succidito lactes.
Sic dolor immanis novit superare dolorem.
Felicis appositum requiem dat gressibus unguen
Et myrica potens, vivens quoque barbula Iovis,
Pinsuntur pariter, pedibus nectuntur, et ipsae
Carpuntur iugiter claudo potum tribuentes.
Vis tibi mirificam iam nunc mandare salutem?
Pisciculos capito spinae ruccas nomine dictos.
Quos lateri impositos ferventibus addito prunis,
Gressibus ac certus calidos compone dolentis;
Omne malum reprimunt, pestis sic dura fugatur.

CRISPI MEDIOLANENSIS DIACONI AD MAURUM MANTUENSEM PRAEPOSITUM EXPLICIT. SED PROFECTO CRISPUS ISTE NEQUE POETA EST NEC VERSIFICATOR BONUS: QUIPPE NON EX LEGE METRORUM SED AD SUARUM AURIUM SONUM VERSUS COMPOSUIT, IDEST RHYTHMUM TANTUM.

ΤΕΛΟΣ.

Scripsit Petrus Cenninus Florentiae MCCCCLXVIII. XIII. kal. novembris.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

EPITAPHIUM CEADUAL

REGIS ANGLOSAXONUM

A BENEDICTO ARCHIEPISCOPO

COMPOSITUM. (1)

Culmen, opes, sobolem, pollentia regna, triumphos,
Exuvias, proceres, moenia, castra, lares,
Quaeque patrum virtus, et quae congesserat ipse
Armipotens Cedual (a), liquit amore Dei,
Ut Petrum, sedemque Petri (b), rex cerneret hospes,
Cuius fonte sacras (c) sumeret albus (d) aquas.
Splendificumque iubar radianti carperet haustu (e)
Ex quo vivificus fulgor ubique fluit. (f)

(a) Beda *Ceadval armipotens*. Paulus *Cedoald armipotens*. (b) Sic Beda et Paulus. At Ioh. de-Deis contra metrum *Petrique sedem*. (c) Beda et Paulus *meras*. (d) B. et P. *almus*. (e) Ridicule de-Deis *hasta*. (f) P. *fuit*.

(1) De hoc epitaphio haec adnotat Iohannes de-Deis in libello Romae edito an. 1589. cui titulus *successores S. Barnabae* p. 23. b. " Romae cum Benedictus archiepiscopus degeret, Ceadual „ rex Anglosaxonum gentilis, et ad Christum conversus, in sancti „ Petri basilica a Sergio pont. baptizatus, et Petrus vocatus, ibi „ moriens ibidem sepultus est. Benedictus eius epithaphium compo- „ suit, quod quia diu cum arca sepultum, cui erat insculptum, ia- „ cuit, et annis praeteritis ab effossoribus fabricae basilicae sancti „ Petri repertum fuit, libuit hic adscribere, quo eius doctrina et „ pietas testatior esset. „

Tria huius epitaphii antiqua exemplaria habemus; apud Bedam scilicet hist. Angl. lib. V. 7; apud Paulum diaconum hist. Lang. VI. 15; et in lapide romano quem de-Deis recitat. Aliae aliquot varietates scribuntur apud Muratorium S. R. I. T. I. p. 495. His ego adiumentis epitaphium satis emendatum dedi; nam Iohannes quidem de-Deis, si lapidem ipse exscripsit, quod vix credo, infideliter supineque admodum egit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Percipiensque (a) alacer redivivae praemia vitae,
Barbaricam rabiem, nomen et inde suum
Conversus convertit ovans, Petrumque vocari
Sergius antistes iussit et (b) ipse pater.
Fonte renascentem (c) quem Christi gratia purgans
Protinus albatum (d) vexit in alta (e) poli.
Mira fides regis, clementia maxima Christi,
Cuius consilium nullus adire potest!
Sospes enim veniens supremo ex orbe (f) britanno (g)
Per varias gentes, per freta, perque vias,
Urbem Romuleam vidit, templumque verendum
Aspexit Petri, mystica dona ferens. (h)
Candidus inter oves Christi sociabilis ibit,
Corpore nam tumulum, mente superna tenet.
Commutasse magis sceptrorum insignia credas,
Quem regnum Christi promeruisse vides. (1)

(a) Perperam Io. de D. *perspiciensque*. (b) B. et P. *ut*. (c) Ita ms. Lind. apud Murator. S. R. I. T. I. p. 495. Alii omnes *renascentis*. (d) Ita P. Sed Io. de D. *ablutum*. Beda *ablatum*. (e) Ita ms. Lind. Alii omnes *arce*. (f) Ms. Lind. *suprema ex urbe*. (g) B. P. et Io. de D. *britanni*. Ego malui *britanno*. Mallem quoque *extremo* pro *supremo*. (h) B. P. *gerens*.

(1) Praeter hoc poëticum, aliud prosaicum subtexit idem Beda. *Hic depositus est Ceadvalla, qui et Petrus, rex Saxonum, sub die duodecimo kalendarum maiarum, indictione secunda, qui vixit annos plus minus triginta, imperante domino Iustiniano piissimo augusto, anno eius consulatus quarto, pontificante apostolico viro domino Sergio papa, anno secundo.* Dolendum sane, quod praeclarum christianae religionis trophaeum, iussu Sergii pontificis, ut ait Beda, positum atque inscriptum, tumulum dico Ceduvallae neophyti regis, ex vaticana basilica, cum innumeris ac prope omnibus vetustae artis pietatisque monumentis, temporum calamitas, operarum avaritia, praesidum incuria, abstulerit pessumque dederit! Recole sis quae de huiusmodi damnis in praefatione ad inscriptiones christianas dixi.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

HIBERNICI EXULIS

VERSUS AD KAROLUM IMPERATOREM

EX PERVETUSTO CODICE VATICANO. (1)

I. DE DEFECTIONE DASILONIS DUCIS BAIOARIORUM (2).

Dum proceres mundi regem venerare videntur
Ponderibus vastis ingentia dona ferentes,
Immensum argenti pondus fulgentis et auri,
Gemmarum cumulos sacro stipante metallo,
Purpura splendentes aurato tegmine vestes,
Spumantes et equos flavo stringente capistro
Ardua barbarico gestantes colla sub auro,
Annua sublimi haec debentur munera regi;
Dic mihi quae pariter reddemus garrula musa,
Ne forte in vanum regi servire videntur

(1) Est saeculi ferme decimi, antiquis poëmatibus plenus.

(2) Dasilonis seu Thasilonis variae defectiones abs Pipino et a Karolo magno, notissimae ex historiis illorum temporum sunt. Quis vero fuerit hic Hibernicus exul, qui poëtice de hoc argumento scripsit, ignoro. Ceteroquin vox *exul* significat interdum peregrinum seu advenam, non patria pulsum. Nemque ita se appellat p. 330. etiam Abbo qui e Gallia in Angliam transiverat. Porro quanta Hibernorum sub Karolingiis in Galliam multitudo venerit, testis est etiam Hericus monachus in epistola ad Karolum Calvum apud Bolland. iul. T. VII. p. 222. *Quid Hiberniam memorem, contempto pelagi discrimine paene totam cum grege philosophorum ad littora nostra migrantem? quorum quisquis peritior est, ultro sibi indicit exilium, ut Salomoni sapientissimo* (Karolo regi) *famuletur ad votum.* Alcuinus quoque ep. 221. ait: *doctissimi solebant magistri de Hibernia Britanniam, Galliam, Italiam venire.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Qui tali ac tanto patri munuscula demus.
Carmina quin etiam modulata voce canamus,
Dulcisonas regi promamus pectore laudes,
Et nostris cunctus reboet clangoribus orbis.
O sola ante alias cantus dulcedine capta
Divitiis orbis praevertens (a) carmina musa!
Sed dic quid valeant nostri iam carminis odae?
Heu numquid socius musarum nomina nescis,
Aut forte inludens nostrorum munera tempnis?
Dilectus socius musae quoque dulcis alumnus
Haud equidem ignoro musarum dulcia dona.
Sed dic nunc veterum vatum mihi maxima nutrix
Quae nostrae laudis concludent saecula finem?
Sidereae summus dum sphaerae (b) volvitur axis,
Et nox obscura claris dum pellitur astris,
Splendidus eximiis surgit dum phosphorus umbris,
Et celer aequoreas ventus dum verberat undas,
In mare dum properant spumosis cursibus amnes,
Nubila dum tangunt minaci vertice montes,
Atque iacent humiles limoso limite valles
Aut summi extollunt praerupta cacumina colles,
Regumque (c) obrizo candor dum fulminat auro,
Munera musarum saeclis aeterna manebunt.
His regum veterum clarescunt inclyta gesta,
Praesentum et saeclis narrantur facta futuris,
Musarum et donis laudatur conditor orbis,
Sedibus aethereis fulgens virtutibus almis
Nostris assiduis gratulatur cantibus aequis.
His igitur donis regem venerare memento.
Ast ego praecipuo comitabor fistula cantu.
Dic igitur modulans nutrix mihi maxima vatum,

(a) Cod. *conparis*. (b) Cod. *situs*. (c) Cod. *regnumque*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Quis pacem eximiam conatus frangere patrum?
Quis frustra egregiam commovit in arma quietem?
Quae pestis tetigit servum per cuncta fidelem
Ut domini faciem meruisset cernere tristem?
Lubricus hoc serpens profudit ab ore venenum,
Idem qui quondam miseris edixerat anguis
Coniugibus mortis mortales pectore voces:
Qui geminos saevo laniavit vulnere fratres,
Et qui germanas maculavit sanguine palmas,
Fraternum foedus letales vertit in iras,
Quique pietatis nescire suasit amorem,
(Hinc natus delerans patrium derisit honorem)
Qui populos dudum docuit conscendere turrim,
Et dominum servis iussit nescire tonantem.
Hic solus scindit perfectae foedera pacis,
Et populos saevis gaudet committere bellis,
Ut nullus Christo digne famuletur in orbe,
Mortiferis suadet verbis consurgere lites,
Seminat et rixas ubi pacis sola iubentur
Foedera, perpetui quîs dantur praemia regni.
Invidus hic serpens temptavit frangere pacem,
Qua rex egregius Karolus, duxque inclytus una (a)
Dassilo perpetue tenebantur iure beato.
Adgreditur, fama cunctum contaminat orbem.
Vocibus his puras (b) pulsavit perfidus aures:
Dasilo peccavit, linquit quia regia iussa,
Et sibi servitii non solvit foedera pacti.
Haec dicta egregias Karoli volvuntur ad aures,
Et rumor coepit latum volitare per orbem,
Pulsaturque ipsis regis praesentia verbis,
In primisque pias his dictis abdidit aures;

(a) Cod. *via*. (b) Cod. *pure*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Aiebat cunctis, hic vir mihi valde fidelis
Est, et Francorum deposcit prospera regnis.
Ast rumor frequens regi firmabat, et omnis
Conclamat tellus, non est dux ille fidelis.
Vocibus his tandem motus iustissimus heros
Agmina coniungit, classemque in margine ponit
Rheni, qui gallis scindit germanica (a) terris.
Felici cursu dictum transnavigat amnem,
Inclytaque innumeris tremuit Germania turmis.
At rex Francorum stipatus milibus altis
Maximus et patriis exultat victor in armis,
Alloquitur proceres fidos, ac talibus inquit:
O gens regalis profecta a moenibus altis
Troiae, nam patres nostros his appulit oris (1),
Tradidit atque illis hos agros arbiter orbis,
Subdidit et populos Francorum legibus aequis,
Perpetueque illis sanxit formator ab astris
Hos fines amplos, capiendas funditus urbis
Ancillas servos famulatus reddidit omnes.
At nuper nostris hostis surrexit in arvis.
Invidus hunc serpens fortassis vulnere saevo
. . . . . .

desunt multa.

Armillas grandi gemmarum pondere et auri,
Offertur sonipes auri sub tegmine fulgens.
His puer ex donis domini ditatur opimis,
Ad quem haec rex placidis deprompsit dicta loquellis.
Suscipe perpetui servitûs pignora nostri.

(a) Cod. *Germania.*

(1) De origine troiana, quam Franci iactabant, legesis gesta Francorum apud Bouquetium rer. gallic. scriptor. T. II. p. 542.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Oscula tum libans genibus praedulcia regis
Dux, atque has celeres produxit pectore voces:
Rex tibi debetur munus per cuncta salutis,
Ast ego servitium vobis per saecula solvo.
Sic fatus, regis cum dono ad castra recessit (1).

II. AD KAROLUM IMPERATOREM.

O Deus omnipotens convexae conditor arcis
Terrarum et maris et quae tantus continet orbis,
Suscipe vota tuae plebis, dignare rogatus
Caesaris eximii Karoli firmare salutem,
Multiplices vitam protendens rector in annos,
Imperio oceanum consignans ordine metam,
Hostibus oppressis firmata pace perenni,
Optime quod princeps sedatum rite gubernet,
Permulcente sua divino munere dextra.
Unus in aetherea altitonans qui praesidet aula;
Convenit et solum terris regnare sub illo,
Qui merito cunctis praestans mortalibus esset.
Discedant variae sectae, discedat et error
Antiquus quondam male suasus ab ore maligni,
Sancta fides niteat, comitanter gressibus altis
Cum Karoli magni ut vastum perlustret et orbem,
Imperio dictoque simul domitis virtute superbis.
Ac post innumeros captos ex hoste triumphos
Cum victore suo victrix laetetur et ipsa.
Post tanta in terris post tot sublimia facta
Pleno tum demum completo temporis aevo

(1) De impetrata venia loquitur poëta, quam saepe indulsit Karolus anno scilicet 781. et 782. 786. 787. Vide annales lauris-senses apud cl. Pertzium monum histor. Germ. T. I.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Felici centenos cursu vectus in annos
Alma fides obviam comitante cohorte sororum
Virtutum veniens Karolum super astra levabit,
Perpetuam tribuens Christo praestante coronam.
Versibus incomptis, summo sed mentis amore
Haec tibi conficiens, Caesar, dignare superne
Munera quaeso tui devoti sumere servi.

His ego litterulis domini deposco salutem
Perpetuam Karoli servulus ipse sui.
His te praeclara Gundrada (1) saluto puella,
Quae *licet* ore nitens, pulchrior es merito.
Littera festina dominae conferre salutem
Gundradae egregiae moribus et facie.

III. AD EUNDEM.

Haec est vestra fides caeli quae ducit ad aulam,
Hanc teneat, requiem quisquis habere cupit.
Est enim virtus cunctis credentibus ampla
More fide trino speque * placere Deo.
Summus apex Karolus caesar pax orbis opima,
Huic turmas hominum subdere colla decet. *

* Cod. *phise*.

* Cod. *docet*.

(1) Gundrada filia Bernardi, qui Caroli magni patrûus fuit. Gundradam hanc patruelem suam summo in honore secum in palatio Carolus retinebat. Ad Gundradam, cognomento ut moris tunc erat Eulaliam, scribit Alcuinus epistolam 184, eiusque castitatem laudat. Ibidem vero in adnot. multo adhuc luculentior Gundradae laus recitatur ex Paschasio Ratberto. Ad Gundradam seu Eulaliam scripsit praedictus Alcuinus librum qui extat *de ratione animae*. Pulsam in exilium a Luduvico Caroli successore narratur in adnot. ad Alcuini epistolam 212.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Altior ut cuncti regni rex unus honore
More fide forma Caesar, ut opto, prior.
Qui sibi praesentis regni concesserat arcem,
Arce poli summum det sibi posco locum *. * Cod. *loam.*
Exiguus regi parvum nunc reddo libellum
Collectum ex variis flore comante rosis.

IV. AD EUNDEM.

Laudibus eximiis celebrantur saecula prisca,
Omneque praeteritum gratificare solet.
Cum moveat praesens clamosis ora loquellis,
Adgravet et plebis corda molesta dies.
Credere quae sese incertis successibus ultro,
Aut etiam nimia speque futura capit.
Hoc homines inter passim contingit haberi
Rumori veterum cedere fama nova.
Nobis e contra ordo est commutatus et usus,
Priscis quaeque extant tempora praeferimus.
In quîs romuleum summa virtute gubernat
Imperium dominus pacificus Karolus,
Cui cedunt proceres et gloria celsa priorum,
Solis obumbrantur sidera ceu radiis,
Flumina ceu Nilo, colles vincuntur Olympo
Argento obrizum plus velut ore nitet.
Sic, Auguste, tibi cedit iam maxime regum,
Fama vigor virtus gloria nomen honor.
Singula nam reliquis virtutum dona redundant,
In te cuncta videt quisque notando probat.
Sunt quos forma decens, alios ventosa loquella
Nobilis aut sanguis dextrave marte potens
. . . . . .

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

V. AD EUNDEM.

Charta, Christo comite, per telluris spatium
Ad Caesaris regium nunc perge palatium,
Fer salutem Caesari ac suis agminibus,
Gloriosis pueris sacrisque virginibus.
Via pergens prospera per Christi suffragia
Prona coram Caesare verba dicas talia.
Dic, ut caesar Karolus perpeti praeconio
Sit sanus, longaevus, sit felix victoria.
Dic, regnator omnium det sibi subsidium,
Confortet, custodiat, dilatet imperium.
Dic, ut fautor fuerat iustis rite regibus,
Fiat Christus Karolo ac sibi fidelibus.
Dic, regales pueri per prolixa spatia
Sint sani, sint longaevi, salvatoris gratia.
Sint coronae regiae digni dic honoribus
Felices ac victores genitoris moribus.
Regalibus puellis dic fiat sublimitas,
Sit sancta, sit sobria, sit vera virginitas.
Christus amat virgines propter castimoniam,
Dat illis quam promiserat in futuro gloriam.
Dic, protegat Dominus sic Francos armigeros,
Regem, clerum, comites, milites belligeros.
Post haec charta Caesarem rogato continuo
De me Christi servulo sit memor exiguo.

Hibernici exulis carmina hactenus. Reliqua enim, etsi aevi karolini sunt, ut constat ex ultimo, incertos tamen auctores habent.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

CARMINA VARIA

SAEC. VIII.

EX EODEM PERVETUSTO CODICE.

I. AD ECCLESIAM.

Haec est mira domus vario depicta metallo
Nobilis in clero, dogmate clara pio.
Auro tecta nitent, paries argenteus annet *,
Ex nitido pressa marmore terra gemit.
Haec formosa domus (viator cognoscere debes)
Corpora sanctorum continet una trium.

* Ita cod.

II. AD FONTEM.

Hic fons irriguus vitalia δῶρα ministrat,
Et renovans populos mittit ad astra Deo.
En ibi Christus adest, qui primi fontis origo
Abluit omne scelus, purgat et omne nefas.
Currite nunc pueri ad latices undasque sacratas,
Sordibus inmersis munera ferte Deo.

III. AD FENESTRAM.

Ne David grabatum temptator callidus intret,
Signetur Domini ista fenestra manu!
Quadrus evangelii defendat numerus omne
Corpus, et interius cunctipotens animam.

IV. AD OSTIUM.

Qui aegyptios agni dudum de sanguine postes
Signavit, nostros signet et ipse Deus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

V. AD MINISTERIUM.

Qui ex duro latices iussit producere saxo,
Hic iubeat purum fundere saepe merum.

VI. VIR ORANS.

Haec, rogo, parva domus caelesti pace serena
Sit super et firmam consolidata petram.
Hic sit purus amor Christi, spes recta fidesque,
Assiduis votis laus tonet alma Dei.

VII. MARTINI VOTUM.

Sit tibi summa salus semper sine fine beata;
Hoc optat Martin vestraeque salutis amator,
Adsiduis Dominum precibusque poposcerit almum;
Aeternaeque simul faciat te sumere palmam.
Pectore nam puro Dominum portare memento,
Ut illum valeas rectorem semper habere.
Sit tibi vita salus Christus et gloria semper:
Solventi veniet criminum solutio Christi (1).

VIII. EPITAPHIUM VITALIS.

Quid tibi mors faciam quae nulli parcere nosti,
Nescis laetitiam, nescis amare iocos?
His ego praevalui toti notissimus urbi (2);

(1) Respicit auctor ad verba dominica *dimittite et dimittemini*. Sed metrum insigniter violat.

(2) Cod. *toto urbi*. Num ergo *orbi*?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Hinc mihi larga domus, hinc mihi census erat.
Gaudebam semper; quid enim, si gaudia desint,
Hic vagus ac fallax utile mundus habet?
Me viso rabidi subito cecidere furores,
Ridebat summus me veniente dolor.
Non licuit quemquam mordacibus urere curis,
Nec rerum incerta mobilitate trahi.
Vincebat cunctos praesentia nostra timores,
Et mecum felix quaelibet hora fuit.
Motibus ac dictis, tragica quoque verba placebant,
Exhilarans variis tristia corda modis.
Fingebam vultus, habitus ac verba loquentum,
Et plures uno crederis ore loqui
Ipse etiam quem nostra oculis geminabat imago,
Horruit in vultu se magis esse meo.
O quotiens imitata meo se femina gestu
Vidit, et erubuit tota quae nata fuit!
Ergo quot in nostro videbantur corpore formae,
Tot mecum raptos abstulit atra dies.
Quo vos iam tristi turbatus deprecor ore
Qui tumulum legitis cum pietate meum,
O quam laetus eras, Vitalis, dicite maesti!
Sint tibi, Vitalis, sint tibi laeta modo!

IX. EPITAPHIUM FOLRADI (1).

Felix illa hominum est mors et preciosa bonorum,
Gloria quam sequitur vita salusque quies.

(1) Fulradi abbatis S. Dionysii diversum epitaphium est inter carmina Alcuini T. II. p. 235. Fulradi eiusdem recitat testamentum Mabillonius annal. Bened. T. II. ad an. 777. Obiit anno 784. Ceteroquin et Fordradum presbyterum commendat Alcuinus epist. 160; ibidemque in adnot. memoratur Fordredus abbas.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Qui patriam repetunt linquentes extera mundi,
Post miseros luctus gaudia longa tenent.
Ex quorum numero clarus iam iure sacerdos
Corpore deposito hoc iacet in tumulo.
Clarus qui meritis vitae, spe, nomine fulsit
Virtutum radiis splendor ubique suis.
Qui probitate pater fuit omnibus atque magister,
Illos arte monens, hos pietate regens,
* Ita cod. Ecclesiae cultor, fautor peregrum *, altor egentum,
Proderat at cunctis hic pietate pari.
Eloquio dulcis, factis probus, ore serenus,
Pectore nectareo promptus ad omne bonum.
Sed quia certum est te palmam meruisse, patrone,
Pro peregrino me, posco, precare tuo.

X. EPITAPHIUM FARDULFI (1).

Qui pietate pater, pastor cura, ore magister,
Tranquillus placidus promptus ad omne bonum,
Ecclesiae cultor, largus miserator egenûm,
Fardulfus fuerat, hoc iacet in tumulo.
In hac aede Dei tolli qui nomine claro
Aeternis meruit laudibus et precibus.

XI. EPITAPHIUM CLOTHARII AC DAGOBERTI REGUM.

Egregii proceres Clotharius ac Dagobertus
Filius ac pater hic memorantur laude perenni.

(1) De Fardulfo extat aliud carmen inter supposita Alcuino T. II. p. 552. Ibi autem adnotatur: *Fardulfus abbas fuit S. Dionysii prope Parisios anno* 793, *regnante Carolo M., quem comitatus est in expeditione adversus Saxones anno* 795. *Obiit vero an.* 806. *aut sequente, id est tribus annis post Alcuinum.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Sed magis ecclesiam ditavit rex Dagobertus
Cum Nanthilde sua quam exornant aurea busta (1).

XII. EPITAPHIUM IMP. CAROLI ET PIPINI.

Effigies regum hic et nomina clara refulgent
Praecipui Caroli et Pipini fortis alumni.
Optimus Augustus summo qui patre coruscat
Caesar, quem peperit Berta pulcherrima mater.

XIII. EPITAPHIUM PIPINI.

Hoc iacet in tumulo Pipinus rex venerandus
Hesperiam rexit, hoc iacet in tumulo.
Francia quem genuit pulchra pietate repletum,
Nunc tenet Hesperia, Francia quem genuit.
Nobilis in genere, pulchra de stirpe coruscans,
Quem genuit Carolus nobilis in genere.
Nubila cuncta fugans mundi, properavit ad aethra,
Nunc sine fine manet nubila cuncta fugans.
Deque sua facie superabat lilia pulchra,
Fulsit clara dies deque sua facie.
Nobilior meritis quam quis valet ore referre,
In specie pulcher, nobilior meritis.
Unus amor populi, virtus, pax omnibus una,
Dilexit cunctos, unus amor populi.
Rex bonus et placidus, nulli bonitate secundus,
Iure alios rexit rex bonus et placidus.

(1) Dagoberti diversa ab hoc epitaphia extant apud Cointium S. R. F. T. I. p. 307. et 590. Porro hoc ac sequentia duo addantur nunc regum Francorum epitaphiis a Ph. Labbaeo in XII. parte thesauri sui epitaphiorum exhibitis.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Cuius ab ore pio populus solamen habebat (a)
Suavia cuncta bibit cuius ab ore pio.
Raptus ab orbe fuit cito pastor largus egentum.

XIV. EPITAPHIUM AUDACIS (1).

Qui cupis ut precibus Domini mereare favorem,
Hic interventus ante require viam.
Protinus invenies patriam portumque salutis
Si fidis animis hoc duce quaeris iter.
Hic namque est Domini verus purusque sacerdos
Quem nullis mundus polluit iste dolis.
Non ira, pompaeque tumor, non fervor habendi,
Non fragilis luxus huic nocuere viro.
Sed constans humilis largus patiensque piusque
Civibus ille suis commoda cuncta dedit.
Id proprium credens quicquid commune fuisset,
Nec sibi se cupiens vivere sed patriae.
Aedibus ille locum hunc positis templisque sacravit,
Et vicum fecit urbis habere decus.
Sic bene sex denos explevit cursibus annos,
Quîs meruit vitae praemia perpetuae.
Audax est igitur non falso nomine dictus,
Namque petens caelum regna beata (b) tenet.

(a) Cod. *pulus sua voce metebat.* (b) Cod. mendose *caelum aeterna tenens.*

(1) Sub Karolo magno Bernowinus episcopus floruit, cuius aliquot carmina ex romano codice Mabillonius edidit in annal. Bened. T. II. ad an. 811., itemque in append. p. 668. Ego hunc ipsum, ut puto, codicem lustrans, hoc inter Bernowini versus epitaphium reperi, quod, aliis levioribus praetermissis, luce dignum existimavi.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

XV. EPITAPHIUM MOTHARII.

Qui manibus librum lector conprenderis istum,
Hic praecepta Dei discere sacra potes.
Scriptorem forsan operis si noscere curas,
Illius nomen nolo latere tibi.
Edidit hunc librum Motharius ipse sacerdos,
Conscripsit digitis hoc opus ex propriis.
Atque in honore dedit sanctae sacer ille Mariae,
Ut possit requiem prendere perpetuam.
Quisquis es, o lector, librum qui legeris istum,
Det sibi dic Dominus perpetuam requiem.

XVI. EIUSDEM.

Hoc recubat tumulo Motharius ille sacerdos,
Qui prius in mundo vixit amore pio.
Felix ille fuit, mundi terrena reliquit,
Eligit et sacras discere litterulas.
Plenius ut Domini potuisset discere iussa,
Ante fuit humilis plenus amore Dei.

XVII. EPITAPHIUM AUTHELMI.

Authelmi monachi busto sunt membra sub isto,
Mors inimica annis quem tulit in teneris.
Principio vitae felix terrena reliquit,
Despexit mundum, nunc super astra micat.
Nobilis in genere, placidus, bonus, omnibus aequus,
Nobililior meritis quam valet ore loqui.
Atque fuit sapiens humilis pietate repletus,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Ingenio fortis fulsit in orbe potens.
Quisquis es, o lector, titulum qui perlegis istum,
Perpetuam requiem det sibi, posce, Deus.

XVIII. GRAMMATICA. (1)

Quisque venis studio discendi fretus amice
Grammaticae normam quaerere rectiloquam,
Huius adito domus properanti limina gressu
Quam signat titulus versibus iste suis.
Ad liquidum certo quam primus dogmate duxit
Donatus fama notus in orbe pia.
Nobilium post quem doctorum turba secuta est,
Quorum quisque sua nobilitate viget.
Hanc quicumque capis studiose pectore lector,
Et servas pura mentis in arce tua,
Diceris doctor, recti sermonis amator,
Eloquiique potens, rusticitate carens.

XIX. RHETORICA.

Facundi dicti sicui est studiosa voluntas
Quo civile datur ius bene nosse pium,
Haec subeat vario rutilant quae tecta nitore,
Hinc quoniam pleno dogmata fonte fluunt.
Quam Graeci asseverant Gorgia auctore repertam,
Hermagora cumque, quin et Aristotele.
At te concelebrant auctorem iure Latini
Rhetorica Tulli nobilitate micans.

(1) Diversa plane ab his epigrammata de septem artibus, sumpta ex alio codice vaticano, recitat Sirmondus in adnotationibus ad Theodulphum opp. T. II. p. 1079.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Cui lector placidam siquis accommodet aurem,
Pectoris atque suo ordine cuncta ferat,
Utilitas vitae quae sit discernet honestae,
Moribus et lingua clarus et arte vigil.

XX. DIALECTICA.

Quisquis habes votum quae sit dalectica scire
Atque potestatis vim quoque nosse petis,
Ostia signavi quorum hoc carmine limen
Ingredere, et nostris sedibus hospes adi.
Cuius Aristoteles venerabilis auctor habetur,
Cum quo Porphyrius claret et ipse quidem.
Turba magistrorum quos est imitata aliorum,
Perque exempla sequens nobile nomen habet.
Hac ratione viget reliquis subtilior ista,
Ut facile inveniat quaerere quaeque cupit.
Cui potis a falsi discernere crimine verum
Discussaque bonum nube referre palam.

XXI. ARITHMETICA.

Lector arithmeticae conductus amore magistrae,
Qui quaeris numeri qua ratione nitent,
Istius alta subi splendenti culmina tecti,
Horum certa satis mox tibi origo fiet.
Pythagoras huius nam primus dicitur auctor,
Post quem Nicomachus amplificavit opus.
Cum quibus et noster celebraris honore Boëthe,
Pro quo fama tui nominis aeva manet.
Hanc artem, lector, opibus nullius egere
Noveris, ast aliis hac opus esse scias.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Haec numeros praestat verbis rationibus atque
Rebus, et hac non est quod queat esse sine.

XXII. GEOMETRIA.

Qui cupiat formas quas dat geometrica nosse,
Vel qua mensura pertica docta cadat,
Haec subeat tecti laquearia fulva nitentis,
Quo prudens terrae mensio tractat opus.
Cuius ab Aegypto prima processit origo,
Finibus in cuius est celebrata nimis.
Attica quam multum quondam doctrina secuta est,
Inde Latinorum nec minus aucta modo.
Quam siquis studeas solerti adtendere mente,
Lector, habes omnis utilitatis opes.
Advertes quantum tibi prosit linea, vel quo
Forma figurarum plena necesse fiat.

XXIII. MUSICA.

Musica quid valeat, quid sit quicumque requiris,
Hanc intrato domum quae tibi clara patet.
Hic nam reperies quo constant cuncta tenore,
Organa vel valeant artificare melos.
Hanc constat primo Tubal auctore repertam,
Asserit ut Moses ille Dei famulus.
Pythagora et Lino nec non Amphione graecis
Auctore inventam hanc etiam referunt.
Emicat haec omni fulgens dulcedine clara,
Omnibus et terris concelebrata nitet.
Huic potis est saevos facile mulcere leones,
Et lenire tigres melificando truces.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

XXIV. ASTRONOMIA.

Astrorum cupidus quiquis scrutator adisti
Limina praesentis inradiata domus,
Huc inferre pedem veloci nitere gressu,
Haec quia cuncta tenet munera quaeque petis.
Dicitur Aegypti namque haec in finibus orta,
Atque Abraham sanctum hanc docuisse patrem.
Istius auctorem nam Graeci Atlanta fatentur,
Sidera quem caeli cuncta notasse volunt.
Cuius notitiam quisquis perceperit omnem
Stellarumque ortus occubitusque notet,
Inde futurorum poterit praesagia nosse,
Et quae occulta iacent, mox manifesta fore.

XXV. MEDICINA.

Lucida quae cernis clarescere tecta viator,
Si medicina tibi est opus, hospes adi.
Hic quia odoriferis circumdata tempora sertis
Ipsa salutifera munera tractat ovans.
Quam reperit primus physicae tractator Apollo,
Cum quo Aesculapius, natus hic, ille pater.
Post quos Hippocrates longo post tempore id ipsum
Dogmatibus claris magnificavit opus.
Haec sorbere lues, longe et * depellere pestes,
Haec morbos cunctos namque fugare potest.
Ipsa quidem aegrotis reddit medicando salutem,
Munere deque suo languida membra fovet.

* Cod. *laceres.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

XXVI. VERBA PHILOSOPHIAE AD DISCIPULOS.

Quisquis alumne velis varias cognoscere rerum
Causas, nutricem me cole corde piam.
Sedulus esto mihi cultor, devotus amator,
Intentus humilis pectore mente mane.
Aeterne poteris nostras hinc prendere gazas,
Quae fragiles procerum divitias superant.
Quîs conlata simul species quae cuncta videtur
Clara per aspectum, cedit honore minor.
Ast ego quae pridem sociûm solata labores
Afflictos variis sum comitata malis,
In laetis tristes, laetos in tristibus esse
Cunctos praemonui sic fore saepe meos.
Huius in adversis vitae nec morte reliqui,
Sed labente die lucidiora dedi.

XXVII. MAGISTER EXHORTANS DISCIPULOS.

Discite nunc pueri. Docilis cito vertitur aetas,
Tempora praetereunt, axe rotante diem.
Arduus ut sonipes carpit celer aequora cursu,
Sic volat heu iuvenis non remanente gradu.
Curvantur facili vi lenta cacumina virgae,
Sed rigidos ramos flectere nemo valet.
Dum faciles animi vobis sint forte, sodales,
Discere ne pigeat scita superna Dei.
Ne bene concessum spatium perdatis inane,
Nam sine doctrina vita perit hominum.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

XXVIII. MAGISTER COMMINANS DISCIPULIS.

Quemlibet hic *propriae* levitatis culpa remordet,
Aut puer aut iuvenis, nullus inultus erit.
Torquendi iuvenes dulci carendo lyaeo,
At pueri pigri saeva flagella ferent.
Malueram potius cuncti sed sponte parerent,
Gratiaque emeritis, ultio nulla foret.

XXIX. AD KAROLUM IMPERATOREM.

Dextera magna Dei ecclesiam tueatur ab hoste,
Hanc quoque multiplicet dextera magna Dei.
Dextera summa Dei Karolum conservet ovantem,
. . . . . .
Dextera celsa Dei regalem servet in aevum
Prolem, et laetificet dextera celsa Dei.
Dextra clara Dei astrilogos omnesque ministros
Salvet, et ornet amet dextera clara Dei.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

SAEC. IX.

IOHANNIS SAPIENTISSIMI

VERSUS

AD KAROLUM CALVUM LUDOVICI PII FILIUM

CUIUS AVUS FUIT

KAROLUS MAGNUS (1).

CARMEN I.

De Christo crucifixo.

Hellenas Troasque suos cantarat Homerus,
Romuleam prolem finxerat ipse Maro.
At nos caeligenum regis pia facta canamus,
Continuo cursu quem canit orbis ovans.
Illis iliacas flammas subitasque ruinas, 5.
Troiorumque μάχας dicere ludus erat.
Ast nobis Christum devicto principe mundi
Sanguine perfusum psallere dulce sonat.
Illi composito falso sub imagine veri
Fallere condocti versibus Arcadias. 10.
Nobis virtutem patris veramque sophiam
Hymnizare licet laudibus eximiis.
Musarum cantus, ludos, satyrasque loquaces
Ipsis usus erat plaudere per populos.
Dicta prophetarum nobis modulamine pulchro 15.
Consona procedunt cordibus ore fide.
Nunc igitur Christi videamus summa tropaea,
Ac nostrae mentis sidera perspicua.

(1) Ita se habet titulus in pervetusto codice vat. saec. X. vel XI. Ceteroquin etiam SCOTI appellatio in carmine IX. occurrit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Ecce crucis lignum quadratum continet orbem,
20. In quo pendebat sponte sua Dominus,
Et Verbum patris dignatum sumere carnem,
In qua pro nobis hostia grata fuit.
Aspice confossas palmas humerosque pedesque,
Spinarum serto tempora cincta fero.
25. In medio lateris reserato fonte salutis
Vitales haustus sanguis et unda fluunt.
Unda lavat totum veteri peccamine mundum,
Sanguis mortales nos facit esse deos.
Binos adde reos pendentes arbore bina;
30. Par fuerat meritum, gratia dispar erit.
Unus cum Christo paradisi limina vidit,
Alter sulphureae mersus in ima stygis.
Eclipsis solis lunae redeuntis eoo
Insolito cursu sideris umbra fuit.
35. Commoto centro tremulantia saxa dehiscunt;
Ruptâ cortinâ, sancta patent populis.
Interea laetus solus subit infera Christus
Committens tumulo membra sepulta novo.
Ὁπλίτης fortis reseravit claustra profundi,
40. Hostem percutiens vasa recepta tulit.
Humanumque genus nolens in morte perire,
Eripuit totum faucibus ex erebi.
Te Christum colimus caeli terraeque potentem,
Namque tibi soli flectitur omne genu.
45. Qui tantum largire vides quod rite rogaris;
Et quod non recte, rite negare soles.
Da nostro regi Karolo sua regna tenere,
Quae tu donasti patribus almigenis.
Fonte tuo manant ditantia regna per orbem:
50. Quod tu non dederis, quid habet ulla caro?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Invidiam miseram fratrum saevumque furorem (1),
Digneris pacto mollificare tuo.
At ne disturbent luctantia fraude maligna,
Aufer de vita semina nequitiae.
Hostiles animos paganaque rostra repellens (2), 55.
Da pacem populo qui tua iura colit.
Nunc reditum Karoli celebremus carmine grato:
Post multos gemitus gaudia nostra nitent.
Qui laeti fuerant quaerentes extera regna,
Alas arripiunt quas dedit ipsa fuga. 60.
Atque pavor validus titubantia pectora turbans
Compellit Karolo territa dorsa dare.
Eheu quam turpis confundit corda cupido,
Expulso Christo sedibus ex propriis!
O utinam Hluduwice (3) tuis pax esset in oris, 65.
Quas tibi distribuit qui regit omne simul!

(1) Satis haec nota sunt ex historia Karoli Calvi; qui primum societate cum fratre Ludovico inita, pugnavit acerrime adversus fratrem Hlotarium; deinde etiam Ludovicum hostem habuit. Unde rhythmus apud Mabillon. annal. Ben. T. II. append. p. 701. *Hic Carolus cum fratribus — Bellum gerebat saepius.* Scotus noster in epistola ad Karolum praeposita Dionysio vocat haec bella *plus quam civilia*, ut significet *fraterna*. Extant denique de his discordiis bellisque etiam Hincmari remensis varia scripta.

(2) Intellige Northmannos, de quorum incursionibus in Galliam regnante Karolo Calvo legesis chronicon northmann. apud cl. Pertzium monum. hist. German. T. I; praecipue vero relationem historicam apud Bolland. maii T. VI. p. 797. sqq. De Danis, qui sunt Northmanni, evangelii praedicationi obsistentibus consule Alcuinum opp. T. II. p. 187. *Paganos* piratas aeque appellat Alcuinus epist. 92. Noster in graecis precibus ad Deum pro Karolo: αὐτῷ ὑπόταξον βάρβαρα φῦλα.

(3) Ludovicus, Karoli Calvi frater, Baioariae rex, anno 858. cum exercitu impressionem in Galliam fecit adversus praedictum Karolum. Ruodolf. Fuld. annal. in op. cit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Quid superare velis fratres? quid pellere regno?
Numquid non simili stemmate progeniti?
Cur sic conaris divinas solvere leges?
70. Ingratusque tuis, cur aliena petis?
Quid tibi baptismus, quid sancta solempnia missae
Occultis semper nutibus insinuant?
Numquid non praecepta simul fraterna tenere,
Viribus ac totis vivere corde pio?
75. Ausculta pavidus quid clamat summa sophia,
Quae nullum fallit dogmata vera docens.
Si tibi molestum nolis aliunde venire,
Nullum praesumas laedere parte tua.
Christe tuis famulis caelestis praemia vitae
80. Praesta, versificos tute tuere tuos.
Poscenti Domino servus sua debita solvit,
Mercedem servi sed videat dominus.

CARMEN II.

De cruce.

Aspice praeclarum radiis solaribus orbem
Quos crux salviflua spargit ab arce sua.
Terram Neptunumque tenet flatumque polosque,
Et siquid supra creditur esse procul.
5. Dum revocat miseros humanae gentis ab imo,
Cuspide tartaream percutit ipsa Stygin.
O crux alma nites ultra Seraphim Cherubimque;
Quod est quod non est te colit omne super.
Te domini rerum, virtutes, atque potestas,
10. Ordo colit, medium iure tenendo locum.
Angelus, archangelus, princeps, totusque supremus

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Caelestis numerus te colit alta petens.
Te πνὺξ (1) nostra dehinc iusto modulamine laudat,
Per te christiferam namque redempta fuit.
Te ne manu Moyses magnus gestaverat olim, 15.
Dum dux divini factus erat populi?
Te Pharao stupidat vestitam pelle draconis,
Dum sorbes alios quos dedit arte magus?
O mons virtutis descendens carnis ad ima
Figeris in ligno, septa subis erebi. 20.
Morte sua simpla nostram consumere duplam
Ausus eras, totum dum renovas hominem.
O crux erythreas tu scindis marmoris undas,
Victrix praecedis, dasque viam populo.
Te sequitur virtus omnis, te vita salusque, 25.
Te fugiunt fluctus, crimina dico mea.
Tu das harenosis currentia flumina saxis.
Ebibat hunc fontem vivere quisquis amat.
In sapidos fluctus populo convertis amaros,
Lex depulsa gravis, gratia sola manet. 30.
Est quoque non dispar sensus praefatibus actis,
Siquis συμβολικὰς discit amare notas.
Mysticus est Moyses Christus, rex atque sacerdos,
Qui nos Aegypto liberat edomita.
Ipse subit mortem primus, mortemque resolvens 35.
Prosilit in vitam: virga recepta regit.
Quid Pharao sequeris populum? Fuge mersus in ima:
Carceris aeterni te tegit atra palus.
Nos virtutis iter medium dum carpimus, alte

(1) Glossa *ecclesia*. Rursus noster utitur in graecis versibus hoc vocabulo:

Ἴδε βαθὺ (sic) θανάτου τὴν τοῦ ταφθέντος ἔγερσιν,
Καὶ ζῶντι Χριστῷ πνὺξ μελόδημα βόα.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

40. Instant phantasiae nequitiaeque tholi.
Quas vincens animus laeta potitur harena,
Et peccata procul mersa sub acta videt.
Tunc ἀλάλαγμα canit gaudens multumque triumphans,
Laudibus amplificat tunc paradoxa Dei.
45. Litora virtutum lustrans tunc intrat eremum,
Mundi contempti qua silet omnis amor.
Spiritus inmundus nullam reperire quietem
Qua numquam potuit, sed redit unde venit.
Chalceus ex alto pendens ibi sibilat anguis,
50. Extinctum virus; liber erit populus.
Magdalene quaeris Dominum quid maesta sepultum?
Funere devicto respice laeta Deum.
Desine caeparios (1) meditari cernere vultus;
Vivus adest Dominus: quem gemis, ipsa vide.
55. Tersa pios vultus cursim solabere fratres:
Evangelistes prima beata vale.
Christe Dei verbum, virtus, sapientia patris,
Sanguinis unda tui, qua madet ara crucis,
Nos purgat, redimit, solvit, vitamque reducit,
60. Electisque tuis praestitit esse deos.
Da nostro Karolo pacem, qui sceptra dedisti (2),
Atque suus pereat hostis ubique ferox.
Utque tibi placeat cunctis quîs vixerit annis,
Semina virtutum sparge tuo famulo:
65. Quarum perspicue vis surgat, crescat in actus,
Ut merito tecum semper ubique regat.
Ὀρθόδοξος ἄναξ εὐσηβὴς κλυτὸς ὁπλίτης

(1) Glossa *hortulanos*.

(2) Noster in graecis: Χριστὲ σώσον Κάρολον τῷ τὴν βασιλείαν ἔδωκας. Item: εἰρήνη πιστῷ δήμῳ, βασιλεῖ ᾗ κλέος ἄκρῳ.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Σώφρων χριστοφόρος κύριος ὁ Κάρολος (1).

Hos versus cecini sex denos bisque quaternos
Iohannes vester servulus indignus. 70.
Μέλπω dum laetus, regi mea debita solvo:
Solvere curarim, si sibi grata forent.

CARMEN III.

De paschate.

Auribus hebraicis notum si dixero pascha,
Usibus Ausoniae transitus est habilis.
Primum naturae si vis cognoscere pascha,
Quaerito quis primus fulsit in orbe dies;
Quo machinae mundi cumulatim dicitur esse 5.
In species proprias transitus ex nihilo.
Conditor et causas, quas secum semper habebat,
Prodidit in formas lumine conspicuas.
Sphaerica tunc tellus artatur limine certo,
Vestiturque suis frondibus et λαχάνοις. 10.
Cinxit litoreus Neptuni Nerea limbus,
Quem superare nequit caerula (2) crine tumens.
Aërium spacium tangebant cornua lunae,
Quod validis pennis osana (3) colla secant.
Aetherios cyclos ambibat stelliger orbis 15.

(1) Hi duo graeci versus, adhuc corruptiores, recitantur etiam in praefatione ad glossaria gr. lat. per Carolum Labbaeum collecta; sumpti scilicet ex ipso glossariorum codice Karoli Calvi aetate scripto.

(2) Glossa *unda*.

(3) Glossa *aves*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Mundum circuiens motibus assiduis.
Processu vario ferebatur consona turma
Errantum, dulces edidit ipsa tonos.
Sex numero septem spaciis modulantibus octo
20. Caelestis sphaerae condidit harmonia.
Posthac extremus rex mundi dicitur aulam
Possessurus eam, ni sua facta forent.
Eheu sed miserum decepit femina coniunx,
Quam prius incautam perdidit astus ophis (1).
25. Moyses dux populi celebravit pascha secundum,
Bis quina plaga percutiens Isidam (2).
Transivit Dominus signatos sanguine postes,
Dum primogenitos planxerat ipsa suos.
Israhelites festinus vescitur agnum;
30. Ossibus illaesis mystica caena fuit.
It populus gaudens, Aegyptus perfida luget,
Insanit rabie, quem timet insequitur.
Anxius erythreas tunc Moyses aspicit undas,
Inscia virtutis territa plebs dubitat.
35. Nubibus obscuris Pharaonis turba retenta
Ne praedam caperet, fervida saeva stupet.
Tum dux intrepidus neptunia dissecat arva,
Praestitit ignoti marmoris unda viam.
Ventus et exurens hammonia (3) litora siccat,
40. Et muro similis caerula prona tumet.
Ingreditur populus lympharum gurgite tutus,
Laetus et egrediens actea grata videt.
Obruitur pelagi cumulis pharaonius hostis,
Ἅρματα dispersim Thetidis ima tegunt.

(1) Pro ὄφεως.
(2) Glossa *Aegyptum*.
(3) Glossa *harenosa*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Haec quondam fuerunt venturi ἰνδάλματα Christi, 45.
In quo collucent quae latuere diu.
Qui solus victor prostrato principe mundi
Transacto triduo prosilit ex erebo.
Ac primus calcans mortem transivit in alta,
Solus nam liber numine tartareo. 50.
Sanguinis et proprii fundens libamina pura,
Mundo salvato pascha novum dedicat.
Sponte sua Dominus se mactat ipse sacerdos,
Quae patri placens hostia sola fuit.
Hostia quae totum purgavit crimine mundum, 55.
Mundum quem potuit perdere primus homo.
Ex uno veniens mors est expulsa per unum,
Morte bona vitae mors mala victa perit.
Primitiae Christus reseravit septa sepulchri,
Nostrae naturae perdita restituens. 60.
Harum nunc rerum celebrantur symbola sacra
Dum parent oculis mentibu' nota prius.
Dum corpus Christi, dum sacri sanguinis undam,
Et pretium mundi mens pia corde sapit (1).
Dum memores caenam Domini revocamus in annos, 65.
Dum plures odas consonat ipse chorus.
Aeternis epulis, quas mystica signa figurant,
Digneris Karolum pascere Christe tuum
Devotum famulum, qui te veneratur honorat
Aedibu' constructis aurea vasa parans, 70.
Cortinis patulis et longa per atria tentis,
Vestito clero murice purpureo.

(1) Adnotanda sunt haec propter erroris infamiam qua flagravit Scotus noster circa veram corporis Christi sub eucharistica specie praesentiam.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Presbyteri sancti reboant altaria circum
Perpetuis templis sic erit ipse tuus.

CARMEN IIII.

Laudes Yrmindrudis Karoli Calvi uxoris (1).

Haec nostram dominam Yrmindrudis nomine claram
Exornant meritis laudibus apta suis,
Forma, genus, species, morum pulcherrima fama,
Regis conubium, docta loquela decens,
5. Praeclarae sobolis donum, sat nota (2) propago,
Obsequiumque bonis omnibus egregium.
Ingens ingenium, perfecta Palladis arte
Auro subtili serica fila parans.
Actibus eximiis conlucent pepla mariti,
10. Gemmarum serie detegit indusias (3).
Miratur fugitans numquamque propinquat Arachne,
Quamvis palladios aequiperat digitos.
Inclyta consilio castum servare cubile,
Cypris ne valeat commaculare toros.
15. Pauperibus multis Christi iustissima cura
Illam sollicitat rite ministra (4) fore.
Prudentum matrum, quas laudant dogmata sacra,
Virtutis consors enitet assidua,

(1) Noster Scotus, vel Martinus magister, apud glossar. loc. cit. de Yrmindrude sic: φύλαξον ὁ θεὸς τὴν βασίλισσαν Ἱρμινδρούδ, καὶ δὸς αὐτῇ σωτηρίαν καὶ ζωὴν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Sacram huius reginae coronationem legere licet apud Hincmarum remensem opp. T. I. p. 752. sqq.

(2) Cod. *notaque*.

(3) Glossa *indumenta*.

(4) Ita cod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Orans, ac legitans libros, manibusque laborans,
Et nullum vitiis tempus inane vacat. 20.
Quid causas regni dicam, quas ipsa perita
Disponit vigili pectore praecipuo?
Si sinerent apices, quos scripserat ipse Salomon,
Dixissem forsan quid perhibere volunt.
Haec nam haec merito censetur femina fortis, 25.
Quam Karolus reperit fortis et almus ἄναξ.
Quem solum celebrat Francorum gloria regem
Dignum christicolis plebibus atque choris.
Cui gestare licet regnorum plurima sceptra,
Quae magni patres sustinuere sui. 30.
Cui soli regnum sapientia praevia pollet,
Quem purae mentis nobilitat studium.
Quem scriptura docet divinis plena figuris,
Ne recto Christi tramite debilitet.
Qui sanctas aedes dedicans ornatibus amplis, 35.
Caelestis patriae symbola sacra videt.
Hos ambo, regem dico dominamque, potentes
Christe tuere tui numinis auxilio.
Sis fidus custos, sis murus tutus in aevum,
Ut tibi perpetuo placita vota ferant. 40.
Devotis animis semper te laudet uterque,
Vocibus harmonicis actibus atque bonis.
Illorum tumidos inimicos sterne rebelles,
Aut hos conversos subdere colla mone.
Da pacem populo, qui tibi servit ubique, 45.
Omnibu' christigenis floreat alma quies.
Paganos piratas (1) vastantes regna per orbem
Consumptos gladio gurgite merge maris.
In syrtes varias spargantur flatibus austri,

(1) Northmannos classe advectos.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

50. Illic ut pereant aestibus oceani.
Nos vero laetos puro te corde colentes
Ducas aetherios sidera supra choros.

CARMEN V.

De Christi resurrectione.

Mystica sanctorum panduntur dogmata patrum,
Pneumate sanctifico quae cecinere Deo
Aeterno patris verbo, quo cuncta creantur
Occultis sinibus ordine quaeque suis.
5. Fabrica quo mundi formis simul omnibus una
Surrexit, fuerat ut ratione sua.
Quae sine praecessit in Christo tempore facta,
Dum semper natus cuncta creata videt.
Quam super effertur sanctus ratione regentis
10. Spiritus, ut sacras vivificaret aquas.
Angelicum numerum superorum castra tenentem
Constituit mundo caetera quaeque vides.
Quorum primaten hominem paradisus habebat
Assimilem factum mente videre Deum.
15. Hanc homo praeclaram speciem complectere nolens,
Corruit, et prolem traxit ad ima suam.
Sed ne tanta Dei penitus transiret imago,
Hanc speciem hominis coepit habere Deus.
Hinc natus mundo, passus sub lege malorum,
20. Morte sua mortem perdidit ipse meam.
Quo sunt, quo vivunt, quo stant, quo cuncta moventur,
Ille Deus moritur, vivat ut ipse homo.
Ordine multiplici signatus patribus olim
Mactatur legi, vatibus et canitur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Hic fuerat aries speculo provisus ad aram, 25.
Dum typicus Isaach ducitur ad iugulum.
Festinans populus Aegypto hunc sumpserat agnum,
Sanguine conspergens limina nota domus.
Hic fons, virga, petra, caelestis fulgor obumbrans,
Serpens, et manna, nubs, via, panis, aqua. 30.
Talia saepe Dei iussu sub tempore facta
Aeternum dominum significare suum.
Hacque impleta die sacro veneramur honore,
Ista dies tanta mystica facta tenet.
Hanc mundus prodit congaudens luce decora, 35.
Florigeros motus mittit in aethra suos.
Germina producens, florentes gramine fructus,
Nam Christus fructus dulcis ubique suis.
Surrexit Christus, nostra hinc pia corda resultant,
Alleluia Deo mundus ubique canit. 40.
Inclyte qui regum te rex conservet in aevum,
Prospera concedat, hinc super astra vehat.
Qui sub honore sui humili cum corde canoros
Alternos statuis, psallis et ipse, choros.
Credimus, ista tibi servantur culmine caeli, 45.
Heres davidicus efficiere pius.
Προσευχῆς petimus votis et corde precamur,
Qui dedit hoc velle, det tibi posse Deus.
Βασιλέει Καρόλῳ ἡμῶν σὺ Χριστὲ βοήθει,
Ὡς κληροῦσθαι χοροὺς δυνατὸς οὐρανίους (1). 50.

(1) Hoc item distichon recitatur apud glossar. loc. cit; sed utrubique mendosum.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

CARMEN VI.

Christi descensus ad inferos et resurrectio.

Emicat ex erebo lux mundi magna triumphans,
Primitias vitae quae moribunda stupet.
Prosiliunt Furiae, concurrunt undique Parcae,
Mirantur tristem congemuisse Stygem.
5. Ille dein princeps barathri petit arma sueta,
Quîs genus humanum subdidit ipse sibi.
Sed mox ut vidit ruitantia limina fracta,
Territus attonitus fugit ad ima domus.
Non tamen evasit tenebrosa per antra tyrannus,
10. Fortior intravit qui sua vasa tulit.
Attractus captus vinctus strictisque catenis
Detentus domitus pulsus ab arce prius,
Qua mundi princeps elatus sederat olim
Bestia saeva vorax atque diu indomita.
15. Sed victor mundi praestantior omnibus unus
Totum collisit comminuitque caput.
Aestus aeterni comburunt turpe cadaver,
Pyrphlegethontis *enim* fervida flamma furit.
Laetantur miseri quos laesit dira potestas,
20. Captivi redeunt, vincula laxa vacant.
Iam regnat Verbum patris, iam cuncta gubernat
Virtus, vita, salus: mors fera victa silet.
Surrexit vivus rumpens retinacula leti,
Nulla valet summum vis retinere Deum.
25. Ipse libens animam posuit, propriamque resumpsit;
Ponere quam potuit, non remanere sinit.
Quam dat pro mundi vita, revocavit eandem;
Quae datur, accipitur; tradita, salva manet.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Tale datur pretium mundi, mirabile fatu!
Totum servatur, redditur atque datur. 30.
Quis fari valeat quid fecerit ipse redemptor?
Empto potitur, possidet et pretium.
O lux perpetuo fulgens mundumque revelans,
Victrix umbrarum quas pia corda timent,
Custos sis Karoli, tutus et undique murus, 35.
Protege sceptra tui qui regitat famuli.
Sat sat perpaucos ingratos ponere versus,
Molestos regi quid valet astruere?
Quod plane perhibet iam nuper dedita musa,
Expers mercedis tristis inanis erat. 40.
Στοῖχοι Ἰωάννου τῷ βασιλεῖ Καρόλῳ (1).

CARMEN VII.

Adhuc de Christi resurrectione.

Lux superans animas hominum superumque deorum
Agmina terrenis constabilita tonis,
In sinibus genitoris erat, longeque remota
Sensibili mundo empyrioque polo,
Incarnatus erat Christus de virgine nascens, 5.
Confixus ligno, conditus atque τάφῳ.
Corpore sed moriens, vivens animoque Deoque,
Ast Deus et moritur, vivat ut ipsa caro.
Mens erebum, corpus petram, tenet omnia numen,
In tribus est unus corpore mente Deo. 10.
Postquam per triduum totum destruxerat ᾅδην,
Totus surrexit, nil remanente minus.
Ascendit totus, totum regit aspice mundum,

(1) Hic quoque versiculus est apud glossar. loc. cit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Pro quo passus erat conditor atque Deus.
15. Humanumque genus totum revocavit ab antro
Aeternae mortis, quo cadit omnis homo.
Muneris ingratus vitae spretorque salutis
Quam largitus erat maximus archiater.
O rex praeclaro qui lustras lumine mundum
20. Largito Karolo prospera cuncta tuo.
Indulge famulo fragilis contamina vitae,
Ut valeat purus cernere regna tua.

Στοῖχοι τοῦ Ἰωάννου τῷ κυρίῳ αὐτοῦ ἄνακτι Καρόλῳ (1).

CARMEN VIII.

De Verbo incarnato.

Si vis οὐρανίας sursum volitare per auras,
Empyriosque polos mentis sulcare meatu,
Ommate glaucivido (2) lustrabis templa sophîae,
Quorum summa tegit condensa nube caligo,
5. Omnes quae superat sensus noërosque logosque.
Inde γνόφος quondam velabat Sina κορυφὴν,
Dum Deus antiquum θεσμὸν Moysea doceret,
Umbrarum medio linquens vestigia ταρσῶν.
Illic aspicies Seraphim oculosa volare,
10. Et senas πτέρυγας terno de cardine pansas,
Circa postque Deum polymorphota plurima ζῷα
Claro cunctorum speculantia lumine causam,
Unum principium quo rerum volvitur ordo
In genus in species rhythmosque chronosque toposque (3),

(1) Haec quoque graeca sententia est apud glossar. loc. cit.
(2) Glossa *oculo noctivido*.
(3) Glossa *locos*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Quae sunt, quae non sunt, sensu seu mente videntur, 15.
Quae stant, quae vario volvuntur praedita motu,
Pneumata ventorum, vis ignea, lucidus aether,
Chorus et astrigerae perpuri luminis αἴγλη.
Palladis hinc gemmis septem redimita corona
Φοίβη, καὶ Στίλβων, καὶ Φῶς, καὶ Ἥλιος, Ἄρης, 20.
Φοίτων καὶ Φαίνονος ἄκροι περὶ κλίματα πάχυη,
Ἑξῆς τοῦ κόσμου κέντρον Θέτις ἄσχετον ἅλας (1),
Caelestis motus modulaminis ἐννεάφθογγος,
Summa chelis vocum mortales effugit ὤτας.
Rerum principium primum cognoscite Christum, 25.
Verbum cuncta creans, natum de pectore patris,
Ars, lex, consilium, ζωὴ, sapientia, virtus,
Fons, medium, finis, genitum de lumine lumen,
Est, non est (2), super est, qui praestitit omnibus esse,
Qui regit atque tenet totum quod condidit ipse, 30.
Totus per totum, qui nullis partibus haeret,
Cum sit cunctorum substans essentia simplex,
Ὢν τέλος, ὢν ἀρχὴ πάντων ὢν ὄντα τὰ εἰσὶν,
Ὢν ἀγαθὸς καὶ καλὸς κάλλος μορφῶν τε χαρακτήρ (3).
Qui miseros homines revocans de morte perenni, 35.
Ἄνθρωπος factus sumens de virgine carnem,
Promissus venit complens oracula vatum.
At πρόγονος David proprio de spermate natum
Viderat, et mundi devicta morte λυτρωτήν.
Nec minus in caelis prosunt mysteria Christi 40.
Quam terris, merito cum sit Deus omnibus idem.
Illic angelicas patefecit lumine mentes,
Ac tenebrosa suae virtutis prodidit ipsis.

(1) Sunt hi versus apud glossar. loc. cit.
(2) Non est quicquam de rerum natura, sed super.
(3) Sunt apud glossar. loc. cit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Nulla quidem virtus potuit dinoscere pure
45. Quem pater occultum gremio velabat opaco:
Sed caro nunc Verbum factum, mirabile dictu!
Clare se cunctis hominemque Deumque revolvit,
Νοῦς τε λόγος τε capit quem nullus viderat ante:
Σαρκικὰ nam φύσις divinas temperat αὐγάς.
50. Hic vitam cunctis nascendo contulit, atque
Destruxit mortem quae totum sorbserat orbem.
O qualis virtus potuit superare superbum,
Qui genus humanum crudeli lege subegit!
Restaurare volens primus quod perdidit ille
55. Formatus limo male usus munere vitae;
Virgine sed factus dum sumpserat unde periret,
Sponte sua propriae bene usus funere carnis.
Quis modus est animo dum talia cernere temptat?
Quive valent sensus meditari famine vocum?
60. Παρθένος angelico commovit viscera fatu,
Ac comitante fide suscepit pneumate partum.
O felix γαστὴρ divinum sustinet ignem,
Virtutis radius solidatur somate (1) sacro,
Unam personam duplex substantia prodit.
65. Nam Deus aeternus rationem tempore sumens,
Corpore compacto sese perfecerat ἄνδρα
Iësum Christum regnantem saecula semper.
Te lumen mundi colimus: tu Christe redemptor
Fonte tui lateris credentum vulnera tergis:
70. Nilque perire volens hominis tua provida virtus,
Ambitur nostram nullo cum crimine φύσιν.
Φύσις nostra dehinc plene renovatur in illa,
Antidotumque potens cunctis prodesse paratum
Potantum varias pellit compagine plagas,

(1) Glossa *corpore*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Nolentes merito permittens iure perire,
Nullum namque Deus nolentem vivere cogit, 75.
Nullum velle boni depellit limine lucis,
Omnes invitans, hos deserit, adiuvat illos,
Omnia componens, laudatur in omnibus ipse.
Christe tuos pavidos digneris visere servos,
Qui tua festa colunt venerantes dona salutis. 80.
Parce tuo famulo cui regia sceptra dedisti,
Divino radio perfusum perfice purga.

VERSUS IOHANNIS CKOΘΘI (1).

CARMEN VIIII.

Christi triumphus de morte ac diabolo.

Postquam nostra salus mundum renovaverat omnem,
Quosque pater voluit cunctos perfecerat actus,
Fessa labore gravi requievit in arbore pendens.
Tergeminae lucis spatio destruxerat ᾅδην,
Dormitans gelidi duro sub culmine saxi, 5.
Implens vativomi prognostica symbola ceti.
Umbrae tunc pavidae sparsim Phlegethontis ab imo
Exiliunt subito mirantes surgere lucem
Tetras atque truces abigentem carcere larvas.
O mors, mors vitae! si mors, non vita vocanda: 10.
Quod praestat vitam, non ausim dicere mortem.
Num tenebras recipit clarae substantia lucis?
Fervida vis ignis cescit (2) sibi serpere frigus?

(1) Ita in codice, non σκότθου. Est autem hic alius codex, sed aeque ferme vetus, nempe saeculi XI.

(2) Ita cod. Num pro *cessit*?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Nemo tamen vitam mortem gustasse negarit,
15. Mors carnis vitae, vitae mors iure vocatur:
Nam compassa fuit carni quae sola pependit.
Altius ingreditur purae rationis acumen,
Et carnem vitae vitam sic colligit esse:
Si vita est Verbum, Verbum quoque si caro factum,
20. Profecto sequitur vitam concedere carnem.
Si caro sit Verbum converso tramite facta,
Carnem continuo vitam dare cogere factam.
Σὰρξ igitur Christi substat verissima vita,
Vivens ac moriens mortem consumpserat omnem.
25. Desursum venit terrenam sumere vestem,
Indutus vestem sursum cum veste volavit,
Inque Deum vertit vestem de virgine sumptam,
Unum conficiens animam carnemque Deumque (1).
Mors mortis Dominus surrexit vivus in altum,
30. Ac nostram secum naturam vexit eodem.
In tota factus, totam conformat in unum.
Mundum calcavit frigilem, mundique potentem,
Expulsumque foras superavit marte secundo.
Captivam revocans praedam raptoris ab ore
35. Abstulit, ille gemit confossus membra superbus
Vulneribus duris, ac secum talia tractans:
Me victum video fugitivum: sedibus atris
Quae nova lux oritur, quam numquam ferre valebo?
Nunc mihi regna ruunt passim, loca nulla tenebris,
40. Sentio me captum pavidum vinclisque ligatum.
Eheu quis mihi congreditur? quis fortis in armis
Audax committit mundi cum principe bellum?
Illene confixus ligno septusque sepulchro,
Quem rex Herodes sprevit summusque sacerdos,

(1) Perspicue confutat Nestorium noster Scotus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Ruptus non timuit vestem damnare Caiphas, 45.
Addictus morti, romano principe caesus.
Hoc egomet feci fateor totumque peregi.
Me stultum latuit virtus humilisque potestas:
Hunc si cognossem σταυρῷ non penderet umquam:
Corporis humani servilis forma fefellit. 50.
Interea laetas animas volitare per auras,
Tartareosque sinus vacuos laxasque catenas
Suspicit, et nutrit tristi sub pectore vulnus.
Quod mage me miserum torquet, iam conspicor, inquit,
Clausa diu terris paradisi limina pandi, 55.
Et mortale genus quod fluxerat inde per unum,
Unius ob mortem rursus super astra redire.
Illic felices sedes quas sponte reliqui,
Terrigenum proles habitabit iure perhenni,
Me me torquebit semper mea prava voluntas, 60.
Languidus invidia morior meritoque peruror.
Unum confugium superest, solamen et unum:
Est antiqua domus mortis noctisque profundae
Iudaicum pectus vitiorum plena vorago,
Fraudis et invidiae semper possessio larga, 65.
Luminis exosi radios irata repellens.
Illic sola potens hypocrisis perfida regnat,
Illa putet nimium, nimiaque putredine corda
Carnalis populi corrumpit nescia veri.
Illic confugiam gentilia pectora linquens, 70.
Odibilis Christo dominabor gentis avarae,
Omne meum virus fundam blasphema per ora,
Ligno suspensum Dominum regnare negando.
Talia contrectans (1) crudelis bestia fallax
Retro lapsa ruit gelidas fugitiva per umbras. 75.

(1) Malim *commemorans*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Imperium patris quaesitum sanguine nati
Telluris superat fines erebumque polumque.
Orthodoxa fides diversa voce per orbem
Abba pater clamat, laudans mysteria summa
80. Unius (1) ac trinae bonitatis fertile germen,
Ingenitum genitumque Deum munusque perhenne
Fontis inexhausti quo manant flumina vitae.

CARMEN X.

Preces pro Karolo rege.

Graeculus, Iudaeus iam nunc, Agarenus, et Auson,
Paganusque ferus surgens aquilonis ab axe
Subdita colla dabunt, Christus regnabit ubique,
Ipsi succumbunt omnes regique Deoque.
5. Summe pater nati, largitor luminis almi,
Festa tui semper celebrantem protege plebem,
Cui tua disponens sapientia regna per orbem
Praefecit Karolum regemque piumque ministrum,
Cui lux interior donavit mentis acumen,
10. Quo divina simul tractans humana gubernet,
Vere subsistens rex atque theologus idem.
Praesul ab Athenis Dionysi, symmache Pauli,
Inclyte martyrio, cui servit Gallia tota,
Prospice caelestis vitae de sedibus altis
15. Vota tui τέκνου Karoli tua λείψανα sancta
Ornantis, gratamque tuam magnalibus aedem,
Instar flammarum gemmis flagrantibus auro.

(1) Vocabulum hoc Scotum nostrum vindicare videtur adversus Hincmarum, qui in libro de praedestinatione adversus Gothescalcum cap. 31. Scoto tribuit errorem *quod trina sit deitas.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Undique turicremis redolent altaria fumis
Harmonici cantus ϑιασωτῶν (1) sidere pulsant,
Officio vatum (2) sanctissima caena paratur. 20.

CARMEN XI.

Oblatio operis dionysiani Karolo regi (3).

Hanc libam (a) sacro Graecorum nectare fartam
Advena Iohannes σπένδω meo Karolo.
Maxime Francigenum cui regia stemmata fulgent,
Munera vociferi (b) sint tibi grata tui.
Vos qui romuleas nescitis tempnere technas, 5.
Attica ne pigeat sumere gymnasia.
Quorum si quaedam per me scintilla relucet,
Usibus ausoniis si libet accipite (c).
Molestum si non nostrum munire laborem,
Firmetur vestri pondere iudicii. 10.
Si quid nodosum durumve notatur in ipso,
Parcite Cecropidis, attica tela (d) sequor.
At si mendosus declinat tramite recto,
Mellifluo vestro famine corrigite.
Quod si quorundam mordebor (e) dente feroci, 15.
Hoc leve; namque meo contigit Hieronymo.

(a) Glossa *oblationem*. (b) Usser. *votiferi*. (c) Male Usser. *aspicite*.
(d) Nam *vela*? Usser. (e) Usser. *mordetur*.

(1) Glossa *dilaudantium*.

(2) Sacerdotum, ut in christianis inscriptionibus a me editis.

(3) Hoc poëmatium sumo ex duobus vaticanis codicibus saec. XIII. aut XIV, in quibus est Iohannis Scoti interpretatio operum S. Dionysii areopagitae. Edidit hoc quidem carmen Usserius in epistolis hibernicis p. 40; sed mihi repetendum fuit tum ob varietates aliquot, tum ut aliis Scoti carminibus socium darem.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Ut vero stabilis maneat fundamine firmo,
Regali στάθμῳ figere sufficiet.
Crediderim multos tangentes dogma (a) sophiae
20. Non despecturos donula nostra fore.
Sudorisque gravis temptabunt carpere fructum,
Forsan virtutem vilia verba tenent.
Saepe solent spinis redolentes crescere flores,
Nodosae vitis sumitur uva ferax.

CARMEN XII.

De magno Dionysio areopagita (1).

Lumine sidereo Dionysius auxit Athenas
Areopagites magnificusque sophos.
Primo commotus Phoebo subeunte σελήνην
Tempore quo σταυρῷ fixus erat Dominus.
5. Mox ut conversus mira stupefactus eclipsi
Consequitur gaudens Hierothea ducem.
Quo (b) mox edoctus praeclarus namque magister
Pneumatis excelsi fonte renatus erat.
Nec mora; praefulgens (c) caelestis luce sophiae
10. Atthidas edocuit de quibus ortus erat.
Namque ferunt Paulum qui Christum sparsit in orbem
Ipsi felices imposuisse manus.
At mox perfectus doctoris symmachus ipse (d)
Rexit Cecropidas pervigil archiereus.

(a) Usser. *tangentum summa*. (b) Usser. *qui*. (c) Usser. *perfulgens*, et mox *Attitas*. (d) Usser. *iustans*.

(1) Sequens item poëmatium ex vaticanis codicibus exscriptum do, quamquam editum ab Usserio in epistolis hibernicis p. 44.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Alta dehinc volitans Paulum super astra secutus 15.
Empyrei caeli tertia regna videt.
Suspicit et (a) Seraphim primos, sanctosque Cherubim,
Aethereosque Thronos quo sedet ipse Deus.
Post hos, Virtutes, Dominatus, atque Potentes,
Agminibus sacris enitet ordo sequens. 20.
Ἀρχῶν Ἀρχαγγέλων τε chorus ἀγελῶν τε τελαυτῶν (b)
Mentibus uraniis tertia τάξις inest.
Hos igitur numeros trino (c) ter limite septos
Praedicti patris mystica dicta docent.

CARMEN XIII.

Ad Karolum Calvum de secta Gothescalci (1).

Caesare sub Karolo Francorum gloria pollet
Littore seu pelagi piscibus atque salo.
Secta diabolici damnatur dogmatis, atque
Pastorum curâ splendet amoena fides.

(a) Cod. *suscipit at.* Usserius *suscipit ad.* (b) Praetermisit hunc versum Usserius, quia in codice suo pessumdatus erat. (c) Usser. *terno.*

(1) Extat in calce epistolae quae praecedit opus editum Iohannis Scoti de praedestinatione adversus Gothescalcum.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Iohannis Scoti versus aliquot graeci ad Karolum Calvum scripti sunt in coaevo glossariorum graecorum codice S. Germani parisiensis, praeter illos quos iam ego superius memoravi. Quominus autem heic recitem, non tam ipsorum levi pretio deterreor, quam scripturae corruptione quae sanari vix potest. Neque tamen quicquam Scoti nostri perit, quoniam ii versus quadratis litteris in praefatione ad praedicta glossaria, etiam nuperae editionis londinensis, excusi extant. Ibidem versiculi graeci auctore quodam Martino magistro sunt. Hunc ego Martinum latini epigrammatis auctorem puto, quod p. 414. edidi. Quare nunc id mallem inter carmina potius Karolo Calvo coaeva scribere. Porro ad glossarium san-germanense quod adtinet, num suspicari licet, opus Scoti nostri fuisse, quandoquidem eius versus inscriptos habet? Certe is ob tenuem linguae graecae peritiam lucubratiunculis hisce egebat. Quippe et codex cantabrigiensis apud Usserium p. 45. testatur Scotum nostrum deflorationem ex libro Macrobii de graeci latinique verbi societate fecisse, ob discendas graecorum verborum regulas.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

HINCMARI (1)

CARMEN DOGMATICUM

AD B. VIRGINEM MARIAM.

Hunc genitrix Domini parvum tibi, magna, libellum
Hincmarus praesul, virgo Maria, dedi.
Qui tua gesta tenet caelesti dogmate dicta,
Quae clare monstrant te genuisse Deum.
Nam Verbi carnisque animae et substantia vera 5.
Mox concepta simul filius unicus est.
Non hominis tactu *genitus* sed flaminis actu
Procedens thalamo ventre, beata, tuo.

(1) Hincmarum remensem intelligo, saeculi noni una cum Scoto nostro grande decus, cuius opera et fragmenta quum Iacobus Sirmondus duobus voluminibus collegerit, hoc tamen carmen desideravit. Hincmarum certe pangendis versibus delectatum, satis eius scripta declarant; nec non illud poëma longiusculum inscriptum *ferculum Salomonis*, cuius breve tantummodo fragmentum superest. Hoc autem a me editur ad B. Mariam carmen ex antiquo membraneo codice, haud sane poëtico spiritu vel elegantia pollens, sed theologica doctrina saturum, de Verbi scilicet incarnatione, de mysterio eucharistiae, de sacrae missae utilitatibus variis tractans etc. Neque incommode facere mihi videor qui Iohanni Scoto Hincmarum subtexo, quum uterque apud Karolum Calvum gratia floruerit, ipsumque regem compluribus scriptis exornaverit. Quin adeo in laudem Hincmari extant versiculi inter graecos Iohannis Scoti apud saepe appellatam glossariorum graecorum praefationem hi.

Λαμπρότατος κήρυξ στίλβων κηρύγματος ἄκρου
Ἱνκμαρὸς ζῆτω φρόνιμος καὶ ἀξιάγαστος
Ῥήματος ὅπλα θεοῦ ζῶντος διὰ στόματος ἔχων.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Alvo virgineo *quae* nullum passa dolorem,
10. Atque utero clauso, es virgo parens pariter.
Per carnem Verbi mater veneranda refulges,
Ancilla et hominis pro deitate manes.
Est homo quippe Deus, est homo Christus Iesus,
Unus utrumque, Deus verus, et auctor, opus.
15. Una est persona, sed duplex substantia Christi,
Quem tua virginitas alma dedit dominum.
Ecclesia ut gignit natos ex ventre lavacri
Flamine de sancto virginitate sua.
Ille Deus proprius natura est filius ex te,
20. Nos ut adoptivi munere congeniti.
Qui semper tingit baptizans sanguine sancto,
Quisquis baptizat fonte sacro genitos.
Nam constat non esse ratum sine nomine trino
Baptismum, Christo voce docente sua.
25. Caelica regna suo pascit qui corpore sancto
Lacte tuo est pastus vita cibique salus.
Antistes summus rex hostia factus et ara
Ostendens patri nostra piacla tegit.
Nempe sacerdotis munus quo fungitur ipse
30. In caelo, servis posse patrare dedit.
Cum quibus et per quos idem sua munera sacrat
Per sua verba, suo flamine, cumque cruce.
Spiritus et sanctus, quo (1) natus carne parentis
Extitit, is Iesum munera nostra facit.
35. Sed hoc vera fides cernit, non carnis ocellus,
Ut Petrus hominem viderat esse Deum.
Qui iam non moritur devicta morte resurgens,
Pro nobis iterum vita salus patitur.

(1) Nempe *quo operante*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Passio namque eius quotiens replicatur ad aram
Mystica, nos totiens sorde lavans reparat. 40.
Suscitat et leto peccati morte sepultos,
Ni mala vota premant quos bona vera gravant.
Et qui corde pio sumunt mysteria Christi,
Ex te progenitum, virgo Maria, gerunt.
Ipsius efficimur corpus libamine sacro, 45.
Idemque in nobis ut caro nostra manet.
Hic agnus verus, tollit qui crimina mundi
Passus, qui mansus vivit in arce poli.
Integer ipse manens satiat nos unde redemit,
De cruce de petra carne cruore suo. 50.
Petra etenim Christus percussus verbere teli
Est gemino, quoniam sunt duo ligna crucis.
Qui panis vivus lympha cum sanguinis unda
Fonte sui lateris sic rigat ecclesiam.
Quam moriens formavit; Evam recubante sopore 55.
Adam ceu dextri parte sui lateris.
Est quoque praeclarum, quoniam haec hostia constat
Ex multis granis pluribus atque acinis.
Oblata a multis una est oblatio sicut,
Redditur et cunctis una simul populis; 60.
Corporea non parte, magis virtute superna,
Manna Dei signat quod veteri in populo.
In caelo tota est, nec non in corpore nostro,
Corde simul tota est de cruce sumpta salus.
Nec tantum vivis prodest oblatio sacra, 65.
Carne et defunctos hostia data levat,
Gloria qua sanctis requies praestatur et illis
Quos non excoctos mors sua corripuit.
Est quibus ad meritum, dignos * si corpore Christi
Tales invenit quos bona facta iuvant. 70.

* Cod. *finis.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Ad quos perveniunt Domini mysteria viva,
Cuius et inferni spiritus antra petit.
Sicque suos lectos eduxit sanguine sancto,
Hoc se salvari qui tenuere fidem.
75. Lex inquit: carnes agni mandentur in unam
Rite domum, quisquam tollet et inde nihil.
Et panem potumque volet qui sumere vitae,
Catholicae maneat iunctus amore domo,
Si vult cum sanctis caelesti in sede manere,
80. Inque decore suo regis honore frui.
Cuius conspectu satiaris, virgo Maria,
Qui decus imperium cum patre semper habet.
Qui dum surrexit, multorum corpora fecit
Surgere, quos secum vexit ad astra poli.
85. Sanctior his cunctis Verbum quae gignere vitae
Facta es digna tuo corpore virgineo.
Quae caro sancta Dei non est corrupta sepulchro,
Nec tua (1) qua corpus sumpserat ipse Deus.
90. Cum quo stella maris resides in culmine caeli
Concelebrata piis laudibus angelicis.
Qui pietate mei, memorare benigna, miselli
De cruce clamavit, filius ecce tuus.
Atque ut discipulus curam tibi ferret honoris,
95. Dixit Iohanni, mater et ecce tua.
Mortis in articulo vita et resurrectio nostra
Exhibuit tibimet hoc pietatis opus.
Cum moriar, caeli claris praelata ministris,
Christo conregnans, sis pia quaeso mihi.
100. Ut partem merear cum his quos gratia salvat,
In lucis pacis sorte quietis, amen.

(1) De corporis B. V. Mariae incorruptione ideoque et resurrectione addatur nunc Hincmarus testis illis patribus quos ego recitavi ad Attonis sermonem XVII. in mea scriptorum veterum nova collectione T. VI. part. II. p. 39.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

CARMINA ALIA ANTIQUA

I. PRECES OB IMPETRANDUM VINUM (1).

Pastor o qui Christi oves per amoena pascua
Ad caelestis paradisi sacra ducis gaudia,
Quem dives et pauper amat, civis atque advena,
Cuius amor semper mea possidebit viscera;
Hunc ad usque diem tuo supplici gratissima
Clari quae dedisti Bacchi perdurarunt munera.
Spes est nulla iam vivendi, mens turbatur anxia,
Vini quia desunt nobis ad bibendum pocula.
Misimus ad forum nostrum venalem grammaticum,
Nullus est qui illum emat, sed nec qui aspiciat.
Tolle tibi, pater sancte, dactylos et syllabas,
Tres aut quattuor et meri nobis mitte phyalas.

II. DE SENECTUTE (2).

Musa senectutis istic cantatur amara.
Fortia quid subito dissolvis membra senectus?
Quae sibi bellipotens potuit nec subdere quisquam,
Tu *tibi* pestifero subdis, fugienda, mucrone.
Qua placidam properans spolias virtute iuventam?
Quicquid ad astra volat, quicquid generatur in arvis,
Colla superba tibi lacerato pectore flectit.
Fulgida famosae fugerunt tempora vitae,
Non sum qui dudum fueram, cum viveret in me
Virtus qua pugnans cunctos superare solebam.
Corniferos potui cervos prostrare sagittis,

(1) Ex antiquo codice vat. palatino saeculi X. vel XI.
(2) Ex eodem vat. palatino codice.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Cum canibus densas nimium perstringere silvas.
Si sub fronde lepus, si ramis damma sub altis
Mansisset, nostro delusa est territa gestu.
Firma per undisonos credebam brachia fluctus,
Cum niveum quercus pondus curvaret ad arva.
Si iuvenis mecum voluit contendere cursu,
Post me confusus fracta virtute remansit.
Nudato gelidos tolerabam vertice nimbos.
Nocte meos parvus claudebat somnus ocellos;
Optabam placido caeli splendentis ab axe
Auroram laetus teneris lusurus in arvis.
Ire frementis equi sonitu studioque volebam
Per plateas magna mecum comitante caterva.
Comtus eram gemmis et mundo fulgidus auro,
Splendebat roseo vestis perfusa colore.
Morbida languentis subito si membra videbam,
Claudebam manibus demisso vertice vultum.
Nunc tussis, gemitus, languor mea viscera frangunt,
Et dolor ardenti succendit lampade pectus.
Brachia fessa ruunt consumptis viribus aptis.
Nocte dieque gravi franguntur crura dolore,
Invalidus per rura trahor, reptando vacillo,
Nec possum recubans maeroris surgere lecto:
Nam vocem ut servus nostram persenserit aure,
Subducit nostris fugiens solacia membris;
Nec tolerare potest longos ancilla labores,
Noxia quos misit spinosa fronte senectus.
Solve tenebroso miseram de carcere vitam
Turbida, viventi quae nulli parcere nosti.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

III. DE TRIBUS MULIERIBUS VICTRICIBUS, DEQUE TOTIDEM VIRIS INTERFECTIS AB EISDEM (1).

Ut belli sonuere tubae, violenta peremit
Hippolyte Teuthranta, Lyce Clonon, Oebalon Alce;
Oebalon ense, Clonon iaculo, Teuthranta sagitta.
Oebalus ibat equo, curru Clonus, at pede Teuthras.
Plus puero Teuthras, puer Oebalus, at Clonus heros.
Figitur ora Clonus, latus Oebalus, ilia Teuthras.
Aepidii Teuthras, Doracli Clonus, Oebalus Idae.
Argolicus Teuthras, moesus Clonus, Oebalus arcas.

IV. LAMENTUM CUIUSDAM (2).

A. Nocte dieque gemo quia sum peregrinus et egens,
Attritus febribus nocte dieque gemo.
Plangite me iuvenes animo qui me colebatis;
Rideat hinc quisquis; plangite me iuvenes.
Magne Columba (3) roga Dominum ne spernar ab ipso;
Quo reddar tibimet, magne Columba roga.
Sancte Zeno famulum miserum ne despice quaeso,
Redde Columbano sancte Zeno famulum (4).
S. Z. Ne vacuus redeas, fili, requiesce parumper:
Hic age quid referas, ne vacuus redeas.
A. Quid pater hic faciam, careo qui posse misellus?
Nec mihi certa domus; quid pater hic faciam?

(1) Ex codice unde carmen Aldhelmi recitavi p. 387.
(2) Ex codice antiquo, olim bobiensi, nunc vaticano.
(3) Dicit S. Columbanum bobiensis coenobii fundatorem.
(4) Num Veronae, cuius antiquissimus episcopus patronusque Zeno est, versabatur hic bobiensis monachus, monasterio suo semotus?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

S. Z. Nonne Dei manibus crevisti cuneta levari?
Tu quoque fretus eris nonne Dei manibus?
A. Est mihi non licitum tecum contendere verbis,
Cernere vel Bobium est mihi non licitum.
S. Z. Scottigenam recole, sanctum quin esse, Columbam;
Verbera quo fugias, Scottigena, recole.
A. Vestibus en careo solitus nova tegmina habere
Festivitate sua, vestibus en careo.
Z. Praesulis in manibus lacrimas has pone miselle;
Hos quoque versiculos praesulis in manibus.
A. Sancte Zeno dederam lacrimis et vota sodali
. . . . . .
Hunc quoque da mihimet, praesul amate, tuis.
A. Quid faciam misero? constat quia febre peremptus
Nec habeo merum, quid faciam misero?
. . . . .
A. Grata pater mihimet semper tua dicta per annos
Exequar et votis grata pater mihimet.
Z. Ergo domos tribuens nosti quod tempore possum,
Et largire focos ergo domos tribuens.
Insuper adiciam potusque cibosque salubres,
Pascere cornipedes insuper adiciam.
Vivere sic poteris, facient . . . .
Sed facient fa . . . vivere sic poteris.

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE FILOSOFIA Y LETRAS

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

In antiquis quibusdam vaticanae bibliothecae membranis legitur ecloga de calvis versuum CXXXIII, *cuius omnia vocabula a* C *incipiunt. Iam quia in hac perpetuo* calvi *laudantur, oborta mihi suspicio est, scriptam eclogam ut Karolo Calvo imperatori obliqua adsentatio fieret. Quamquam vero dignam editione non iudicavi, attamen brevia eiusdem excerpta recitare placet.*

Carmina clarisonae calvis cantate Camoenae,
Comere condigno conabor carmine calvos,
Contra cirrosi crines confundere colli *etc.*
Conscendat caeli calvorum causa cacumen,
Conticeant cuncti concreto crine comati *etc.*

Pergit poëta per varias humanae vitae conditiones, demonstrans in clero, in philologis, in medicis, in regibus, ducibus, variisque magistratibus calvos plurimos praepollere.

Complures calvos cogunt castissima castra
Caelica certatim celebrantes cantica Christo *etc.*
Componunt chartas, concinnant carmina clara *etc.*
Conregnant calvi, conscendunt culmina clari
Conspicui compti chrysea cervice corona *etc.*
Cincinnose cave, condempnant crimina calvi,
Censorem calvum censuram condere constat *etc.*
Comperies calvos columen conferre cerebro,
Comperies calvos capitis curare catarrhos *etc.*
Conducunt calvi cuneos certamine claros,
Compugnant calvi cristati casside coni
Comprendunt cirros, contundunt calce comatos *etc.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Conglomerate choros, calvis cantate choreas,
Cirratus celebres cesset contempnere calvos *etc.*

In antiquo codice saeculi fortasse noni vel decimi, post S. Prosperi exhortationem ad uxorem, sequentia legebam.

INCIPIUNT SENTENTIAE GENERALES

IN SINGULIS VERSIBUS.

Utilibus monitis prudens adcommodet aurem.
Non laeta extollant animum, non tristia frangant.
Dispar vivendi ratio est, mors omnibus una.
Numquam sanantur deformis vulnera famae.
Naufragium rerum est mulier male fida marito.
Tu si animo regeris, rex es: si corpore, servus.
Proximus esto bonis, si non potes optimus esse.
Audit quod non vult, qui pergit dicere quod vult.
Iuri servitium defer, sic liber haberis.
Ex igne ut fumus, sic fama ex crimine surgit.
Paulisper laxatus amor, decedere quibit.
Splendor opum sordes vitae non abluit umquam.
Mortis imago iuvat somnus, mors ipsa timetur.
Quanto maior eris, tanto moderatior esto.
Alta cadunt odiis, parva extolluntur amore.
Divitiae trepidant, paupertas libera res est.
Dissimilis cunctis vox vultus vita voluntas.
Labitur ex animo benefactum, iniuria durat.
Saepe, dolor sicut, lacrimas et gaudia fundunt.
Tristibus adficiar gravius, si laeta recorder.
Quid cautus caveas, aliena exempla docebunt.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Condit fercla famis, plenis insuavia cuncta.
Doctrinae est fructus dulcis, radices amarae.
Accusans alium, propriam prius inspice mentem.
Qui vinci sese patitur, pro tempore vincit.
Dum speras servis, cum data sint praemia servis.
Nemo ita despectus, quin possit laedere laesus.
Ille nocet gravius quem tu contempnere possis.
Quod metuis cumulas, si velas crimine crimen.
Consilii regimen virtuti corporis adde.
Cum vitia alterius satis acri lumine cernis,
Nec tua prospicias, fis verus crimine caecus.
Haud homo captandus quando est in crimine casus.
Fac quod te par sit, non alter quod mereatur.
Suffragium laudis, quod fert malus, hoc bonus odit.
Aspera perpessu fiunt iucunda relatu.

Sequebantur in codice sententiae P. Syri.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

DE AMPHITRYONE ET ALCMENA

POEMA.

ARGUMENTUM.

Graecorum studia nimiumque diuque secutus
Amphitryon aberat, et sibi Geta comes.
Ardet in Alcmenam ficto Saturnius ore,
Cui comes Arcas erat. Credidit esse virum.
5. Geta redit tandem praemissus ab Amphitryone,
Arcadis ille dolis se putat esse nihil.
Se dolet esse nihil, et ab Arcade lusus abibat,
Visa refert domino; vir dolet, arma parat.
Laetus abit socio Pater Arcade; quaeritur illis
10. Moechus, abest, gaudent, lis cadit, ira tepet.

PROLOGUS.

Carmina composuit voluitque poëta videri:
Fallitur hoc studio, carmina nulla placent.
Carmina nulla placent, quaeruntur seria cunctis,
Quemlibet immodicus alligat aeris amor.
15. Vincit amor census, et nummis carmina cedunt;
Multa licet sapias, re sine nullus eris.
Siquem scripta iuvant, scriptis tamen invidet ille,
Et laudans veteres, nescit amare novos.
Utilius tacuisse foret quam scribere versus,
20. Scriptor enim pretio, scriptaque laude carent.
Quem iuvat iste labor, soli sibi scriptitet ille,
Et sibi pulcer eat, et sua solus amet.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

POEMA.

Ardet in Alcmenam Saturnius atque beatum
Amphitryona probans, se dolet esse Iovem.
Et quid, ait, superum coetus Iove patre superbit? 25.
Nam superum pater est Amphitryone minor.
Exierat patri Caducifer obvius, ibat
Nuntius, optato Iuppiter inquit ades.
Uror in Alcmenam, nec eam tamen uro, sed utar
Tempore, sponsus abest, utar et ipse loco. 30.
Iuppiter Alcmenae studeat thalamis, vir Athenis
Philosophetur, amet Iuppiter, ille legat.
Disputet Amphitryon, et fallat Iuppiter; artes
Hic colat, Alcmenam Iuppiter ipse suam.
Iam parat hic reditus: ergo, precor, indue Getam; 35.
Induet ipse tuus Amphitryona pater.
Sustinuere dii mortales sumere formas,
Fit pater Amphitryon, Getaque natus erat.

Nuntiat Alcmenae variis rumoribus apta
Fama viri reditum, famaque iuvat eam. 40.
Ad reditum domini domus exultare iubetur,
Atria vestit ebur, purpura lata toros.
Arridet thalamus positoque refulgurat auro,
Absentis surgunt Amphitryonis opes.
Gaudia testatur dominae nitor, atque superba 45.
Significat dominum veste redire virum.
Arte iacent crines, auro quoque dextra superbit,
Pingit et haec vultus, vivat ut arte decor.
Sic alias vincit, sic a se vincitur ipsa,
Fit nova, fitque decens, plus placet ergo Iovi. 50.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Nunc age, nate veni, clamat Saturnius, ecce
Quanta sit Alcmena, quam bona, quamque decens!
Est melior Iunone mea; mea sidera vincit;
Praeradiat stellas *, obtenebratque diem.

* Malim *stellis*.

* * *

55. Deseritur caelum: vernali mitis odore
Respiravit humus, sensit adesse deos.
Gaudeat Alcmena, vir adest suus, ecce recurrens
Ingeminat fama, iurat adesse rates.
Ecce meus venit Amphitryon cito Byrrhia surge,
60. Dixerat; Alcmena clamat, at ille tacet.
Byrrhia sic secum: clamet licet illa, sileto.
Haec vigilet, dormi; cursitet illa, iace.
Hos habeat ludus, labor hos, te Byrrhia sompnus;
Quicquid agant alii, sit labor iste tuus.
65. Sic iterum Alcmena: propera modo, Byrrhia, surge.
Nil valuere preces, addidit ergo minas.
Paruit ille minis. Cui sic hera, litus adito,
Vela notato, rates prospice, visa refer.
Vera ne sit, sed verax ut, nec falsa, sit oro,
70. Fama redire probans Amphitryona meum.
Sic hera. Sic servus: ah Byrrhia quanta iuberis!
Audaces etiam territat unda maris.
Litore dum stabo, refugis ne fluctibus unda
Me ferat in praeceps, ipse cavebo mihi.
75. Byrrhia tunc ires nulli plorandus in aequor.
Quid tunc Amphitryon? Byrrhia nullus erat.
Ve (1) pedibus laterique meo! gravis est via, longum
Est iter ad pontum, non rediturus eo.

(1) *Ve* sine diphthongo ut scribit Festus.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Seu redeam, seu non, Alcmena audito, redibit
Amphitryon noster, si rediturus erat. 80.
Cum geminans irata manus, eat, imperat. Ibo,
Inquit, at ut redeam quaeso precare deos.

Hic abit, haec orat: adsis bone Iuppiter, inquit.
Cui Getam simulans intulit Arcas, adest.
Induit hic Getam, subit alter in Amphitryonem. 85.
Salva sit Alcmena, Iuppiter inquit ovans.

* * *

Byrrhia carpit iter lento pede claudus iniquus,
Atque graves queritur asperitate vias.
Imputat ille viae quod sit piger: heu mihi, dixit,
Auferet ecce meos haec via dura pedes. 90.
Ad mala natus ego crucior cum cuncta quiescunt;
Ve tibi femineo quisquis adacte iugo!
Femina vult suadere suos, didicitque iubere,
Poena tenet famulos, innovat illa cutem.
Moechus ut introeat, mentitur adesse maritum; 95.
Ne videas moechum, Byrrhia, pulsus abis.
Iam redeam, quaeram quid agat deprensa timebit,
Subprimet ipsa timens verbera verba minas.
Sic ait, atque redit, dubitat, deliberat, haeret.
Sic iterum secum, non sapienter ago. 100.
Crimina dant animos, odium deprensa fovebit,
Byrrhia quicquid agat, semper iniquus erit.
Credulus uxori vir erit; mala femina; ficto
Crimine dampnabor: sic cruce visa luam.
Propositum repetatur iter *, labor instat, eundum 105.
Est mihi, secretam, Byrrhia, carpe viam.
Hac iter, hac ibo, ne Geta sit obvius ille,

* Alius codex *opus*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Qui mea letifero pondere colla premat.
Geta precor pereat, homo natus pondera ferre;
110. Pondera portet equus, Byrrhia vivat homo.

Intravit portus ventis ereptus et undis
Amphitryon laetus litora tuta tenens.
Regnat amor castus in pectore coniugis illi.
Geta vocatus adest: i cito, dixit ei.
115. Tolle libros, praecurre domum, salvere iubeto
Alcmenam, reditu gaudeat illa meo.
Pars est salva mei, salvetur ut altera quaeso,
Pendet ab illius nostra salute salus.
Geta favet, tollitque libros, praenuntius ibat.
120. Byrrhia carpit iter, Geta videtur ei.
Heu Geta est, inquit; perii; quodcumque verebar
Accidit; heu quantum quam bene portat honus!
Pondere sub tanto sudaret maximus Atlas;
Hoc umeris (1) nostris impositurus erat.
125. Ecce caverna subest, lateam dum transeat ille,
Post iter aggrediar. Dixerat, atque latet.
Providet hoc Geta, qui longe noverat illum,
Quo lateat notat hic, dissimulatque tamen.
Substetit ad caveam; furca subeunte bicorni
130. Dum substentat honus, sic ait ipse sibi.
Ve scapulis umerisque meis, ve pondere presso!
Colla fatigat honus, et via longa pedes.
Sed quid in occursum non exit Byrrhia Getae?
Pendeat in collo sarcina nostra suo.
135. Fasce sub hoc caderet iam Byrrhia. Byrrhia secum,
Profuerat multum sic latuisse mihi.

(1) *Umerus* sine *h* apud Frontonem aliosque veteres codices. Contra *honus* cum *h*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Continuat Geta, ve ve mihi, dixit Athenis,
Dicere longa mora est, quae mala quotve tuli!
Me frigus, me longa fames, sitis aspera, somni
Nocte breves, miseri perdomuere cibi. 140.
Non primo vivebat herus sed pane secundo;
Qui me pascebat vix bene quartus erat.
Sed pretium poenae invicta sophismata porto,
Iamque probare scio quod sit asellus homo.
Dum mihi me reddent patinae, dum uncta popina, 145.
Hos asinos, illos esse probabo boves.
Sum logicus, faciam quaevis animalia cunctos,
Byrrhia, qui nimis est lentus, asellus erit.

Byrrhia sic secum: quî Byrrhia fiet asellus?
Quod natura dedit, auferet iste mihi? 150.
Byrrhia sic Getae quaecumque problemata solvet,
Respondebit, erit Byrrhia semper homo.
G. Hoc etiam didici quod res nequit ulla perire,
Sed faciem mutat, et novat esse suum.
Cui semel esse datur, numquam non esse licebit; 155.
Quod semel est aliquid, non nihil esse potest.
Sic nequeo nihil esse. Sibi tunc Byrrhia: Geta
Vivet in aeternum, si modo vera refert.
G. Omnia mors tollit, doctum cecidisse Platonem,
Atque ipsum Socratem succubuisse ferunt. 160.
Fama mei vivet. Sed et hoc quoque morte peribit,
Omnia mors delet, omnia morte cadunt.
B. Dissidet iste sibi; modo fine carere probabat
Omnia; cuncta modo morte perire docet.
G. Ibo. Sed en quid in hoc strepit et submurmurat antro? 165.
En lepus est certe praeda decora viro.
Utar ego saxis, quia non mihi retia praesto,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Furcula pro reti, sint vice saxa canum.
Exeat aut lateat, saxis nunc praeda peribit,
170. Ditabit mensam praeda reperta meam.
B. Hei mihi quod latui! Mortem vitare volebam,
Iam moriar; volui vivere, vita fugit.
Nam volui nunc esse tutus; perhemne latebo,
Et fiet tumulus ista caverna mihi.
175. Ve quia non tacui! nunc a me perditus ipso
Ne moriar timeo qui bene tutus eram.
Geta premit saxis, inculcat et ictibus ictus,
Et veniam timida Byrrhia voce rogat.
Byrrhia sum, mi Geta, precor mihi parcat amicus;
180. Nulla viro laus est sic lapidare suum.
Geta teneto manus; tuus est hic Byrrhia. Non es
Byrrhia, Geta refert. Iurat hic, ille negat.
Instat hic; ille clamat, non mentior, hercule notus
Sum tibi, me sola noscere voce potes.
185. Byrrhia sum mi Geta tuus, tua saxa repone,
Ne caput hoc pereat ad tua saxa meum.
Ergo caput profer. Iam profero, saxa repone,
Vivat ut obsequio Byrrhia, Geta, tuo.
Cessat hic, hic exit. Cui Geta, cur ergo latebas?
190. Posset ab incanto mors tibi saeva dari.
B. Quis dedit hoc Getae lapidare latentia quaeque?
Luna latet cum vult; Byrrhia nonne potest?
G. I citus ad naves, et quae modo pondera restant
Tolle, manent umeros pondera magna tuos.
195. Vel mea, si mavis, haec pondera tantula tolle.
B. Tantula? quis ferre pondera tanta queat?
G. O quanto maiora feres! quo fasce premeris!
Et fascem ostendens, hoc leve pondus ait.
Cum leve vel nullum te pondus ferre queraris,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Cur mea non defers viribus apta tuis? 200.
Dixerat Amphitryon mihi maxima ferre volenti,
Accipies pondus hoc leve, Geta, tibi.
Byrrhia magna ferat, quem reddunt otia fortem,
Nam fortes umeros grande decebit honus.
Byrrhia cogetur montes transferre. B. Teneto 205.
Ergo tuum, quod fers tu tibi pondus habe.
Si nequeam vitare, valet differre laborem.
Discedunt: litus hic petit, ille domum.

Geta domum properat, gaudet loca nota videre,
Gaudia dinumerans sic breve reddit iter. 210.
Gaude Geta, tui iam praeteriere labores,
Otia iam redeunt, iam tibi parta quies.
Assurgent Getae venienti Santia, Sanga,
Davus, et applaudet cetera turba comes.
Accrescet nomen mihi, dicar iam Geta magnus, 215.
Terrebit cunctos nominis umbra mei.
Magnus et in tota venerabilis uncta (1) popina
Iam liber servos magna docebo meos.
Sed quid in occursum non est Alcmena? quid autem
Ianua clausa mihi, et silet ipsa domus? 220.
Ad primam vocem pandetur ianua Getae,
Vel minimo digito iam reserabo fores.
Multa fero quibus ipsa placet sibi femina, peplum
Mittitur Alcmenae, zona, monile, chlamys.
Cultu forma nitet, hac femina dote superbit, 225.
Hac placet ipsa viro, plus placet ipsa sibi.
Accedit, plusatque fores; clausaeque quiete:
Obstupet ille, domus atria voce replet.

(1) Longa pro brevi, et contra alibi. Eiusdem etiam vocabuli syllaba modo breviter usurpatur modo producte.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Exeat Alcmena, pandatur ianua Getae,
230. Exeat ut videat Amphytriona suum.

Arcas adest foribus, Getam mentitur, eratque
Persimilis voce, corpore, voce magis.
Iam thalamum tenet Amphitryon, tenet ostia Geta,
Quisquis es, inquit, abi. Dixerat ille stupet.
235. Terruerat Getam simulata probatio vocis,
Abstitit a foribus, et sibi maestus ait:
Qui loquitur, (vere) voce est et corpore Geta;
Ecce loqui Getae quis nisi Geta potest?
Sed logici memorant quod vox est una duorum,
240. Atque duos nomen significabit idem.
Dixerat, atque domum circumspicit undique clausam,
Omnia clausa videt, cunctaque clausa silent.
Admirans stetit ante fores, et quisquis es, inquit,
Pande fores, reseres ostia, Geta redit.
245. Iam rediit Geta, Deus intulit, Amphitryonque
In thalamo dormit coniugis ecce suae.
Byrrhia iam rediit, quem dum latitaret in antro
Terruerantque minae saxaque missa manu.
Supprime clamorem, sine iam requiescere fessos,
250. Fessis post honera fit mage grata quies.
Geta suum nomen novit, nec clausa recludit,
Ad nomen Getae limina clausa silent.
Obstupuit, retroque pedem tulit, et sibi dicens,
Hunc verum Getam factaque voxque probant.
255. Numquid oberravi? numquid modo Byrrhia missus?
Aut citius rediit, aut breviore via?
Hic ego qui mecum loquitur; sed nescio fiant
Qua ratione duo, qui prius unus erat.
Omne quod est, unum est; sed non sum qui loquor unus;

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Ergo nihil Geta est, nec nihil esse potest. 260.
Unus eram clausa cum primum limina voce
Intonui, sed me reddidit ille mihi.
Respondine mihi? vocemne per echo relatam
Ut solet in silvis reddidit illa domus?
Ianua me dudum reserato cardine cepit. 265.
Quid loquor? ut subeam, proh furor, intus ego!
Accedam, quaeram, quo sit pede, dente, capillo,
An sicut voce, corpore sic sit ego.
Quaeram de factis, de moribus est metuendum:
Non leve, ne Geta sit duo, sitve nihil. 270.
Instat, et ut frangat illata repagula portae,
Concutit irata limina clausa manu.
Clamat, ades qui voce refers et corpore Getam,
Postibus oppositam quaeso repelle seram.
Ut videam, non ut subeam, foribus semiclausis, 275.
Aemula si tibi sint vultibus ora meis.

Non sic, Arcas ait, non est leve fallere Getam
Cui libet; intrare vi nequis, arte paras.
Hic rogat, ille negat, hic instat, at ille repellit,
Viribus utuntur, fortior Arcas adest. 280.
Iurgia commiscent, postique adnixus inanes
Fundit in oppositum tristis uterque minas.
Clamat Geta, seram posti ni dempseris ultro,
Pessime, iam vires noveris ecce meas.
Deme seram posti celer, improbe; ni cito pandas, 285.
Protinus opposito ianua fuste cadet.
Turpe mihi cumulare preces qui cogere possum.
Quid facis Alcmena? surge reclude domum.
Turpe fit uxori non occursare marito
Dum redit; ecce tuus limina Geta tenet. 290.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

En tuus Amphitryon; iubeas cito clausa recludi;
Introitum Getae furcifer iste negat.
A. Exagitent male me superi, si turpe quid audes,
Ni sapies Geta quid queat, Arcas ait.
295. G. Ianua fuste cadet. A. Ergo cadet et tua cervix:
Effuge, terribili rudere voce sine.
Mene putas terrere minis? iniuria portae
Facta redundabit in caput ecce tuum.
Geta timet, ponitque minas: ope Geta minandi
300. Lusus, ad adsuetas confugit ipse preces.
Dic, ait, oro, tui quis sit color et modus oris,
Et membris proprias omnibus adde notas.
Singula percurre, quia multum scire laboro,
Quisquam praeter me si fore possit ego.
305. Arcas enim contra: dicam, modo namque precaris,
Non tumidis verbis sed prece victus ego.

Principio ut sapias, Getam te credere noli,
Nec puto quod credas, sed cito crede mihi.
Non alium Getam, nisi me, nam Graecia novit,
310. Fallere me credis nomine nempe meo.
Solus ego Geta sum; nunc accipe quid loquar, et quae
Forma mihi, quo sint singula facta modo.
Totus inaudita foedaque nigredine dampnor,
Atque color membris omnibus unus inest.
315. Sum velut aethiopes, aut quales India mittit,
Aeterna scabie caeditur atra cutis.
Hirsutum caput est et comptum crine caprino,
Frons brevis et nares, longe rubent oculi.
Sic tumeo ventre, quod dicor hydropicus esse,
320. Et stomachus parvum nescit habere modum.
Zonaque nulla potest hunc castigare tumorem

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Cum pane absorptis dum tumet alvus aquis.
Deest spatium lateri, deest renibus; aspera crura
Sunt mihi, quae scabies ut sua regna tenet.

* * *

Tibia curta mihi, sed grossa, pedesque recurvi, 325.
Ut pedibus solea nulla sit apta meis.
Cuique semel satis est me noscere; namque videntes
Fastiditi abeunt, nec repetisse iuvat.
Miratur Geta qualis sit, spectat et audit
Hunc sibi persimilem, se nihil esse timens. 330.
Singula perspiciens videt et se taliter esse;
Quisquis is est, Geta est, sumque ego talis, ait.

Dic age quo pacto, quibus artibus Amphitryonem
Fallis, ut factis sis ego, simque nihil.
Furta dolosque meos audi, Caducifer inquit, 335.
Unde scias Getam me fore, teque nihil.

* * *

Fallo senem, minuo commissa, recondita furor,
Furtivisque opibus Thaida pasco meam.
Nulla manum Getae tenuit sera, dissipo quaeque,
Prodigus et larga non mea dono manu. 340.
Lenio muneribus quam vultu terreo turpi.
Sic dare multa potes, quicquid avebis habes.
Accipe nunc iterum quae gessi nuper Athenis,
Ut fore me Getam, per mea facta probes.
Amphitryona scholae, Getam sua Thais habebat, 345.
Dum muto patriam, Thaida quaero novam.
Thaidas exquiro, quarum bona copia Getae,
Vincio muneribus, munere vincit amor.
Dumque gravatur herus sompno, castigo crumenam,
Et minuo numerum, sic tumet illa minus. 350.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Saepe crucem merui, merui persaepe catenas,
Aspera saepe tuli verbera, saepe minas.
Nuper ego; sed ades, ne forte quis audiat illud;
Incolumi cista bina talenta tuli.
355. Clavis adulterii fecit mea furta latere,
Est leve deliros fallere posse senes.
Si mea me fallit fraus et deprendor in actu,
Nota nego, testor numina, iuro deos.

Iam satis est, Geta es, respondet Geta stupetque,
360. Dicta recognoscit, et fore nota dolet.
Sic ego, respondit, ego nihil, atque recedit,
Quaque via laetus venerat ante, redit.
Solus abit, secum queritur, ve ve mihi dixit,
Ve mihi qui fueram, qui modo fio nihil!
365. Geta quid esse potest? es hercule non homo; namque
Siquis homo Geta est, quis nisi Geta foret?
Sum Plato? me forsan artes fecere Platonem,
Geta quidem non sum, Getaque dicor ego.
Si non sum Geta, cur debeo Geta vocari?
370. Geta vocabor ego? quod mihi nomen erit?
Nomen erit nullum, quia sum nihil. Heu mihi nil sum?
Iam loquor et videor, tangor et ipse manu.
Seque manu tangens, sic intulit, hercule tangor,
Quodque valet tangi, non erit hercle nihil.
375. Est aliquid, quodcumque fuit, non desinit esse,
Est etiam semper cui semel esse datur.
Sic sum, sic non sum; pereat dialectica, per quam
Sic perii penitus; nunc scio, scire nocet.
Dum didicit Geta logicam, tunc desiit esse,
380. Quaeque boves alios, me facit esse nihil.
Sic in me gravius experta sophismata, mutans

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Tantum alios, mihimet abstulit esse meum.
Ve logicis, si sic est, omnibus! Heu redit ecce
Amphytrion, miror an sit et ipse nihil.
Et venit et nihil est, poteritne quod nihil ire? 385.
Hercule cuncta suas deseruere vias.
Reddidit insanum de me dialectica stulto,
Geta sit an non sit Geta, probare potest.
Sum, si me salvere iubet sub nomine Getae,
Si tacet, perii. Dixerat; atque citus 390.

Amphitryon relegebat iter. Sequitur praeeuntem
Vix quoque sub nimio Byrrhia fasce gemens.
Dum videt hic Getam, proh maxime Iuppiter, inquit,
Quid sibi vult Geta? qua ratione redit?
Significat dampnum Getae citus iste recursus, 395.
Fac, bona Iuno precor, nuntiet ille bonum.
Ne mortem nati, ne casum coniugis aegrae
Afferat hic, vereor; ora dolentis habet.
Turbor in aspectu; date, numina, ne sine prole
Dicar, et magna parte perisse mei. 400.
Quid taceo? quaeram. Sic inquit, et occupat illum,
Dic age qui, Geta, quid mea cura facit?
Stamus, an occidimus? perii ne coniuge fida?
An vivit quod amo? Geta rogatus ait:
Hercule Geta sum, quia me Getam vocat iste, 405.
Quod non est aliquid, nomen habere nequit.
Haec secum tacitus. Adiecit protinus, hercle
Nuntio mira; diu est quod sumus ambo domi.
Hercule non sumus hic, redit iam Byrrhia, iamque
Amphitryon thalamos, ostia Geta tenet. 410.
Vera quidem, vera nimium loquor, en ego felix
Si quaecumque loquor omnia falsa forent.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Si sis Amphitryon, a te dimissus abibam,
Inveni rigidis ostia clausa seris.
415. Insisto foribus, me Geta recedere iussit,
Amphitryona probans iam rediisse domum.
Me mihi descripsit, mea facta recensuit ille;
Quodque foret Geta, multa dedere fidem.
Byrrhia subridens, accepit Graecia sanos
420. Hos ait, insanos illa remisit eos.
Insanire facit stultum dialectica quemvis,
Ars ea numquam sit, Byrrhia, nota tibi.
Arte carere bonum est, quae per phantasmata quaedam
Aut asinos homines, aut nihil esse facit.
425. Sit logicus quivis, (tu) Byrrhia sis homo semper;
His studium placeat, uncta popina mihi.

Geta relata refert, et vix sibi credulus ipsi.
Mirantem movit Amphitryona dolor.
Falleris, inquit ei, qui te nihil esse vereris,
430. Moechus habet thalamos, cui bene notus eras.
Adsint arma mihi, gladio praecingere Geta,
Byrrhia tela cape, nos lucra multa manent.
Quos nihil esse probat, aliquid iam sentiat esse.
Iussis Geta favet, et prior arma capit.
435. Arma parant ambo. Movet hunc iniuria lecti,
Hic parat ut gladio se neget esse nihil.
Byrrhia dissimulans, satis haec ait hercule noram,
Cum petii naves, intus adulter erat.
Huc ego mittebar; nullus te, Byrrhia, fallit;
340. Hos agit insanos ad sua dampna furor.
Hi saeva bella gerant, nihil est ad proelia tutum;
Si potero, numquam Byrrhia marte cadet.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

" Dum sic proponit, loquitur dum Byrrhia secum (1) „
Increpat instat herus. Vos sequor, inquit, ego.
Proicito pondus, cadat ut deprensus adulter. 345.
*Al. *nocet.* B. Proiciam! dampnis addere dampna iuvat *?
Non sumus hercle pares, plures sunt forsitan intus;
Non sine vi magna captus adulter erit.
Arma ferunt moechi; vos subsequor, ite priores,
Ad belli vires protinus ensis adest. 350.
Eminus adsistam, quia funda saxa rotabo,
Improvisa magis vulnera saepe nocent.
Tela manu vibrant, abeunt, et multa minantur,
Inque Iovem auxilium quaerit uterque Iovis.
Byrrhia ridet eos, unde haec audacia dixit? 355.
Quis furor? o utinam noscat adulter eos!
O faciles dare terga viri! Si Graecia tales
Misisset quondam, nunc quoque Troia foret.
Byrrhia sis sapiens, fugias prior, ultimus esto;
Nil poterit timido totius esse fuga. 360.

* * *

Vos equidem vidi, vel vos vidisse videbar,
Luserunt animos sompnia saepe meos.
Sompnia sunt hercle, subiecit Byrrhia Getae,
Insanit factus stultior arte sua.
Iurgia sint insana procul, succedo coquinae, 365.
Gaudeat Amphitryon, Getaque fiat homo.
Laetatur sponsa Amphitryon, nidore coquinae
Byrrhia, Geta hominem se fore, cuncta placent.

(1) Hunc ego supplevi versiculum.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

HISPERICA FAMINA

LATINITATIS INUSITATAE VEL ARCANAE (1)

OPUSCULUM

EX ANTIQUO CODICE VATICANO.

1. Ampla pectoralem suscitat vernia cavernam, maestum extrico pulmone tonstrum, sed gaudifluam pectoreis arto procellam artheriis; cum insignes sophiae speculator arcatores, qui egregiam urbani tenoris propinant faucibus lynpham, vipereosque litteraturae plasmant syllogismos; cui mundano triquadrae telluris articorhetorum florigera flectit habenas caterva, et qui remota vasti fundaminis deseruere competa, utrum fabulosas per ora depromunt gazas? Num trucida altercaminum

(1) De hoc arcanae seu mysticae vel inusitatae latinitatis genere non semel loquitur Virgilius grammaticus; eiusque brevia exempla ex variis auctoribus profert in epistolis atque in epitomis. Mihi vero Virgilii doctrinam hoc amplo eiusmodi latinitatis specimine cumulare placet; quod conferre proderit cum Attonis vercellensis polyptico paris ferme generis a me in sexto volumine vaticanae Scriptorum veterum collectionis edito. Porro latinae elegantiae amatores hoc sane scriptum diris suo iure omnibus devovebunt: qui tamen latinae linguae historiam eruditius scrutantur, editori mihi gratiam habebunt. Georgio certe Walchio latinitatis historiographo disputandi nova occasio hinc orta fuisset, si rem novisset.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

inter soboles pubescunt litigia? An placorea abucant proles sceptra? Utrum saevus armatorum (a) coetus toxica corruit certandi in acie, ut furis ostrei cruoris rivis candida olivarent madiada? Seu spumaticum bombosi tithis flustrum inertes oppressit naufragio remiges? An horridum communi stragi rapuit acculas (b) letum? Quos edocetis fastos? Cuique adhaeretis rhetori? Huic lectorum sollertem invito obello certatorem, qui sophicam plasmaverit avide palaestram. Et trinos antea dimicavi athletas, inertes mactavi duelles, ac robustos multavi coaevos, fortioresque prostravi in acie cyclopes. Hinc nullum subterfugio aequevum. Dum truculenta me vellicant opicula, protinus versatilem evagino spatham qua almas trucidat statuas. Arboream capto iduma (c) peltam quae carneas cluit tutamine pernas. Ferralem vibro pugionem, cuius pitheum assiles macerat rostrum cidones, ob cunctos lastro in agonem coaevos.

2. Haec compta dictaminum fulget sparsio, ut nullo vitioso aggere glomerat logos, ac sospitem lecto libramine artat vigorem, et aequali plasmamine mellifluam populas, ausonica faminis per guttura spargine: velut innumera apium concavis discurrunt examina apiastris, melchillentaque sorbillant fluenta alveariis, ac solitos stemicant rostris favos. Hic comptus arcatorum exomicat coetus, cui dudum

(a) Cod. *amatorum*. (b) Id est *accolas*. (c) Glossa, *id est manu*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

per lapsa temporum stadia parem non crevimus phalangem, nec futura temporalis globi per pagula aequiperatam fulgidi rumoris speculabimur catervam. Sed praesto horrendus adstat chelydrus, qui talem vipereo ictu sauciabit turbam, nisi vasti exigerint rectorem poli, qui florigerum agmen reguloso solverit discrimine. Novello temporei globaminis cyclo hispericum arripere tonui sceptrum: ob hoc rudem stemico logum, ac exiguus serpit per ora rivus. Quod si amplo temporalis aevi stadio ausonica me alligasset catena, sonoreus faminis per guttura popularet haustus, ac inmensus urbani tenoris manasset faucibus tollus. Quod propriferum plasmas orgium? utrum alma scindis securibus robora, utico quadrigona densis stemicares oratoria tabulatis? An flammigero coctas obrizum clibano auriferas solidis cudere lunulas marthellis? Seu tinolam tensis suscitas odam chordis? Forte concavas sonoreis proflas cicutas harmoniis?

3. Sed non intelligibili mentis acumine praestulor, quod lanigerosas odorosa observas per pascua bidentium turmas, cui obessa arcatorum assiduo tramite sectaris concilia, ac cicniam gemellis bailas curvanam scapulis rutulantem alboreis artas calamide madiadis, pexamque carneis tolibus amplecteris caminam. Nec sophica ingenioso acumine abscultas mysteria, sed doctoreas effoeto conamine comitaris historum turmas. Hinc mirificum tibi inge-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nioso libramine palo consultum, proprigenum natalis fundi irruere solum, ut agrica robusto gestu plasmaveris orgia, et pantia (a) raptis astant septa thermopylis. Pubescentes pecorea depascunt segetes agmina, veternas maesta genetrix lacrimosis irrigat genas guttis, et infantilis murmurat invagitus, ac florigera resonat clangore per arva. Externum proprifera editrix abucat marem, placoreasque blandis concelebrat nuptias thalamis. Haec pantia natalem testigant orgia adire limitem.

4. Ceu montosus scropias tranat tollus, per macides frondeos fluctivaga eradicat hornos devoratio: inormia evolvit murmure crepita, limosam fluminio mactat crepidinem alveo, concretas evellit vortice glarias; pari ausonicum exubero pululamine fluvium. Veluti rosea aestivi laris veternas cremat pyram rubigine amarcas, ac aruca favellosis minorat robora tumulis, ciboneus torridum spirat clibanus ructum, flangosas flectit per laquearia flammas; aequali doctoreas torreo fervore catervas. Ceu truculentus pecorea terret bovencus armenta saginatum stricta mactet iuvencum, ligituria horribilem visceria complet ingluviem arvina, sanguineum trucido hiatu sorbellat fluentum; pari aerumnosos perturbo pavore historum logos. Quatinus vitreum tetigeris patula poli samum cuba, gemella praecipui alboris astra septemplicis o-

(a) A graece πάντα, ut infra cognoscitur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

lympi lustraverunt boreales limites, sabulosas litorei calculaveris micas planeti, tithicum stellato viserit (a) seminarium in termino, mundanique vividum censuerint coloni ponti spiraculum, haud hispericum propinabis avido gutture tollum. In quantum eous ab occiduo limite distat, articus tineus sidereis ampliori rutilo praecellit arotuste, (1) dissonoreusque certantium fragor militum mellisono antecedit apium strepitu, ac furibundus teneram superat ursus bidentem; in tantum nostri loquelosi tenoris segregantur altrinsecus numina.

5. Bis senos exploro vechros (2), qui ausonicam lacerant palatham. Ex his gemella astant facinora, quae verbalem sauciant vipereo tactu struem. Alterum barbarico auctu loquelarem inficit tramitem, ac gemello stabilitat modello, quaternaque nectit specimina; inclytos litteraturae addit assiduae apices; statutum toxico rapit scriptum dampno; litterales urbanae movet characteres (b) facundiae; stabilem picturae venenoso obice transmutat tenorem. Alius clarifero ortus est vechrus solo,

(a) Cod. *vixerit.* (b) Glossa *vel carectes.*

(1) *Te* encliticum, ceu graecum τε, ut ait Virgilius grammaticus in epistola de coniunctione p. 85, qui tamen scribit *ce.*

(2) En duodecim genera latinitatis, de quibus loquitur Virgilius grammaticus in epitome V. Ex his duodecim generibus, duo deterrima esse ait, quae aurum ausonici seu latini sermonis praecipue inficiunt, barbaricum videlicet genus sermonis et hispericum, quod postremum huius opusculi materia est.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quo hispericum reguloso ictu violatur eulogium, sensibiles partiminum corrodit domescas. Cetera notantur piacula, quae italicum lecti faminis sauciant obrizum, quod ex his propriferum loquelosi tenoris in hac assertione affigis facinus.

INCIPIT LEX DIEI (1).

6. Titaneus olympium inflammat arotus tabulatum, thalassicum illustrat vapore flustrum, flammivomo sectat polum corusco supernum, almi scandit camaram firmamenti. Alboreum phoebeus suffocat mene (a) proritus, cibonea pliadum non exomicant fulgora, merseum solifluus eruit naevum tractus, densos phetoneum extricat sudos incendium, roscida aret rubigine stillicidia, nec olivatus frondea olivat nimbus robora, faenosas dividuat imber uvas, micras uricomus apricat lacunas rogus, mundanumque torret iubar gyrum. Aligera placoreum reboat curia concentum, tinulas patulis murmurant harmonias rostris, concavos aurium refoculant mulcedine clivos, frondicomas avitica orbat latebras turma, campaneas aculeant glevas, vermia sorbellant picis frusta, oleda pungunt stercolinia, fameas esciferis replent vesiculas sucis. Pe-

(a) Glossa *lunae*.

(1) Legem dici intelligit auctor rationem exigendae dici.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

coreus vasta lustrat coetus pascua, calastreas meant calcibus pessas, campanea variis serunt praedia conciliis, interna glaucis saturant exta serpellis, holerosa sennosis motibus ruminant pabula, insontes dividuant ovilia ides, arboreos pontes pedestri tramite tranant, fraenosos lanigerae intrant agnos catervae, herbosas carpunt dentibus uvas. Hirsutus suum deseruit gurgitia coetus, terrestres suffodiunt rostris sablones, stabiles filicum sorbent radices, holerosumque gustant sucum. Tabulosa flagrantes esuum (a) orbant sonipedes stabula, attritas frangosis motibus meant arrigas, ferreosque solvunt sessores cruribus sigillos, concavos sennosis motibus replent thoraces. Amens ferinae prolis cohors almos calcat epimnos, asperrimum involvunt gressibus ruscum, gibrosos petulco prospectant vernaculos scroplo. Inormes spumaticum verrunt delphines pontum, salsas apertis sorbellant paulas gutturum claustris, squameosque vorant gurgustos.

7. Pantes (b) solitum elaborant agrestes orgium: caeteri tellatas strictis plasmant fossas trullis, spinosis densant septa prunis, lapidias saxea mole glomerant macereas: alteri multigenas pecorum agitant in pascua turmas, sonoreasque reboant (c) uchas, (d) truculentos agrico mugitu perturbant melodios. Innumerae frondicomum crebro

(a) Cod. *aes suum*. (b) Graecum πάντες. (c) Superscribitur *ro* pro *re*. (d) *Oche*, *iucunditas*, apud Attonem polypt. p. 44.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tramite adeunt saltum turmae, almaque cudunt framis robora, erutas securibus torquent astellas, edictasque strictis scindunt hornos arietum machinis, refertaque robustis ansportant plaustra iugis. Hic sonoreus soporeis nos excitat tumultus expergesci thalamis, vestiles corporeis colligere strues mediadis. Hinc molliformes artate tolibus trabias, alboreas rudi bysso pelliceis stipate camisas baltheis, argentea fulvis figite lunulas stolis, blanda evolvite motatoria, mollesque lanigero amplexu aptate tapetes.

8. Sophicam stemicate coloniam, ac litterales speculamini apices. Nonnulli cerimonicat arcatori trophea, si salubrem pectoreo carperit soporem claustro, ni rutilante phoebei orientis ardore somniosum evellerit palpebris oblectamentum, tritamque aptaverit lumbis stragulam, lectoralem cudere industriam. Ut quid nos tonitruoso sermonum obruis clangore, et internas loqueloso tumore perturbas aurium cavernas? Totum namque nocturni ligonis lectriceis censuimus stadium excubiis; vos soporea oblectastis pernas tabe: ob hoc nunc somnolentus nos stigat tactus. Quidam de hoc doctoreo congelamine spumantem adeat mancipator laticem, ut vitreum scaloreis propinaverit fluentum idumis nocturna fontana tergere luem unda. Stornos concavis solvite factos archimis, ac sophicam auscultate industriam: murmureus suscitetur in ae-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

thra plausus, verbalisque robeat clangor, si unita cunctus steterit in aula coetus. Ob hoc talem segregate cohortem. Hinc caeteri apricas adeant casas: alteri frondosa lustrent sub nemora, alii in hoc amplo stabilitent tugurio.

9. Phoebeos supernum secat arotus poli centrum, mediumque diei appropinquat spatium. Hinc fame flagranti aestuat pectus. Ob hoc continua visitemus territoria, ut mellitum cerimonicaverint flagrantibus pabulum. Quis gnarus decoream ducet per trivia catervam? Has clandestinas frequenter lustravi thermopylas, ac remota huius artici penetravi praedia: venustosque exploro acculas, qui vagos arcatorum pascunt choros. Stricto densate tramitem colligio, ageas astrifero statuite infolas sulco, nepitheis truces maceraverint mediada spiculis crudeles: non talia viperei obvallant trivia latrunculi: multigenas degestis spoliant viatorum turmas inspillis, collectasque rapiunt praedas, armigera trucidant ensibus agmina. Ob hoc stricto discriminosas irruamus cuneo per pesas, aspera calcamus gressibus praedia, quae saxeas torrida mole glomerant statuas, spinosasque parturiunt rumices. Haec florigena exomicant arva, quae porporeas glomerant scaltas *. Nec lapidea artant crepita, sed glaucicomas herbarum copulant uvas.

* *calthas?*

10. Caninus urbana murmurat sonitus inter nemora: forte externus adhaeret moenibus latruncu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

lus, aut lustrantis concipiunt auribus strepitum agminis. Sonoreum gemellae suscitant barritum alapae, ut ovans vagantem flectit mansorius deversorio cohortem. Adunca strictim trahite clavi sigullum. Haec concava scopatum amplectitur aula tolum, quod betuleis tergitur assidue faciculis, nec ulla glomerat ciscilia. Hoc coenosum aethrae astat tolum, quod concretas sordium arictat micas, nec frondeae degestum elimant scopae vestibulum. Aquoso stabilem implete hydore luterem, squaloreasque fluctivagis lavate bases fluentis, ac limosas vitreo licumine tergite plantas. Arboreas figite in pariete curvanas, liniaremque comptis statuite tramitem archinis, ut amplum censuerint agrestibus spectaculum. Pelliceis cluite sessa pratis, roseum laricomi torriminis alite in aremulo clibanum, minutas aprici graminis glomerate astellas, ut flammivomum eructavit incendium, caloreum libraverit tactum, algidum eruerit focum. Quis tales poscet possores, ut melchillentum concesserint opiminium?

11. Non ausonica me subligat catena (1): ob hoc scottigenum haud cripitundo eulogium; sed furibundos perculam amite amiclios. Venusti excusant acculae parcas amplecti sub numine alimonias.

(1) Confer p. 481. Dicit, ut puto, auctor se latina severitate non cohiberi. Iam quod addit *scottigenum eulogium*, seu *eloquium*; id haud scio an auctoris patriam demonstret. Et quidem vocabulum *scottigenum* infra recurrit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Haec concessa acutis findite edulia framis, ac arboreas escifero onerate mensas acervo. Doctoreum quaternis segregate chorum rithmis. Aquatico lavate idumas nitro, ut lotae innotescant cubae. Ageum esciferas roboate concentum (a) in copias, ut salubrem propinaverit in praecordiis suxum. Arunca flammigenis crinibus calificate edulia, ut dulciorem rigaverint faucibus saborem. Micas fragmentorum concavis recondite canistris. Almum herum poscite poli, ne ciboneum Cocyti irruerint acculae follum, sed supernum septemplicis poli adierint samum. Qui dulciferos cibaminum concessere acervos, quislibet comptam exactor poscet editricem, ut salsas lixae tripudiaverint per cinerem lithias, ut crispantes salsugena spumaverint trices paula. Statutum adeamus oppidum, ubi densum conclientibus fiximus placitum. Quae dulciora sorbuistis solamina: farriosas sennosis motibus corrosimus crustellas, quibus lita scottigeni pululavit conditura olei, carniferas pressis dentibus ruminavimus pernas, lacteus populavit haustus, quamvis gaudifluam bibulo ore gustavimus caeliam.

12. Titaneus occiduum rutilat arotus pontum, roseos imam curvat radios sub speram: lunaticum vasto exhomicat sidus polo: fulgoria pliadum variant specula horanum. * Nocturnus gravat serpella nimbus: arboreas olivat vaporribas *, tetraque mun-

* ο ὐρανόν.

* vaporibus?

(a) Cod. contentum.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

danum obumbrat mersa gyrum. Incalculatae pecudum turmae calastreas meant ageas, septaque irruunt bovella: quadrigonas idium concilia scandunt aulas: attritas hirti lustrant suistas porci: ferreos sonipedum fulcris nectunt aurigae sigillos: innumerae agrestium turmae solitum laborandi eruunt de curribus nexum, ac solitis aprici tegminis quiescunt in aulis. Ob hoc alma civilis globi adeamus moenia, apta benignis poscere filoxinia colonis: sonoreo instigate aditum barrito, ut hunc doctoreum collegerit diversorio coetum. Statuta pelliceis statuite sedilia pratis: torridum alite grimite caminum, rutilantemque accendite foco lampadem: arboreo vitreum propinate olipo fructum, squaloreaque lavate fulcimina: mensium solito dividite mancipatum collegio. Caeteri arboreum concito flexu irruant collem, strictisque debaelant grimina * loris. Alteri aquosum adeant olympum, refertamque devehant scapulis hydriam. Alii caneas cocant enopernas, ac farreosas plasment rotas. Statutas cibaminum findite framis strues, ligneas escifera onerate tabulas copia, melchillentaque pexis glomerate fragmina fiscillis.

* *devellant gramina?*

13. Interimis concavi pectoris opto latebris, uti honorificam protelaverint acculae mansiam, qui melchillenta largiti sunt opimina, qui dulciferos cibaminum concessere acervos. Tinctas conditura accendite clibano taedas, ac lectoralem

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

scrutamini fastis industriam. Sopiferam artant palpebrae gravidinem. Ob hoc blanda pecoreis velate cubilia pratis, rudesque serite motatoris tapetes, molliferos assilibus plicate pulvellos gigris. Carboneas cinereo tegite strumas tumulo, ne attigua succenderint ciscilia, amploque arserint pyrici fornacis incendio. Stricta quadratum cludite regia ostium, ne atroces eruperint praedones, clandistinas rapere furtim gazas. Caeteri lectoralem mentis acumine ascultent sophiam. Alteri somniosum abucent pernis fotum. Alii nocturnas librent excubias, quatinus roseus phoebei orientis rutilaverit proritus.

DE CAELO.

14. De hoc amplo olympi firmamento loquelosas depromam lento murmure strues. Haec polica assili situ plasmata est spera, quae umbriferos vago tegmine stipat sudos, ignicomaque vasta mole amplectitur astra. Gemellos torridi alboris pastricat arotos: titaneus diurnas rutilat Orion metas: pallida merseum illustrat gansia pomerium (a). Quinos vitreus artat baltheos horanus (b). Caeterae caloreum artant zonae fotum, mundanaque coctant rubigine climata. Alterae algidum spirant ructum, niviamque evolvunt sparginem, gelidas horrendo

(a) Cod. *promertum.* (b) Glossa *caelum*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

fluvore spargunt brumas, procellosum proflant turbine motum. Multiformis solifluis praetenui nubium vapore stemicatur arcus radiis: volubilem policus se torquet in vertiginem gyrus: stabilem discurrunt cardines erga axem. Angelicas olympius suffulcit catervas thronus, eximia glauco arctat camaram naevo. Septemplicem horani asserunt cyclum physici. Innumera caeli cacuminis astant stemata, quae temporeo propriamine explicare non famulor.

DE MARI.

15. De hoc amplo Amphitrites lucumine loquelosum cudere nitor tornum. Hoc spumans mundanas obvallat pelagus oras, terrestres anniosis fluctibus cudit margines, saxeas undosis molibus irruit avionias, infimas bomboso vortice miscet glarias, astrifero spargit spumas sulco, sonoreis frequenter quatitur flabris, ac garrula fatigat nothus flustra, tithica aetherium irrigat stillicidia gyrum, calastrea glaucicomus verberat competa pontus, periclitantes mactat naufragio puppes. Alias sereno compaginat tithis situm, nec horrida tempestivi murmuris proflat susperia, sed garrulae tranquello tabescunt undae fomento. Gemellum neptunius collocat ritum fluctus; protinus spumaticam pollet in littora adsisam, refluamque prisco plicat recessam

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

utero, geminum solita flectit in orgium discurrimina, afroniosa luteum vellicat mallina terminum, marginosas tranat pululamine metas, vastaque tumente dodrante inundat freta, arboreos tellata flectit hornos in arva, assiduas littoreum glomerat algas in sinum, patulas eruit a cautibus marmas, illitas punico evellit conchas, belbicinas multiformi genimine harenosum evolvit effigies ad portum, fluctivagaque scropheas vacillant aequora in thermopylas, ac spumaticum fremet tumore bromum. Interdum tumentem pastricat tenerius lidonem, nec solita marginosi tramat limina fundi, rostratas torvis fluctibus fulcit carinas, roboreas undisono baelat rates fluastro, inmensasque marmoreo gurgite gestat scaphas, ac ingentes thalassicum navigant liburnae gremium. Delfinum glaucis sub fluctibus ludicat seminarium, inormia vastum litigant coetia per itnum, aerumnosos ruminant gurgustos (a), vitreumque sugillant faucibus salum, ac tornos guttoricant piscellos, neptunia spumeis verrunt caerula gigris, salsugenum gustantibus infestat pelagi unda saporem. Si pantes (b) mundani orbis acculae (c) internum aequoris spectarent uterum, repentina mortiferum irruerent voragine claustrum.

(a) Glossa *pisces*. (b) Graecum πάντες. (c) *Accolae*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

DE IGNE.

16. Hic roseus laricomi torriminis crepitat rogus, qui torridum proflat ardore furium, flammeas plicat rubigine spathas, flexosos flammeo torret ramos incendio, assida invadit fomite sarmenta, fumantem rapida evomit vaporem pyra, cineream spargit aestibus favillam, innumera ciboneus plasmat servitia aestus. Protinus farriosas carboneo fotu assat crustellas, cruda concavis coctat trementia lebetis, argenteos mollificat fornace metallos, auriaeque rubreo liquescunt massae in camino. Pantia viricomis calificat licumina fomentis, natalemque flammivomi laris depromit lento murmure rigorem. Duro iam viguit silicis in utero, ferriale sollerti nisu torsit inflammator focile, aprica scintillosus exarsit in spungia tactus, collectamque flexit incentor stuppam, ac micrum (a) mutuo vertigine eructavit scintilla fumum, veternas in facem glomeravit astellas, inmensaque turgidis crevit pyra flammis. Umbrifera latebrosis extricat velamina tegulis, infestaque flammisonis depellit frigora clibanus, ac torrida involvit incendia. Saltim pantes truncarent acculae stipitem, uricomo concremaret focus ructu. Hic floreus amplo nitore exomicat drimus, urbana inmensi amplectitur moenia

(a) Graecum μικρόν.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

globi, in quibus turrita multiformi compage astant tuguria. Ardua campaneus collocat septa situs: maturas frugifero tegmine parturit segetes, odorosa glomerat vineta, quae rapidos micris nectunt acinos ramis. Spinosis degestum verrunt astitiae praedium: aquosi luteas irrigant fluvii venas: erumpantes fontanos tumores eructat tellus latices, faenosaque scaltis * pollent praedia roseis, ac delicatas copulant homestas: caeruleasque gignit serpellas, quae pecoreas saturant turmas. Sublimes degestum ambiunt celles * drimum, saltosaque extremis castat robora in oris (a). Incalculata congellat frondium genimina, quae dispares patulis stipant fruges ramis, holerosa profundae separant rura foveae, quae herbosas glaucis arictant uvas ansis; innumeras pecudum tellatus pascit catervas terminus; immensaque terrenum gestat saxa fundamentum: plurifica campaneus nectit stemicamina fundus: quae loquelari tramite haud explicare nitor, ne doctoreas rhetorum gravavero venas.

* *calthis?*

* *colles?*

DE VENTO.

17. Hic sonoreus alma mactat zephyrus robora, aniosas terrestribus plicat ilices sulcis, turrita robustis spoliat tuguria flabris, superna cacuminum frictat laquearia, tithica flectit telluri cae-

(a) Ita cod. 2. manu. At 1. *arvis*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rula, ac marinas exaltat in astra spumas. Glaucicomantem fatigat auster Tithonem. Bis senos physici et ferunt zephyros, et quaternos ibi explorant euros: quîs alterni inhaerent crepitu noti, et velut subiectas opacant alas: mundanum vasto aethere proflant in follum: trina murmureus pastricat trophaea notus, quod spumaticum rapuit tolo diluvium, pollentemque tonuit rapere dodrantem, ac corporeas perculit tactu effiigies. Nec sibilans intueri queat procella, altusque poli rector murmurantibus degesti de pennis euri gibrorum reanime censebit logum.

DE PLURIMIS.

18. Haec egregia floreis fulget caterva pompis, quae fulvas congelat extrinsecus stragulas, ac vestiles multigeno ligone nectunt strues. Caeteri purpureas acrictant blemmos: alii cicinias castant mediadis stolas: alteri hyacinthinas corporeis stipant trabias pernis: plurifici stornos carnali compage globant amictus: ostreas pastricant armellosas, gilvas verticibus alunt mitras, crispososque sedant cincinnos, ac libosas copulant tricarias: nitentes cervicibus gestant curvanas. Innumeri quadrigonas captant scutilibus peltas, ferriales vibrant idumis pugiones, ac altera glomerant plasmamina, quae temporali propriamine non exprimo.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

DE TABERNA.

19. Haec alborea exomicat taberna, quae spissas breviusculo tegmine artat setas. Quadrigono degestum sutum est figmento archimium: unitam superna amplectitur ianuam ora, quae stricto assilibus polygonis (a) rotis cluditur operculo, ac bis senis alligatur adeo restibus, flexaque arcatorum cervicibus vehitur sarcina. His inditum depromam curvanae ductum. Saginatas pecudis dudum tegebat pernas, hirtumque acuto framine decoriavit carnifex corium, densaque tensum est parieti inter vimina, ac igneo aruit fumo, obansque edictum laceravit opifex archimium: astrictis corialem pastricavit corregiis tegulam, bis binos plasmavit angulos, lectoque pellicium gestamine perfecit armarium. Caetera non explico famine stemata, ne doctoreis suscitavero fastidium castris.

DE TABULA.

20. Haec arborea lectis plasmata est tabula fomentis, quae ex altero climate ceream copulat lituram. Defidas lignifero intercessu nectit colomellas, in quîs compta lusit caelatura. Aliud iam latus arboreum maiusculo ductu stipat situm, varia

(a) Cod. *palligonis*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

stemicatus pictura, ac comptas oras artat. Haec olim frondea glaucicomi crevit inter robora fundi, ferrialique crescentem amputavit opifex securi stipitem, quadrigonum ligneo dolavit incrementum nervo, micram eruit ascia margeriam, ornatamque perfecit tabulam, quae dexterali historum gestatur iduma, ac sophica cereis glomerat mysteria planetis. Nunc loquelarem celeri flexu retraho tramitem, ne ingeniosas rhetorum gravavero domescas.

DE ORATORIO.

21. Hoc arboreum candelatis plasmatum est oratorium tabulis: gemellis conserta biiugis artat latera quadrigona, edicti stabilitant fundamenta templi. Quis densum globoso munimine crevit tabulatum? Supernam compaginat camaram, quadrigona comptis plextra sunt sita tectis. Ageam copulat in gremio aram, cui collectam cerimonicant vates (1) missam. Unitum ab occiduo limite amplectitur ostium, quod arborea strictis fotis cluditur regia. Extensum tabulosa stipat porticum collectura. Quaternas summa nectit pinnas. Innumera congellat plasmamina, quae non loqueloso explicare famulor turno.

(1) Vates intelliguntur episcopi in inscriptionibus christianis a me editis. Heic intelligo *sacerdotes*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

DE ORATIONE.

22. Supernum vasti posco herum poli, qui mundanam almo numine condidit molem, tithico terrestrem obvallat limbo crepidinem, humanos lecto restaurat vernaculos incremento, glaucicomas folicia strue tegit amarcas, florigeros alit de tellure culmos, almi gibrarum turmis collocat praemia throni; mihi aestivum * naviganti fretum robustam concede puppim, ut furibunda evadam discrimina.

* aestuosum?

DE GESTA RE.

23. Lapsis olim annosae voraginis stadiis rutilante phoebei orientis aurora, quidam furibundus armatorum latrunculus externas inimicosae telluris adiit metas. Tum glaucicomantes cellium * concito tramite lustrantes inter iubas setigerum porcinae indolis notat inter nemora coetum. Hinc quidam robustus ferali dolone tyrannus hirta crassi terebravit latera apri. Iamque roscidum purpureo cruore cadaver lato sollerti tractu torsit cervici, vastamque mancipatores trucidant spathis amarcam, ac ferreo cudunt silicem metallo, apricisque stemicant rogum sarmentis, flammivomusque laris frondeam fumigat clibanus silvam. Hinc quadrigona inserta veribus statuitur craticula, setosasque roseis

* collium?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

torrent toles flammeis, ac arboreis crudas insuunt sudibus pernas: ostrea sanguinei licuminis decidunt inter faces stillicidia, assataque carnei ponderis gustant armatores frusta, suillem sorbent faucibus pastum. Hinc progeni istius telluris acculae extremas natalis soli obvallabant assidue oras, ne inimicale paternis polleret discrimen sulcis. Iamque solitis finalis globi lustrantes anfractibus, edictum silvestrea prospectant latrunculum inter robora. Tum frondens irruente caterva frangoricat saltus, ac protervus clamat ilico coetus, quod ex crudeli strage non evaderent de agmine superstites, nusquam atroces alitum veherent in aethera ungues. Hinc strictam furibundi densant aciem tyranni, ac armifera ferunt incidones rostra. Alboreum aëreo spargitur chimentum sulco: truces reciproco libramine penetrant dolones, degestaque carneis terebrant spicula toles, ac carnifera purpurei serpunt per latera rivi. Inermes ruunt in obello gigantes, ac assiles solvunt ensibus gigras, dum toxicus irruentem certandi robore frangit latrunculus phalangem, mortifera spoliant vestium strue cadavera, horrendoque iubilant crudeli tumultu. Hinc reduci tramite paternum remeantes in solum, fabulosam exprimunt accolae soriam (1).

(1) Glossa *congeriem*.

HISPERICA FINIUNT FAMINA.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

SANCTI ALDHELMI

DE SEPTENARIO
ET DE RE GRAMMATICA AC METRICA
AD
ACIRCIUM REGEM.

Domino praestantissimo et prae ceteris regalium dignitatum gradibus glorificando, mihique iamdudum spiritalis clientellae catenis conexo, illustri Acircio (1) aquilonaris imperii sceptra gubernanti, illustris regalis regni regimina dispensanti, Aldhelmus catholicae vernaculus ecclesiae immarcessibilem sempiternae sospitatis salutem.

Non ambigo, reverentissime fili, sed profundae credulitatis frena relaxans confido, quod provida sagacitatis vestrae praecordia reminiscantur, nos ante bis bina lustrorum volumina inextricabile conglutinati foederis pignus pepigisse, et spiritalis sodalitatis vinculo, devotae caritatis contubernia copulasse. Nam pridem tempore pubertatis nostrae cum septiformis spiritalium charismatum munificentia vestra solers indolis sub manu venerandi pontificis ornaretur, paternum memini me nomen adeptum, teque adoptivae dignitatis vocabula cum caelestis gratiae praerogativa sortitum: quem

(1) *Acircium* intelligo *Alfridum*. Reapse enim Alfridus (sive Aleredus) rex erat Northumberlandiae an. 685 - 705. quae est Aldhelmi nostri aetas. Art. de verifier les dates Ed. I. p. 769. col. 1.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

videlicet spiritalium incrementorum fructum propheticus sermo allegoricis aenigmatibus explanans designat virgultum, in typo beatae et incorruptae Dei genitricis de radice Iesse fecundis palmitibus pululasse, et purpureum surculorum florem mysticis obumbrationibus prolapsi recuperatorem mundi praefigurantem, chirographumque protoplastorum misericorditer abrogantem, cum septeno sapientiae et intellectus ceterarumque virtutum spiritu germinasse. Idem namque septiformis sacramentorum numerus sacrosanctis testamentorum oraculis frequentissime adstipulatur. Cuius numeri mysterium iterata replicatione revolvens, de amoenissimo scripturarum paradiso quasi quosdam campestrium cauliculos aut vernantes pratorum flosculos coacervans, ad unius coronae texturam congerere nitar; ut evidentius in propatulo patescat cunctisque scrutinio scrutantibus luce limpidius clarescat, a quantis profectibus quamque sacratis ordinibus nostrae necessitudinis primordia, et necdum matura rudimentorum tirocinia originaliter processerint, pululaverint, vigverint.

Hic, inquam, septiformis laterculorum numerus ab ipso nascentis mundi primordio sacer oriundus extitit. Nam non solum universitas totius creaturae, quam volubilis et agilis polorum vertigo et bina cingunt hemisperia, septenario hebdomadis simplae curriculo specie multiformi patrata narrantur, cum tamen in ictu et atomo vivens in aeternum creaverit omnia simul; verum etiam optata futurorum requies promissorum, et beata perennis vitae felicitas, quae singulis quibusque meritorum emolumentis recompensabitur, nonnisi septena per temporum incrementa millenario numero, sequestrata reproborum caterva, insontibus et piaculorum crimine carentibus tribuitur. Eiusdem quoque

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

supputationis sacramenta potuerunt, si prisca commemorans ab origine pandam, cum horrenda cataclysmorum inruptio mortalium flagitia cohercens, et scelestis vitae pervicaciam ultricibus undis abluens, cuncta quae reciproco corporeae vivacitatis spiraculo vescebantur, exceptis ad propagationem sobolis futurae relictis, usque ad interuicionem necaret, diramque stygii Plutonis ingluviem, et exanguinibus miserorum manibus crudeli strage satiaret, de mundis septena caenaculum et tristaega, sive ut altera continet translatio, bicameratam et tricameratam leguntur arcam gregatim ingressa. Septenaria similiter pignorum Iob prosapia, in principio libri quod prosa contexitur, et deinceps secundum Hebraeos dactylo spondaeoque scandere fertur, et septem lanigerarum pecudum descripta narrantur; rursusque in calce voluminis idem bidentium numerus ad remunerandam inlustris patientiae palmam in duplum restitutus praedicta mysteriorum arcana praefigurasse monstratur. Denique Esaias, nequaquam pars ultima prophetarum, septem matronas sub typo septem ecclesiarum virum unum adprehendisse, Christum videlicet caelestium et terrestrium reconciliatorem, contestatur. Heliae autem scelera populi crudelis lamentanti, et lugubrem interfectionem vaticinantium conquerenti, divinis dictum est oraculis: reliqui mihi septem milia virorum qui non curvaverunt genua ante Bahal; qui dum orbatae Sunamitis sobolem crudelis leti sorte sopitam septies artus artubus, membraque membris copulans, suscitaverat, Redemptorem significat genus humanum septiformi spiritus gratia a somno scelerum et tabe peccati vivificantem.

Sed et Machabaeorum generosa germanitatis pignora, quae sub tyrannica Antiochi monarchia suillum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

scrofarum contempserunt edulium, et propter divinarum legum caerimonias ritusque paternae traditionis spurcas ethnicorum culturas, et profanae gentis idolothyta repudiarunt, non immerito septiformem universalis ecclesiae speciem praefigurasse noscuntur. Quid etiam illa proverbialis aula, cuius architecta et opifex sapientia, Salomone attestante, legitur extitisse, nonne septenis columnarum fulcimentis innixa sustentatur, cum infertur, sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem? Cortinae quoque tabernaculi purpureis ostri et cocci coloribus fucatae, et diversis ansularum nexibus adsutae, nonne quadriplicato septenae supputationis calculo, hoc est ·XXVIII· cubitis, in longum protenduntur? Quod autem septenarius numerus nonnumquam spiritus paracleti gratiam praefiguraverit, interdum vero priscae legis imaginem praetulerit, sacra auctoritate edocemur; ut est illud, da partem his qui septem sunt. Sed et idem tabernaculum Eleazar summi pontificatus infula praeditus septies aspersisse legitur de sanguine buculae rufae iuxta ritum caerimoniarum in holocaustum concrematae, cuius cineris reliquias ad expiationem israhelitici populi proficere superna spoponderunt oracula. Gloriosissimus etiam regum, qui ante quam primae nativitatis cunabula cognosceret, ipso proprii nominis vocabulo piae praesagia pacis non immerito figuraliter gestabat, solemnem delubri festivitatem cum omni frequentia filiorum Israhel ab introitu Emath usque ad torrentem Aegypti, unde memphitica regna sceptrum imperiale gubernant, septem diebus catervatim celebrasse describitur, iuxta quod testamenti veteris brevis epitoma hoc est paralipomenon testatur.

Sed ne priscae legis tantum formula utar, et prae-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

terita saeculorum exemplaria solummodo perscruter et rimer, en rudis instrumenti quod arbitror deuteronomii recapitulatione rite signari, plura in propatulo sita et concordi ratione respondentia suffragatur, quae furvis tenebrarum latebris cessantibus, et nocturnis tenebrarum latibulis fatescentibus, exorto crepusculo clarum et croceum limpidissimi solis iubar totis terrarum finibus infunditur. Nam sacer dominici pectoris accubitor, et quartus caelestis paradisi gurges, ex quo larga laticis vivi flumina perenniter roriflua inundatione manantia decurrunt, Smyrnae, Pergamo, ac Philadelphiae, et ceteris per Asiam ecclesiis septupla sermonum serie scripsisse perhibetur. In eodem nihilominus apocalypseos oramate, septena sigillati voluminis signacula transactae praefigurationis mysterium continentia, perspicacissimis mundi cordis conspectibus, et ab omni feculenta vitiorum sentina sublatis cernere promeruit; quae solus de tribu Iuda leo fortissimus bestiarum ad nullius pavescens occursum, qui iuxta vaticinium patriarchae ad praedam ascendisse, et requiescens accubuisse memoratur, iure caelestium et terrestium inferorumque potestatem supergressus, aperire nativitatis et passionis praerogativa potuit: quare ipse habere dicitur clavem David, ipse aperit et nemo cludit et nemo aperit. Etenim nisi quis obstinata nefandae infidelitatis frena in frusta confregerit, eumque medullata mentis fiducia praedictorum sigilla signorum solvisse crediderit, clausis et caecis pupillarum orbibus, et obtensis palpebrarum obtutibus, velut epilemticus aut scotomaticus contemplabitur arcana legum et opaca prophetarum. Septimo nihilo minus eius volumins sigillo resoluto, post factum supernorum civium caeleste silentium, mediumque horae intervallum, se-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ptem angelos cum septenis salpicibus et sistrorum clangoribus horribili classico per totum mundum concepantibus idem se crevisse (1) contestantur. In eadem etiam revelationis extasi aurea septem candelabra, et totidem sidera in dextera habentis pedes aurichalco Libani simillimos cuiusque ore procedebat romphaea biceps, praedictus Salvatoris vicarius speculabatur.

Illud quoque celeberrimum exodi candelabrum, cuius stipes obrizo ductilis, cum calamis ac scyphis et sphaerulis fabrefactus, tamquam taxus frondosa, aut platanus surculosa, comtis cultibus ornabatur, a praedicto candelabrorum mysterio minime discordare sentio cuius septem lucernarum lychni flammivomis lampadibus coruscantes, e quibus universae ecclesiarum laternae claro lumine inlustrantur, aureis nexibus adstricti copulabantur. Ita vas electionis inlustre, et sapiens architectus, nominisque Christi gerulus, typicus Beniamin mane comedens praedam et vespere dividens spolia, septem ecclesiarum novalia roscidis sacrorum dogmatum imbribus ubertim perfudit. Zacharias itidem, in ordine vaticinantium undecimus, in oramate visionis raptus, in divinae contemplationis culmine sublimatus, famosum inclyti lapidis spectaculum qui septenis oculorum obtutibus in facie ornatus describitur, spiritali et arcano praecordiorum intuitu et puris conspectibus cernere promeruit. Fundamenta quoque gloriosae civitatis Dei, quae psalmista in montibus sanctis structa commemorat, canonicis ·VII· epistolarum rivulis arida et siticulosa nascentis ecclesiae praecordia affluenter satiari, et velut tenebrosa aqua in nubibus aëris, aut stillicidia stillantia, hiulcas fidelium fauces inrorantes rigari. Illi

(1) Sic *crevisti* etiam in carmine bobiensi a me edito. p. 459.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quidem, ut arbitror, divino imbuti magisterio et praeceptorum instructi exemplo, hoc successurae posteritati rite ruminasse et regulariter ructasse referri queunt, quod ab ipso tenerrimae rudisque infantiae nutritore ceteris ruminandum et ructandum gratuita praecurrente gratia accessisse meruere. Nam summus ecclesiasticae dispensationis auctor, et primitivae inlustrisque familiae informator, quem psalmus, ut praesenti competit explanandarum rerum adminiculo, septuagesimus septimus panem caeli et panem angelorum figuraliter vocitans expressit, septem panum fragminibus divina potius benedictione crescentibus, quam lurconum rictu comedentium minuentibus milia virorum, excepta secundi sexus caterva, evangeliorum textu narrante legitur pavisse et adfatim satiasse, sublatisque fragmentorum reliquiis, et collectis bucellarum crustulis in frusta confractis septem corbes vel cistella stupendo cunctis spectaculo replevisse.

Nec non legalis illa et famosa iubeleorum festivitas annorum hebdomadibus decursis celebrata, quando sabbatizante agrorum cultura, et cessantibus fabariorum rastrorumque pulverulentis quassationibus, iam iamque volvente mensis septimi circulo, horrisono ventosis flatibus clangebantur bucinae, futura mysteriorum arcana per allegoriam figuraliter portendisse declaratur. Porro sacrosancta pentecostis solemnitas revoluta et reciproca septem hebdomadarum vicissitudine nonne huiuscemodi supputationis laterculum satis conpetenter adstipulari dinoscitur? quando paracletus ex summa caelorum arce post decem dierum inducias destinatus, iure pignus promissae hereditatis vocatus, apostolorum praecordia supernorum charismatum gratia fecundans defusarum ·LXX· linguarum loquella di-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tavit: quas decies septena bellicosi Hirobahal, id est Gedeonis, progenies a nefando Abimelech tyrannide potius quam legitima regnandi monarchia subnixo, et consaguineae germanitatis iura, et devotae fraternitatis vincula lymphatico ritu rumpente, in vertice scopulorum, horribili et inaudita anterioribus saeculis strage, crudeliter interfecta praefigurasse monstratur. Cui propter dira parricidiorum piacula, et abominanda facinorum flagitia, nequaquam frustra senticosus rhamnorum surculus sub typo spurcissimi et scelesti Antichristi, ab Ioatham sumpto paradigmate adsimulabitur, uti florulenta caricarum ficulnea simulque pampinosae vitis palmites cum glaucimante oliveto spreti sceptra imperii suscipere rennuerunt: quod etiam obumbratae antiquitate legis, subductaque, putida pecudum exta olidasque fibras inlexit.

Et radio rudis testamenti coruscante, Redemptor noster caelesti claviculario, de quo poëta: cliviger, inquit, aethereus portam qui pandit in aethra, sciscitanti quoties delinquentibus noxarum vincula enodanda forent, respondit, non solum usque septies sed septuagies septies, id est quinquagies noveni et quinquies octoni, quae simul in unam redacta summam quadrigentis et nonaginta calculantur. Undecies quoque septenariae generationis propago ab ortu nascentis mundi concatenata fecunditatis serie decurrens, postquam originaliter materiae informis formatas species per revolventem dierum alternationem accepit, usque ad caelestis puerperii veneranda cunabula, huic mysterio concordare cognoscitur: quam antiochensis medicus, incorruptae virginitatis pudicitia praeditus, texere a prole veneranda Dei inchoans, per nepotum et pronepotum progeniem gradatim perduxit, avorum proavorum genimina denumerans, ac per atavos et

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tritavos sursum singillatim ordinem genealogiae recapitulans, decursis ·LXXVII: laterculis generationum protoplastum terminum posuit: quod sacra geneseos auctoritate antiquitus praefigurabatur, historica relatione dicente, septies vendicabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies. Has ultrices poenarum vindictas intelligibilem Lamech, id est totius mundi reatum, punientes, post totidem generationum circulos, obtata et praesignata saeculis Redemptoris nostri nativitas dirae mortis imperium conquassans disrupit confregit extinxit et in tartara trusit.

Quid, inquam, famosus ille nepos patriarchae praecipui remeans ab avunculo de Mesopotamia Syriae cum bis sena pignorum prosapia iam bis decurso bilustri temporis intervallo, qui post angelicae conlustrationis palaestram israheliticae stirpis vocabulum adeptus est? nonne cum quadrigentis catervarum militibus occurrente furibunda fratris vaesania, et totius germanitatis iura propemodum calcitrante, ad mitigandum hirsuti rabulae rancorem, et antiqui livoris rabiem, septies iteratis incurvationum vicibus cernulus inclinabatur? Non enim septenarius supputationum calculus simpla tantum vel septupla decursione, sed etiam decupla recapitulationis serie, mysticam portendere allegoriam catholica patrum decreta sanxerunt: quemadmodum inlustris vir desideriorum ab ipso tirocinio rudimentorum, licet in medio barbarae gentis divinis cultibus mancipatus, et Gabriele arcana rerum occultis clavibus reserante, prophetico afflatus spiritu ·LXX· hebdomadibus usque ad cunas bethlemei ducis populum Israhel gentesque postulatas in virga ferrea recturi, decursis porrectisque declarat; hoc est evolutis ·XCVIII· lustrorum circulis, quod est a vicesimo anno Artaxerxis regni Persarum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

gubernacula tenentis, tunc existente olympiade octogesima quarta, usque in annum ·XV· Tiberii caesaris, quo redemptio gentium praestolata advenisse traditur, solares supputantur anni ·CCCC·LXXV·, id est iuxta lunarem Hebraeorum calculationem, ·CCCCXC· adlectis quadrantibus et embolismorum incrementis, ut Iulius Africanus temporum scriptor digessisse monstratur.

Syrorum quoque princeps, quem lurida leprae spurcitia membratim potius quam particulatim elephantino tabo contexerat, nonne peregrinantis vernaculae incitamento celeberrimum adgressus prophetam septenis vicibus horrentem corporis staturam Iordanis alveo adclinis et cernuus incurvans, regenerantis gratiae formam, et secundae nativitatis praerogativam, quae ex utero sanctae ecclesiae fecundis visceribus per baptismi sacramentum fidelibus confertur, manifestissime declaravit? Igitur septiformem supra memoratae supputationis calculum nonne sextus heptateuchi voluminis textus celeberrimo triumphorum spectaculo, et inexpertis usque ad id tempus rerum successibus declarat? quando genus electum et regale sacerdotium populusque adquisitionis, utpote stirpe patriarcharum progenitus, cum ingenti catervarum phalange celebre municipium, et superis invisum hebdomadae unius curriculo lustratum, sonantibus septem sacerdotum salpicibus, id est septem bucinis, iubeleorum conciso clangore per classica crepitantibus, solo tenus dirutum funditus evertit. Quae rerum figura futurarum, iuxta anagogen, peractis septem saeculorum voluminibus, horrendum ruituri mundi terminum, et ultimam fugacis vitae clausulam portendere manifestatur. Ornamenta quippe universalis ecclesiae iuxta decreta veterum septenis

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sacrorum officiorum gradibus continentur, quae a primo sacramentorum ordine nominatim distincta per exorcistas et acoluthos incrementa virtutum capiunt, et usque ad ipsa summi pontificatus gubernacula ac spiritales sacerdotum infulas pedetemptim pertingunt. Idcirco praxapostolon, hoc est actus apostolorum totidem viros diaconatus officio functos, et primitivae dispensatores ecclesiae probat: de quibus Arator poëtica facundia fretus refert:

Iura ministerii sacris altaribus apti
In septem statuere viris.

Sed proh dolor! statim in primo limine religionis contra orthodoxam fidei regulam caninis latratum rictibus ab eodem coetu nefandi Nicolaitae nascuntur, quorum secta quam perniciosis errorum radicibus pullulaverit, et quam venenatis haereticae pravitatis frondibus succreverit, apocalypsis angelica relatione propalans patefecit; quod quinto haereticorum capitulo manifestius liquet. Sed ad propositum revertar.

Nam duplex et anceps nilotici regnatoris somnium futurorum praesagia portendens, quo septenas spicarum glumulas fertilis culmi summitate maturescentes cum totidem buculis corpulenta crassitudine saginatis amoena riparum virecta carpentibus contemplabatur, praedictis numerorum speciebus minime refragari deprehenditur. Altera quoque testamenti tabula septem praeceptorum tenore scribta legebatur: et orationis dominicae intercessio suffragatrix, et purulentis animarum ulceribus medicina refocilatrix, septem sententiarum serie contexitur; siquidem diurna et nocturna horarum intervalla quibus indesinenter quasi quoddam rei publicae vectigal et fiscale tributum orationum officia persolvimus, septena synaxeos intercapidine re-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

voluta rotantur. Unde reor psalmigraphum vatem cecinisse, septies in die laudem dixi tibi. Et alibi eiusdem psalmistae sacrosancta sermonum oracula praefatae supputationi non desonam pertulere sententiam, dum eloquia Domini eloquia casta meracissimo liquidi argenti metallo, quod per torridi ignis conflatorium, remota squalenti scoriarum rubigine, septuplo expiari perhibetur, simillima conlatione cooptasse noscuntur.

Saeculares quoque et forasticae philosophorum disciplinae totidem supputationum partibus calculari cernuntur, arithmetica scilicet, geometrica, musica, astronomia, astrologia, mechanica, medicina. Sed et anniversaria temporum vicissitudo quam psalmista coronam anni benignitatis introducit divinae benedictionis ubertate locupletatam, nonne binis et quinquies denis hebdomadarum voluminibus et reciproco circulorum vertigine ingiter rotatur? Nec ipsa superna caelestisque creatura huiuscemodi supputationis laterculo carere cognoscitur, dum corporea visibilis mundi factura septenis caelorum orbibus, pernici volventis sphaerae impetu, per praeceps vergentibus, licet planetarum retrogradis cursibus tricentur, circumvallata cingitur. Porro lunaris globi rotunditas, quae bis sexies menstruis momentorum suppletionibus per ter quinas dierum revolutiones usque ad perfectum plenilunii circulum crescit, totidem dierum alternationes, marcente pulcherrimi vultus forma decrescit, septenis figurarum speciebus variatur, hoc est bicornea et sectili ac reliquis; quae septiformem ecclesiae speciem designare patrum statuta sanxerunt.

Nec praetereunda reor pliadis et arcturi sidera, de quibus divina oracula per turbinem horrenda valitudine op-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

pressum conpellabant ita : numquid coniungere valebis micantes stellas pliadis, aut gyrum arcturi poteris dissipare? Nam arcturus riphaeis perlatus montibus, qui boreo aquilonaris poli cardine volvitur, qua scythica regna horrendam incolunt barbariem, septiformis temonis et plaustri sidere signatur : et quia numquam occasurus semper brumali circio copulatus propter vicinitatem axis, non inmerito rigidam priscae legis austeritatem allegoricis aenigmatibus praefigurat. Quid referam atlantidas patronymico dictas vocabulo, quas Graecorum traditio a pluralitate pliades, vel latina a verno tempore vergilias, seu a merulento palmitum racemo botrum nuncupaverat? quae dum obliquis linearum anfractibus a climate orientali emergentes, qua croceum solis iubar exortum terris infunditur, metam circuli peragunt, pulchre universalis ecclesiae septenariam charismatum distributionem totidem siderum claritate praefigurant. Astrorum quoque situs, quae lingua Argivorum hyadae dicuntur, de quibus mantuanus vates legitur cecinisse - arcturum pluviasque hyadas geminosque triones -, et quas romulea latinitatis antiquitas suculas vocitavit, septiformis esse monstratur, ante frontem aethralis tauri locatus, qui zodiaco circulo inter ·XII· signa continetur. Unde mathematici fatum fortunam vel genesim aut suprema Parcarum fila (de quibus Maro in bucolicis - talia, inquit, saecla suis dixerunt currite fusis — concordes stabili fatorum numine Parcae -) se divinare et praenoscere posse, ridiculosa stoliditate arbitrabantur.

Nec non et planetarum dispar volubilitas, quae praecipitem caeli vertiginem, ut praefati sumus, diverso lineari tramite moderantur, septenis stellarum curriculis, licet inaequali annorum corona, rotatur. Sed et furva no-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

cturnae caecitatis latibula, de quibus cautum est - posuit tenebras latibulum suum -, quae tetro telluris umbraculo generata perhibentur, septem partibus singillatim sequestratis dirimuntur, hoc est conticinio, intempesto, crepusculo etc. Fidiculam quoque concordi modulationis harmonia resonantem septem constare fidibus rithmica musicorum regula declarat, ut Vergilius septem inquit discrimina vocum. Septem simili modo spiritalis bibliothecae formulas, et divinae legis regulas, catholica praecessorum monimenta luce clariora demonstrant. Sed mihi, ut poëta refert — ante diem clauso conponet vesper olympo —. Et alibi — ante leves ergo pascentur in aethere cervi — et freta destituent nudos in litore pisces — ante peraratis finibus exul — aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrin — quam totos possim legum decerpere flores — qui numeris septem monstrent exempla sacratis. —

Sed forte quilibet scrupulosus clanculo cordis cogitatu epistularem perscrutans rusticitatem perquirat et percontetur, cur septenariae supputationis calculus, quem per utrumque testamentorum canonem explanandarum rerum necessitate coactus congesseram, iterum atque iterum septuplo et septuplo perplexa revolutione replicetur. Huiuscemodi sollicitudine permotus recolat et reminiscatur, in primordio epistulae quam tantopere exempli gratia protelaveram, inde meam mediocritatem radicem futurae locutionis, oblato huius supputationis argumento, sumpsisse: unde postmodum fragilis et gracilis ingenii frutices, et nutabunda verborum vimina patulis defusa ramusculis succreverunt. Cum igitur tot tantisque sacramentorum vinculis, tamque sacratis numerorum nexibus, per septiformem spiritus gratiam caritas constringatur, de qua egregius

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

praedicator qui tertii caeli secreta rimabatur, Romanis concatenato schemate scribens, cui Graecorum grammatici κλίμαξ vocabulum indiderunt, ita exorsus est: patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit; quia caritas Dei defusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis; operae pretium videtur ut spiritalis et in circumscripta necessitudo carnali et corruptibili parentellae praeferatur: quandoquidem evangelica narrant instrumenta, quod incarnatum Dei verbum, de quo scriptum est, eructavit cor meum verbum bonum; et quod ex utero ante luciferum psalmista idem cecinit progenitum, humanae cognationis propinquitatem, et incontaminatae genetricis affectum, contra ius ritumque naturae quodam modo desimulasse. Et quamvis catholici patres spiritalem sermonum medullam enucleantes, latentemque in litteris sensum perscrutantes, allegorice ad synagogae typum retulerint, nullatenus tamen sacrosanctae matris personam fuisse historica relatione infitiari noscuntur.

Haec idcirco tantis verborum ambagibus deprompsimus, ut pristini fraternitatis affectus, quos praeteritorum evolutis annorum circulis conciliasse et copulasse denoscimus, recenti quodammodo memoria recuperentur et recalescant, ne rotante prolixi temporis diuturnitate torpescant, aut longa locorum intercapidine refrigescant. Vere enim indisruptae caritatis vinculum nec annorum numerositate marcescit, nec spatioso terrarum intervallo tabescit; quin potius perfectae caritatis praecordia interdum plus absentia pulsat, quam praesentia pascat; sicut famosus spiritalis palaestrae agonitheta, qua certantes caelestis palmae bravium percepturi sunt, affabiliter dicebat: etsi cor-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

pore absens sum, sed spiritu praesens. Non ergo abolenda et parvi pendenda est haec dextris firmata adfinitas, dum praedictus praedicator sibi et Barnabae inconcussas ecclesiarum columnas, hoc est Petrum et Iacobum et Iohannem, dextras dedisse tripudiando referat. Heia, praestantissime et amantissime fili mi, priscae paternitatis memor inextricabilis verae dilectionis ligatura tanto strictius et enixius per succiduas saeculorum aetates indisruptis restibus reliquum nodetur in aevum, quanto constat quod isdem concatenatae dilectionis viscus sacro et septiformi mysteriorum numero glutinosius lentescit.

Igitur hac praefatiuncula venerandam celsitudinem vestram affabiliter alloquens, aliquantula metrorum munuscula domesticae familiaritatis fiducia fretus subiunxi, praesertim veterum auctoritate provocatus de diversis rerum qualitatibus, modo caelestium modo terrestrium materiam nanctus, nunc grandem nunc gracilem creaturarum naturam considerans, strictimque summatimque defloravi. Nam Symposius poëta versificus metricae artis peritia ludibundis apicibus legitur cecinisse, et singulas quasque propositionum formulas tribus versiculis terminasse. Sed et Aristoteles philosophorum acerrimus perplexa nihilominus aenigmata prosae locutionis facundia fultus argumentatur. Quamobrem nostrae exercitationis sollicitudo horum exemplis instincta, et commentis adinventionum stimulata decies denas, id est centenas quinas aenigmatum propositiones conponere nitebatur, et velut in quodam gymnasio prima ingenioli rudimenta exercitari cupiens, ut venire possit deinceps ad praestantiorem operis materiam; si tamen prius haec mediocria

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

metricae definitionis regulis minime caruerint, triptitamque syllabarum differentiam iuxta perpendiculum scandendi rite servaverint. Denique praedicta aenigmatum capitula primitus quaternis versiculorum lineis degesta; sequentia vero iuxta quod se occasio conponendarum rerum exhibuit, quinis aut senis vel etiam septenis metrorum versibus et eo amplius carminantur: quibus indesinenter secundum poëticae traditionis disciplinam cola vel commata seu pentimimerin et heptimimerin adnectere progressis binis aut ternis pedibus procuravi. Alioquin dactylici hexametri regulae legitima aequitatis lance carentes lubricis syllabarum gressibus vacillarent.

Porro quod eadem muta insensibilium rerum natura, de qua aenigma clanculum et latens propositio conponitur, quasi loqui et sermocinari fingitur, hoc et in sacris litterarum apicibus insertum legitur, quia nonnumquam rationabilis creatura inrationabilium gestu et personis utitur; et e diverso inrationabilis sensusque vivacitate carens, intellectualium gestu et voce fungitur: quemadmodum in libro iudicum diversa lignorum genera articulata hominis voce loquentia monarchum quaesisse referuntur: ierunt, inquit, ligna unguere super se regem: ubi et singillatim, sicut supra iam diximus, ficus et vitis simulque oliva, et extremum rhamnus igne proprio flammisque voracibus Libani cedros consumturus, iuxta ritum humanae locutionis profari perhibentur. Huius etiam tropi figuram in quarto regum volumine Ioas israheliticae plebis gubernaculo potitus ad Amasiam regalibus imperii sceptris fulgentem, cum furibundo cavillationis ludibrio et probroso gannaturae subsannantis elogio crudeliter conponens; carduus, inquit, Libani misit ad cedrum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quae est in Libano dicens, da filiam tuam filio meo uxorem, et reliqua. Et psalmista, omnia ligna silvarum exultasse, et flumina manuum plausibus lusisse, camposque gratulabundos extitisse, ab inanimale ad animale metaphorice retulit. Et illud poëticum: mater me genuit, et eadem mox gignitur ex me. Et quid de mutis aut brutis ratiocinationis argumenta requiruntur? cum etiam sapientissimus cunctorum retro regum et deinceps nasciturorum in ecclesiaste frequenter stultissimorum personis utatur dicens: quid habet homo iumento amplius, aut sapiens stulto? et cetera similia.

Haec idcirco diximus ne quis forte novo nos et inusitato dicendi argumento priorum vestigiis trito praedicta aenigmata cecinisse arbitretur. Et ut evidentius harum rerum ratio claresceret legitimos septies quaternos metrorum pedes, quibus universa, non solum principalia octo genera, progrediuntur, verum etiam species quae ex eadem stirpe pululantes centuplis metrorum frondibus contexuntur, subdidimus; et singulis quibusque pedibus tantam exemplorum copiam accumulantes ex diversis orationum partibus congessimus, quantam ad praesentis opusculi normam pro evidentioris indicii gratia sufficere credidimus: et quod professores celeberrimi uniformi nominis exemplo propalasse noscuntur, nos eorumdem vestigia enixius indagantes, uberiorem exemplorum formulam enucleabimus. Neque enim in tam densa totius latinitatis silva et nemorosis syllabarum saltibus, ubi de singulis verborum radicibus multiplices regularum ramusculos pululasse antiqua veterum traditio declarat, rudibus facile negotium deprehenditur, et praesertim metricae artis disciplina carentibus, et qualiter vel quo pacto longae et breves syllabae, vel etiam communes utrubi

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

competentes, quas Graeci dichronas dicunt, sagaciter discriminentur. Ex hac enim triplici syllabarum definitione potius quam de fonte aut monte musarum, de quibus Persius Flaccus " nec fonte, inquit, labra „ prolui caballino, nec in bicipite somniasse Parnas- „ so memini me „ omnis metrorum ratio monstratur, et qui versus monoschemi, qui pentischemi, vel qui decaschemi, cum. XXIIII. temporibus, excepto si trochaeo terminentur, rite dicantur.

Hac tripertita discretionis normula omnis heroici hexametri versificatio vel caesurarum scansio principaliter constat, licet synalipharum velut quaedam conglutinatio explosa conlisionis additamenta crebro apud poëtas lyricos et satyricos necessitate metri interponantur, quae maxime ex vocalibus litteris vel syllabis .m. semivocali terminatis gignuntur. Has utrasque Iunius Iuvenalis quinto satyrarum libro unius versus tenore simul elisit dicens - omenta ut video nullum discrimen habendum est. - Scanditur, omen spondaeus, tautvide dactylus, o nul spondaeus, lum dis spondaeus, crimenha dactylus, bendumest spondaeus. Rursum idem satyricus (1) libro .IIII. — bellorum exubiae truncis adfixa tropaeis. — Scanditur ita, bello rumexubi per synalipham, aetrun cisad, fixatro, paeis. Sic Annaeus Lucanus cordubensis poëta uno versu libri octavi bis elisit dicens — quare agite eoum comites properemus in orbem. — Rursus idem libro decimo ait — hinc tergo insultant pedites, via nulla saluti. - Et alibi - extremoque epulas mensasque petemus ab orbe. — Unde Paulus quaestor elisit .m. litteram ita — tartaream in sedem sequitur nova nupta maritum. — Sic etiam Prosper

(1) Cod. *lyricus*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

poëta et rhetor in libro quem epigrammata praetitulaverat, eandem litteram bis elisisse cognoscitur dicens — non coeptum aut auctum, non hic mutabile quicquam est. — Item infra — caelestem ad patriam tendens cognosce vocantem. — Haec eadem synalipha versibus Sibyllae poëtridis continetur, quae ait — tunc ille aeterni species pulcherrima regni. — Phocas quoque grammaticus primo versu synalipham exprodit dicens — ars mea multorum es quos saecula prisca tulerunt. — Isidorus vero vocales elisit ita — argutusque inter latices et musica flabra. — Et Vergilius libro ·XI· — oceanum interea surgens aurora reliquit. — Idem libro ·VII· aeneidos in uno versu geminas synaliphas vel ellipsin conprehendit ita — nunc repeto, Anchises fatorum arcana reliquit. - Scanditur enim hoc modo nuncrepe, tanchi, sesfa, torar, canare, liquit.

Sed hos duos metaplasmos saepe ambiguitas scandendi conturbat, quos talis discretionis differentia dirimit: si prior vocalis explodatur, erit synalipha; si posterior fuerit explosa, erit ellipsis, sicut novissimo versu libri regum cautum legitur — purpureis maior Persarum in sede tyrannis. — Vergilius item libro, quem paedagogus praetitulavit, cuius principium est — carmina si fuerint te iudice digna favore — reddetur titulus purpureusque nitor. — Si minus, aestivas poteris convolvere sardas — aut piper aut calvas hinc operire nuces. — Syllabam elisit dicens — durum iter et vitae magnus labor. — Et Arator subdiaconus primo versu terminalem genetivi syllabam displodit dicens — moenibus undosis bellorum incendia cernens· — Et infra elegiaco versu subiunxit — inque humeris ferimur te relevante piis.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

— Et Andreas orator - filius, inquit, ipse hominis, qui Deus est hominis. — Propterea namque has duas metaplasmorum species ex numero ·XXIIII· indagare et explanare nisus sum, quia per omne corpus poëticorum librorum satis frequenter repperiuntur insertae; et nisi sagaci subtilitate praecognitae fuerint, diversa impedimentorum obstacula et errorum offendicula scandentibus, velut iter carpentibus, generare solent. Idcirco diversos versus metrorum ad synaliphae metaplasmum congruentes catervatim congessimus, quatenus his perspectis, nullum deinceps explosae conlisionis chaos, et latebrosum confractae synaliphae barathrum lucem scandentis confundat, aciemque legentis obtundat.

Igitur tripertita heroici hexametri perpendicula ut certius cognosci queant, strictimque summatimque expedire conabor, sicut prisca veterum auctoritas tradidisse monstratur. Videor itaque mihi hoc planius et apertius posse patefacere, si per interrogationem et responsionem pauxillulum reciprocis vicibus stilus varietur, quemadmodum beatus Augustinus per multa librorum corpora, hoc est soliloquiorum, et de libero arbitrio, et eo quem de magistro praetitulavit, et sex libris de musica fecisse conprobatur; vel Isidorus duobus voluminibus quae synonyma vel polyonyma praetitulantur: quod genus dictandi ab undecima appellativorum nominum specie translatum reor. Hoc itidem Iunilius instituta regalia *, quae a Paulo persa Syrorum scholis naviter instructa didicerat, Primasio sedis apostolicae pontifici scribens; ne aliqua, inquit, confusio per antiquariorum ut adsolet neglegentiam proveniret, magistro ·M·, graecam litteram discipulis Δ praeposui, ut peregrinis characteribus, et

* 2. m. regum.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quibus latina scriptura non utitur, error omnis penitus auferatur. Melius quippe et sagacius hoc argumento, velut quibusdam cotibus, animorum ingenia acuuntur. Idcirco praetermissis reliquorum metrorum generibus, quae centenis varietatum speciebus dirimuntur, praestantissimas dactylici hexametri regulas, quod ceterorum omnium arcem et infulas possidet, praedictis litterarum characteribus vicatim et alternatim positis pandamus.

Δ. Quot sunt genera versuum in dactylico metro? M. Quinque. Δ. Quod est dactylicum metrum? M. Quod constat dactylo et spondaeo. Δ. Nonne plerumque ultimus pes trochaeo terminatur? M. Quia nonnulli metricae artis peritia praediti hunc pedem de versu excludendum censuerunt, quia omnis syllaba in ultimo versu adiaphoros est, id est indifferenter accipitur, nec interest utrum corripiatur an producatur; unde a quibusdam vitiosus versus putatur qui trochaeum admittit; nam ratio exigit ut in pleno versu ·XXIIII· tempora sint. Admisso itaque trochaeo, minuitur temporum numerus, et erunt tempora ·XXIII·, qui est versus colophos. Δ. Superius dixisti quinque genera versuum esse in dactylico hexametro. Quae sint, nominatim dicito. M. Hexameter, pentameter, tetrameter, trimeter, dimeter. Δ. Hexameter rectius dicitur, an hexametrus? M. Utrumque, ut Evander Evandrus; quorum unum venit ex graeca enuntiatione, alter ex latina. Δ. Hexameter ergo sive hexametrus quot pedibus caeditur? M. Sex, dactylo et spondaeo circum se positis, aut alterna interpositione variatis. Δ. Hexametri versus genera quot sunt? M. Tria. Δ. Quae? M. Hexameter dactylicus, hexameter heroicus, hexa-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

meter iambicus, qui et senarius, qui constat ex simplicibus sex, idemque ex duplicibus trimeter. Δ. Quid ergo si versus hexameter sex spondaeis constiterit, poterit dici dactylicus? M. Vocatur quidem spondiazon, sed metrum dactlyicum, nam eiusmodi conpositio nonnisi in dactylicum metrum cadit.

Δ. Qui sunt versus hexametri dactylici? M. Qui tantum sex pedibus dactylicis constant, praeter bella et facta heroum quodlibet aliud continentes, ut puta sunt bucolica et georgica ceteraque huiusmodi. Δ. Qui sunt hexametri heroici? M. Qui bella et heroum res gestas conplectuntur, et veluti est ilias Homeri vel aeneis Vergilii, vel Lucani proelia Caesaris et Pompei decantantis. Δ. Quis est pes quintus? M. Dactylus. Δ. Quare quintus dactylo conpetit? M. Quia semper in versu, exceptis aliis locis quibus varie ponitur, quintam regionem proprie obtinet, minusque lenis est versus qui quinto loco spondaeum habuerit, et vocatur spondiazon, ut ille — aut leves ocreas lento ducunt argento. — Et ideo nec in fine dactylus debet poni, sicut nec spondaeus in quinto loco: ideoque spondaeus a quibusdam imus pes cognominatur, quod regionem sextam sibi vindicet. Δ. Qui modus est syllabarum in versu hexametro dactylico, sive hexametro heroico? M. Omnis versus hexameter dactylicus sive heroicus a duodecim syllabis crescit usque ad decem et septem. Nam qui imus est, habet syllabas non minus quam duodecim. Δ. Quid ergo? Nonne plerumque invenimus versum ·XVIII· aut ·XVIIII· seu ·XX· syllabarum? ut sunt hii: — sed revocare gradum superasque evadere ad auras. — Item — laurus erat tecti in medio in penetralibus altis. — Item — aut onera accipiunt venientum et agmine facto. — Item — cara mihi ante

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

alias — usque Dianae. M. Sunt quidem plerique syllabarum ·XVIII·, at vero ·XVIIII· raro, et ·XX· aut vix aut nequaquam repperiri queunt. Verum sciendum est, in metrica ratione numquam conputari eas syllabas quas superius diximus synaliphae metaplasmum intercipere; quo fit ut omnes illi versus, qui supradictum syllabarum numerum videntur excedere, detractis synaliphis, ad ·XVII· aut ·XVI· aut etiam ad ·XV· redigantur; veluti sunt illi quos supra exempli gratia posueras. Unde sciendum est nullum versum dactylicum hexametrum inveniri posse, qui numerum syllabarum ·XVII· videatur excedere· Itaque omnis versus dactylicus hexameter infra hunc numerum usque ad ·XII· syllabas terminatur.

Δ. Precor hoc lucidius exponi et clarius enodari. M. Versus dactylicus hexameter si solis spondaeis constiterit, erit ·XII· syllabarum; si unum dactylum habuerit, erit ·XIII; si duos, ·XIIII; si tres, ·XV; si quattuor, ·XVI; si quinque, ·XVII. Ita quoties dactylus accesserit, toties una syllaba crescit. Δ. Hexameter versus dactylicus per quot variari decernitur? M. Quantum metrica ratio declarat, ·XXXII· schemata habet. Δ. Has schematum species per ordinem apertius explana. M. In versu ·XII· syllabarum una species est. Hic est quem superius diximus monoschemum nuncupari: is quippe sine ulla varietate omnes in se spondaeos habet, qui ob hoc spondiazon vocatur, ut est — hii producuntur legati minturnenses. — Quod genus versificationis adeo durum et horrens est, ut Albinus in libro quem de metris scribsit vetet spondaeo totum concludere versum. Sed adiuncto dactylo quinta regione aptius comitur. Δ. In versu ·XII· syllabarum quot schemata sunt? M· Quinque sine du-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

bitationis scrupulo. Δ. Quomodo quave ratione? M. Ibi quippe unus dactylus inter spondaeos admissus omnibus quinque locis libere decurrit. Δ. Ad indagandos bis sedecim dactylicos metrorum anfractus meditantium mentes facilius flectuntur prolatis exemplorum formulis stolidae obstrusum ignorantiae latibulum inlustrantibus, quam nuda garrulorum loquacitate verborum. M. Versus ·XIII· syllabarum hexameter singulari dactylo cum quaterno spondaeo constans, quinas ut diximus sibi usurpat species. Ponitur loco primo dactylus ita — in cruce confixus mundum Christus salvavit. — Loco secundo ita — Christus filius aeterni salvavit mundum. Loco tertio ita. — Christus per lignum crucis aufert mundi noxam. — Loco quarto ita — scandens in ligno Christus dedit arrham vitae. — Loco quinto ita — suspensus mundi Christus peccamina demsit. —

Δ. Versus ·XIII· syllabarum quot schemata habet? M. Certissima definitione decem schematibus constat. Δ. Da per ordinem earumdem specierum rationem. M. Aut enim primo et secundo loco dactylus ponitur, aut primo et tertio, aut primo et quarto, aut primo et quinto, aut secundo et tertio, aut secundo et quarto, aut quarto et quinto. Hoc modo decupla schematum species alternatim inserta supputatur. Δ. Da exemplis horum probationem. M. Iuvencus hispanus primo prologi versu huius rei notitiam pandit — inmortale nihil mundi conpage tenetur. — Scanditur ita inmor, taleni, hilmun, dicon, pagete, netur. Et infra — accumulant quorum famam laudesque poëtae. — Sedulius tandem in praefatione metrica, quae hexametro et pentametro catalectico decurrit, primum versum decaschemum texuit — paschales quicumque dapes conviva requi-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ris. — Iuvenalis satyrarum libro ·V· — magna quidem sacris quae dat praecepta libellis. — Scanditur enim, magnaqui, demsa, crisquae, datprae, ceptali, bellis. Et infra — quae tam festa dies ut cesset prodere furem? — Lucanus libro decimo — felix praedo iacet terrarum vindice fato. Δ· Versibus istis quos exempli gratia protulisse visus es, nequaquam omnes decem schematum regulae dactyli patuerunt, sed tantum tres formulae, id est loco primo et quinto, item loco secundo et quinto, item loco tertio et quinto. Residua vero septem schemata necdum prolata delitiscunt. Quamobrem operae pretium reor, ut id quod passiva definitionis generalitate non ad integrum promulgaveras, nunc per ordinem eorumdem schematum recapitulando nequaquam semiplena specialitate texamus * inenucleare studeas.

* Ita cod.

M· Versus heroicus hexameter ·XIIII· syllabarum primo loco et secundo dactylum recipit ita — arbiter omnipotens mundi dempsit peccata.— Loco primo et tertio dactylus ita - abstulit in ligno Deus omnem mundi labem. - Loco primo et quarto ita — lurida quassavit Deus orci sceptra. — Loco primo et quinto ita — triverat in ligno pendens mundi mala Christus. — Loco secundo et tertio dactylus — Christus de cruce tetra tulit mundi peccata. — Loco secundo et quarto dactylus — Christus de cruce contrivit mala mundi cuncta. — Loco secundo et quinto dactylus — Christus de cruce salvavit saecla triumphans· — Loco tertio et quarto dactylus — Christus purgavit generis maculas humani· — Loco tertio et quinto dactylus — sacra salvavit genus humanum cruce Christus. — Loco quarto et quinto dactylus — Christus nos servet iam crimina cuncta relaxans· — Δ. Versus ·XV· syllabarum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quot schemata conplectitur ? M. Iuxta quod veteres auctores patefecerant, ·X· schematibus, ut ille prior conponitur. Nam sicut in illo ·XIIII· syllabarum dactylus decies variatur, ita in hoc spondaeus toties invertitur. Δ. Harum rerum exempla versibus ad hanc speciem pertinentibus doceri desidero. M. Lucanus libro VIII. explanat dicens — ardua quippe fides robustos exigit annos. - Idemque libro ·V· - fertur ad aequoreas ac se proiecit in undas. — Scanditur ita ferturad, aequore, asac, sepro, iecitin, undas. Vergilius in georgicis — ascraeumque cano romana per oppida carmen. — Et Paulus quaestor ait — arbiter aurarum qui fluctibus imperat atris. — Ergo huiuscemodi versus dechaschemi dicuntur.

Δ. Huiuscemodi responsionis argumento mihi minime satisfactum arbitror, nisi ea quae particulatim versibus excerpta sunt, universaliter adstipulatione decupla accumulentur. M. Versus hexameter ·XV· syllabarum tribus dactylis constans dena, ut diximus, continet schemata hoc modo. Loco primo secundo et tertio dactylus - iam veneranda Dei soboles mundum salvavit. — Loco primo secundo et quarto dactylus — iam memoranda Dei proles cruce salvat saecla. — Loco primo secundo et quinto dactylus — en veneranda Dei proles salvat cruce mundum. — Loco primo tertio et quarto dactylus — in cruce suspensus sine crimine salvat mundum. — Loco primo tertio et quinto dactylus — omnibus in ligno tribuit sperare salutem. — Loco primo quarto et quinto dactylus — in cruce confixus iam saecula prisca novavit. — Loco secundo tertio et quarto dactylus — mundum iam veneranda Dei soboles salvavit. — Loco secundo tertio et quinto dactylus — Christo concelebretur honor qui saecla beavit.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

— Loco secundo quarto et quinto dactylus — Christo concelebret praeconia debita mundus. — Loco tertio quarto et quinto dactylus — emptus Christo concelebras, cane carmina mundus. —

Δ. In versu sedecim syllabarum quot schemata continentur? M. Totidem species habet quot in tredecim iam patefecimus, id est quinque. Δ. Da horum schematum argumenta ex libris auctorum prolata. M. Lucanus libro ·III·. - fractarum subito ratium periere ruina. - Scanditur enim fracta, rumsubi, torati, umperi, ererü, ina. — Et notandum quod hi versus et ceteri similes apud metricos laudabiles habentur, ubi numquam in scansione integra pars orationis direpta repperitur, sicut in aliis schematum ordinibus crebro invenitur. Paulus quaestor in gratiarum actione ait - oceanum rapidis linquens repetensque quadrigis. — Vergilius in bucolicis — pergite Pierides. Chromis et Mnasyllus in antro. — Persius Flaccus binis versibus iunctis ait — nonne quidem hoc studeo populatis ut mihi nugis — pagina turgescat dare pondus idonea fumo? Itaque sicut in versu ·XIII· syllabarum dactylus quinque locis invenitur, ita in hoc sedecim syllabarum spondaeus isdem locis alternare cognoscitur, et dicuntur pentaschemi propter praedicta quinque schemata. Δ. Earumdem schematum species, quae ordine praeposterо poëticis versibus prolata erunt, per ordinem legitime quinquies quadrare absurdum non opinor. M. Heroicus versus ·XVI· syllabarum, ·IIII· dactylis constans, ·V· species continet ita. Loco ·I· ·II· ·III· et ·IIII· dactylus — iam veneranda Dei soboles cruce salvat mundum. — Loco ·I· ·II· ·III· et ·V· dactylus — iam veneranda patris soboles salvat cruce mundum. — Loco ·I· ·II· ·IIII· et ·V· dactylus — en veneranda Dei proles cruce

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

saecla coruscat. — Loco ·I· ·III· ·IIII· et ·V· dactylus — iam pietas inmensa Dei cruce cuncta beavit. — Loco ·II· ·III· ·IIII· et ·V· dactylus — mundum iam veneranda Dei soboles cruce salvat. — Δ. Quid igitur in versu syllabarum decem et septem, quot schemata autumas calculanda? M. Similiter in eo ut in ·XII· syllabis unum schema contineri adstipulor. Δ. Quomodo vel quo pacto fieri potest, ut minimus versus et maximus concordi schematum lege decurrant, cum tantopere syllabarum numero discrepent? M. Quia ibi spondaeus ·V· constat locis, hic vero dactylus totidem locis inseritur, excepto ultimo pede, quem necesse est dissyllabum esse, ne syllabarum amplior numerus crescat.

Δ. Dogmatistae sententiis et doctoris sermonibus credula praecordia pando; sed tamen id certius ex priscis veterum poëmatibus experiri cupio. M. Chronica Eusebii Vergilium, inminente metu mortis, cecinisse tradunt, et epigramma, quod epitaphium vocatur, ad suprema exequiarum funera conposuisse dicendo — Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc. — Scanditur ita Mantua, megenu, itcala, brirapu, erete, netnunc. Quem Lucanus aemulans his verbis imitabatur dicens — Corduba me genuit, rapuit Nero, proelia dixi. — Idem libro sexto — undique praecipiti scopulis removentibus aequor. At vero praedictus vates mantuanus alibi refert — at tuba terribilem sonitum procul aere canora. — Sedulius et de monoschemo versu inter cetera sic ait — laudat, et egregiae tribuit sua vota rapinae. — Eodem modo Prosper in epigrammatibus cecinit dicens — recta volens animus sapiens et amator honesti. — Δ. Quid ergo? numquamne dactylus in fine ponitur? M. Potest qui-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

dem, ut vult Vergilius, sed non in eo qui ceteros omnes dactylos habet, veluti in georgicis — aut spumas miscent argenti vivaque sulphura. — Quem quidam invertentes sic legunt — et sulphura viva. — Rursus idem libro ·VI· aeneidos — bis patriae cecidere manus, quin protinus omnia. — Quem quidam per synalipham excludunt, nec intellegentes synalipham tunc esse cum vocales inter se confligunt; seu solae, ut Vergilius libro ·IIII· — quam tu urbem, soror, hanc cernes! quae surgere regna! — Et Lucanus libro ·V· — saeva quies pelagi maestoque ignava profundo. — Seu interposita consonante — longius et volvens fatorum arcana movebo. — Quod nequaquam in praedicto loco adseri potest; quippe absolutus pes est " omnia „ ut in bucolicis — omnia fert aetas - et - omnia vincit amor. — Posset itaque versus etiam ex dactylis sex constare, si moderno tempore metrici non refutarent. Veluti versus ille est — interea tenero mihi bucula pascere gramine. — Et alibi — at tuba terribilem sonitum procul excitat horrida. —

Δ. Quomodo his versibus qui dactylo terminantur metrici vocabulum indiderunt? M. Apud metricos quidem huiuscemodi versus acatalectici nuncupantur, ut — sidera pallida defugiunt face territa luminis. — Ita et superiores duo. Δ. Quis est versus heroicus catalecticus? M. Praebet Vergilius exemplum dicens — et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae. — Idem libro ·XI· — fecerat, et tenui telas discreverat auro. — Et libro iudicum - septuaginta primus truncarat corpora regum. — Et Lucanus libro ·III· — primus caesareis pelagi decus addidit armis. — Δ. Quis est versus hypercatalecticus hexameter? M. Ubi certo numero sex pedum una syllaba subnectitur. Δ. Profer versum hoc

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

modo conpositum. M. — Alma venus Paphon ingreditur, rosa luceat ex adytis. — Et alibi — rumpere claustra manu, socios gelidis dare scopulis. Similiter et in pentametro dactylico hypercatalecticus versus admittitur, ut — o Deus omnipotens largire viam precibus. — Et alibi — pulchra puella comas ambit sibi palmitibus.

Δ. Quot sunt species in caesura hexametri versus? M. Quattuor. Δ. Pande nominatim earumdem vocabula caesurarum. M. Districtus, divisus, mixtus, priapeius. Δ. Quis est versus districtus? M. Qui in scansione pedum numquam orationem accommodat integram. Δ. Melius exemplis quam nuda verbositate informor. M. Praebet Arator exemplum — mortalisque sibi studium proponat origo. — Scanditur ita morta, lisquesi, bistudi, umpro, ponato, rigo. Ecce nulla oratio integra in quolibet pede reperta est. Idem alibi — largiri salvantis opem numerusque dierum. — Item Prosper in epigrammatibus -- fallaces semper curis torquentur amaris. -- Vergilius -- infandum regina iubes renovare dolorem. -- Symposius poëta districtum versum protulit dicens -- dulcis odor nemoris, flamma fumoque fatigor. -- Δ. Quis est divisus versus? M. Qui in scandendo partes orationis separatas habet, id est ut quot pedes habet, tot et orationes, ut puta. -- Dic mihi Clio quisnam primus fingere versus. -- Sed huiusmodi versum penthemimere vel hepthemimere carentem modernus usus in hexametro dactylico non libenter admittit. Δ. Quis est versus mixtus? M. Qui utrumque in se habet, id est partem districti et partem divisi. Δ. Facilius ratione flector, si exemplo probaveris. M. Vergilius libro. ·IIII· -- at regina gravi iamdudum saucia cura. -- Et in-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

fra -- vulnus alit venis et caeco carpitur igne. -- Et Sibylla prophetissa ait -- denumerat tacitis tot crimina conscius ultor. -- Et alibi poëta dicit -- Petrus apostolicae qui culmina praesidet arcis. -- Scanditur ita Petrusa, postoli, caequi (ecce pars districti) culmina, praesidet, arcis (ecce pars divisi.)

Δ. Quis est versus caesurae priapeiae? M. Qui in priapeio metro deprehenditur adscriptus. Δ. Quale est metrum priapeium? M. Cum hexametro versu primi tres pedes concatenati inter se a reliquis tribus sequentibus divisi separatique sunt. Δ. Harum rerum experimenta authenticis versibus doceri desidero. M. Vergilius in bucolicis -- ut puero Phoebi chorus adsurrexerit omnis. -- Item sibyllinus versus hoc idem declarat -- vivat ut aeterno bonus, ac malus ardeat igne. -- Item Symposius -- ore procax non sum, non sum temeraria lingua. -- Vergilius -- aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrin. -- Δ. Unde dictum est priapeium metrum? M. Quod pleraque carmina huiuscemodi in honorem Priapi conscripta sunt: propter quod multi volunt hoc genus compositionis bucolico carmini magis convenire. Δ. Quod est pythium metrum? M. Idem quod hexametrum. Δ. Unde dictum est pythium? M. Quidam arbitrantur ob id quod hoc genere metri oracula primo Apollini sint edita, qui interfecto Pythone Pythius dictus est, qui ut fertur cum in Parnasso Pythonem serpentem in vindictam matris sagittis insequeretur, accolae Delphici hoc illum versu et facundiae cothurno extulerunt.

Δ. Quot πάθη in dactylico et hexametro inserta adstipularis? vel quid sunt πάθη? M. Πάθη quidem latina lingua passiones dicuntur. Sunt autem numero sex, acephalon, procephalon, lagaron, procylon, dulicheron,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

miuron vel spicode. Δ Quid est acephalon? M. Versus sine capite, cum prima syllaba contra naturam corripitur. Δ. Da exemplum auctoritate approbatum. M. Vergilius secundo versu aeneidos acephalon posuit dicens -- Italiam fato profugus. -- Etenim barbarismo tribrachum pro dactylo admisit. Sic et ceterae passiones aut in medio aut in fine inseruntur. Δ. Quia longum est ut sciscitatio et solutio earumdem passionum per ordinem enucleetur, saltem extremitas pandatur. Quid est miuron vel sphicodium? M. Μῦς latine mus vel sorex interpretatur. Ex eadem prima positione derivativum ducitur miurus vel miurinus vel soricinus. Δ. Quid adstruis esse sphicodin? M. Σφὴξ dicitur graece crabro, unde derivatur sphicodis; et tamen miurus vel sphicodis ad unam significationis regulam pertinere noscuntur, quia utraque animalia tenui et gracili membrorum extremitate terminantur. Ita et versus qui pyrrhichio clauditur.

Δ. Quae est caesura penthemimeris, et qualiter interpretatur? M. Penthemimeris latine semiquinaria dicitur; ἥμισυ quippe semis est; sicut hemisphaerium, semisphaera latina lingua intellegitur, id est dimidia pars poli supra aut infra terram aequis lancibus librata. Nam penthemimeris in versu heroico dicitur ubi post duos pedes sequitur syllaba quae partem terminet orationis, ut -- truncum terra tegit, latitant in cespite lymphae. -- Item Prosper in aenigmatibus de oratione Domini -- cum prece sanguineas fundebat corpore guttas -- Δ. Quid est hepthemimeris? M. Latine semiseptenaria appellatur caesura, cum post tres pedes sequitur syllaba partem orationis terminans, ut -- musa mihi causas memora. -- Et alibi -- nec pepli radios poscunt. -- Item Phocas -- te longinqua petens

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

comitem sibi ferre viator. -- Δ. Quae est caesura tritrochaici, vel tritustrochaeus? M. Cum tertio loco per dactylum terminatur, sicut poëta promisit dicens -- hoc volo, ne breviter mihi syllaba prima legatur. -- Et alibi -- nec iam terra vocor, licet ex me terra paretur. -- Item epigramma Prosperi tritontrochaeon protulit — at bona, quae vere bona sunt, nec fine tenentur. -- Δ. Quae est definitio caesurae tetartitrochaici, quam quidam tetartebucolicon nuncupant? M. Cum in quarto loco vel regione pars orationis cum dactylo terminatur. Δ. Manifestis exemplorum formulis hoc evidentius reserari rogo. M. Vergilius prima ecloga infit -- nos patriae fines et dulcia linquimus arva. -- Et infra -- saepe tener nostris ob ovilibus inbuit agnus. -- Hoc idem Paulinus primo versu -- annua vota tibi remeant, simul annua linguae. -- Et notandum quod regula bucolici carminis exigit ut quartus pes dactylo semper clauderetur, quod Vergilius victus operis difficultate neglexit.

Δ. Postquam ancipitem metricae artis scrupulum luce clarius digessisti, iam tempus et ordo rerum exigit, ut promissa aenigmatum problesmata * luculentae urbanitatis versibus patefacias, ac deinceps singulorum quorumque pedum, excepta synzugiarum superflua confusione, rationem regulariter inculces. M. Iam dudum id facere satagerem, nisi scrupulosae interrogationes tuae anticipantes festinationem meam vi quadam praeoccuparent.

* Ita cod.

Arbiter aetereo iugiter qui regmine sceptra *etc.*

Hoc et sequentia in codice carmina, nec non aenigmata extant typis edita in bibliotheca PP. Lugdun. T. XIII. p. 23. sqq. Itaque a nobis praetermittuntur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Δ. Expositis aenigmatum propositionibus, et digesta metrorum melodia, iam promissus rerum ordo efflagitat ut multiformes pedum regulas ex diversis orationum partibus propalare non abnuas, eorum praesertim quos grammatici sibi usurpare noscuntur. M. Generaliter omnium pedum catalogus ter quadragenus et quaternus constat, hoc est ·CXXIIII. Sed ex hac perplexa numerositate ·XXVIII· pedes sequestrantur, quibus metrici poëmatum facundia freti funguntur, quique quaternarum mensuram syllabarum minime transcendunt. Δ. Manifestius hoc et clarius patefactum audire gratulor. M. De duarum natura syllabarum ·IIII· pedes generantur, de tribus syllabis ·VIII· procedunt, de quattuor ·XVI· Isti sunt specialiter legitimi grammaticorum pedes, de quibus centena metrorum disciplina pullulaverat. Δ. Quot sunt oratorum pedes, qui rhetoricae artis regula continentur, et prosae urbanitati mancipantur? M. Ter triceni et ter bini, quod est nonaginta et sex, quos graeca dissertitudo synzugias vocitavit. Nam de quinque syllabis ·XXXII· pedes formantur, de sex syllabis ·LXIIII· synzugiae reciproca varietate nascuntur. Δ. Quot sunt accidentia pedum? M. Septem, id est arsis et thesis, numerus syllabarum, tempus, resolutio, figura, metrum. Δ. Da differentiam inter arsin et thesin. M. Arsis interpretatur elevatio, thesis positio; sed arsis in prima parte nominis seu verbi ponenda est, thesis in secunda. Nam hae particulae propter discretionem temporum pedestrium inventae traduntur; verbi gratia polus, po arsis est, lus thesis. Sic crocus, thronus, torus, aetas, aestas, et omnia nomina vel verba, quae in pyrrhichio spondaeove subter adnectere exemplorum formula conpellet, huic regulae legitime mancipantur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Δ. Quot sunt divisionum species in pedibus, praesertim qui ad grammaticos pertinere noscuntur? M. Iuxta quod praecessorum auctoritas tradidisse memoratur, trina divisionis condicio definitur: quorumdam namque pedum aequa divisio, quorumdam dupla, nonnullorum vero sescupla: et primam dactylicam, secundam iambicam, tertiam paeonicam nuncupari solere antiquitas sanxit.

Δ. Hanc tripertitam divisionum normulam uberius exponi supplico. M. Decem sunt pedes qui aequam divisionem sortiuntur, et velut pari temporum lance ponderantur, quos arsis et thesis aequali discretionis statera gubernat, id est pyrrhichius, spondaeus, dactylus, anapaestus, proceleusmaticus, dispondaeus, diambus, ditrochaeus antespastus, coriambus. Δ. Quot sunt pedes qui divisionis qualitate partiuntur? M. Sex, id est iambus, trochaeus, molossus, tribrachys, ionicus minor, ionicus maior, quos nunc arsis nunc thesis discordante temporum trutina vergunt et inclinant. Δ. Quae est sescupla divisio, et quare dicta est, vel quot pedes eidem divisioni serviunt? M. Sescupla dicta est quasi semis dupla, quia altera pars alteram non duplo vincit, sed medietate dupli: idcirco aequam divisionem temporis, augmento velut momentanae hexagio sescupla superans praeponderat, quamvis dupla gemino armata tempore eandem sescuplam praecellat. Denique ad eandem pertinent sescuplam hii septem pedes, bachius, palimbachius, amphimacer, et paeones ·IIII· Δ. Quo argumento quibusve indiciis colligi queat utrum ad arsin an ad thesin plura tempora conferantur? M. Omnes syllabae tam nominum quam verborum, seu cuiuslibet partis, a fine, non principio, numerantur: quapropter tempora in arsi et thesi accentibus discernuntur, qui

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tribus locorum limitibus clauduntur, id est ultimo penultimo antepenultimo. Nam antepenultima acuitur, quae numquam circumflectitur. In arsi plura supputantur tempora; quod si penultima acuto aut circumflexo accentu pronuntiatur, thesis uberiorem temporum calculationem praeoccupans usurpabit.

Δ. Iam nunc exemplorum formulas ad pyrrichium pedem pertinentes inhianter satago audire, et praesertim ex principalibus orationum partibus, id est nominis et verbi regula congestas. M. Haec sunt nomina quae multiformi quinque declinationum radice vulgo pullulasse noscuntur, ut Deus, decus, pius, genus, pecus, bonus, modus, domus, lupus, lepus, latus, chorus, crocus, torus, thronus, dolus, nemus, novus, scelus, opus, locus, equus, cibus, reus, comes, Ceres, seges, acus, manus. Malus, si nequam significare videbitur, ex duobus brevibus constat, et erit pyrrhichius. Ut est etiam — ille malus calabris in saltibus anguis. Et in bucolicis, — ut me malus abstulit error. — Ast vero si malus navis fuerit, cui antemnarum carbasa et rudentes adnectuntur, ad trochaei regulam redigitur, ex longa et brevi; ut Vergilius libro ·V· aeneidos — quîs, inquit, innexa pedem malo pendebat ab alto. — Nec non etiam malus, si arbor fructifera fuerit, quae melarius vocatur, genere feminino, ad trochaeum pertinebit; ut in georgicis — et steriles platani malos gessere valentes. — Apis, lapis, avis, navis, canis, famis, sitis, chelis, chlamis, cutis, polus, globus, homo, leo, caro, Maro, ovis, scrobis. Similiter et in ·r· litteram praedictus pes terminatur, sed non una eademque declinatione generatus, ut pater, puer, piper, niger, siler, socer, gener, aper, caper, tener, mi-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ser, celer, iter, scaber, sacer, ruber, amor, glomer, iubar, cruor, honor, sator, soror, labor. Quod si verbum fuerit deponens, ·la· producitur, ut -- labitur invalidae deformis gloria flammae. -- lecur, ebur, ager, timor. Liquor, si nomen tertiae fuerit declinationis pyrrhichius est. ut Arator -- de rore dapes, de caute liquores. -- Et infra -- aëreusque liquor solidis induruit escis. — Nam si liquor verbum fuerit tertiae coniugationis vel tertii ordinis, ut Valerio grammatico vocare libuit, trochaeus; ut Vergilius in georgicis -- canis cum montibus humor — liquitur, et zephyro putris se gleba resolvit. -- Rosa, faba, aqua, mora, rota, coma, via, toga, gula, schola. Plaga, si climata cardinalia designat, pyrrhichius est; ut Ambrosius mediolanensis pontifex hexametro deprompsit dicens -- dumque colorati rutilat plaga caerula mundi. — Et Sedulius — quattuor inde plagas quadrati colligit orbis. — Si vero plaga ultrix vindicta fuerit, ad trochaicam regulam redigitur, ut praedictus vates evangelici metri vaticinio refert — qui tegit, et plagam trepidat nudare medenti. - Notandum quoque, nomina monosyllaba quaedam esse quae in obliquis casibus, id est genetivo et ablativo, pyrrhichium gignunt, ut crux crucis, nux nucis, grex gregis, pes pedis, lar laris, sal salis, mas maris, nix nivis, nex necis, pix picis, prex precis, grus gruis, trabs trabis, bos bovis, dux ducis, trux trucis.

Δ. Expositae sunt igitur strictim summatimque nominum regulae, quae primi pedis legibus suffragantur. M. Verba quoque tam primae coniugationis quam tertiae correptae pari condicione concurrunt, ut voco, veto, levo, seco, neco, puto, cavo, lito, voro, nego, amo, frico, plico, dico dicas dicat, correpta penultima;

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ut poëta — virgo Maria tibi Syxtus nova templa dicavi — quod est primae coniugationis. Ast vero dico dicis dicit tertiae, ubi penultima producitur -- dicitis agricolis nautisque venire fragosam. -- Paro, aro, crepo, sono, tono, novo, cibo, cubo, ligo, mico, creo, meo, beo, rigo, lito, labo, loco, rogo, iugo, fugo, labo, nam differt a labo quod est nuto; et lavo activum est, labo neutrum; roto, pio, bio cuius frequentativum vel iterativum est bieto bietas bietat; et inchoativum bisco biscis biscit; domo, nato, gravo, probo, iugo, gelo, unde est congelasco, volo volo tam volantis quam volentis personam demonstrans, ad pyrrhichium pertinere declaratur; ut -- volitans per tempora mundus. — Item -- et plura volentem dicere deseruit. Capo, cado, fremo, gemo, fero, gero, tero, sero, sino, ago, meto, peto, tego, colo, bibo, rego, lego, traho, fio, scio, unde excire. Vomo, pluo, spuo, et monuo, iuvo, meo, creo, beo, queo, fluo, luo, ruo, strio, loquor, precor, sequor, queror, reor, fruor, moror. Verba similia defectiva in hanc regulam copulantur, ut libet, placet, piget, pudet, iuvat, decet, liquet, licet.

Δ. Ergo praedicta verba confusae coniugationis, quae in ·o· litteram terminantur, semper ad pyrrhichium pertinebunt? M. Quoties finalis syllaba corripitur, procul dubio pyrrhichius generatur; ut - malo manere niger *, minus ultima fata verebor. -- Ut -- nec gero magna simul, sed congero multa vicissim. — Et iterum - nolo sepulchra pati, scio me submergere terrae. -- Si vero eadem syllaba producitur, iambus certissime procreatur; ut Vergilius -- ascraeumque cano romana per oppida carmen. - Scanditur enim ascrae, umqueca, noro, manaper, oppida, carmen. - Δ. Potest ne pyrrhichius aut

* *miser?*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

iambus hexametro heroico inseri, dum exempla hexametris versibus protulisti? M. Si praedicta coniugationum verba sine contextu partium orationis, et absque metrorum versificatione proferuntur, pyrrhichii aut iambi regulis mancipantur. Quod si in dactylico carmine scandendi ratio et caesurarum divisio per cola et commata sequestrare conpulerit, spondaei dumtaxat aut dactyli legibus subiungantur, quod millenis exemplorum formulis sine inposturae et falsitatis frivolo prolatis facillime conprobari potest. Δ. Tam multiplex nominum et verborum congestio, quae ad pyrrhichium pertinere dinoscitur, quo accentu vel prosodia pronunciatur? M. In disyllabis ubi ambae breves fuerint penultima cum acuto accentu profertur. Explicit de pyrrhichio.

Incipit de spondaeo.

Δ. Nunc spondaei regulas ex diversis orationum partibus exempli gratia congestas promito. M. Haec sunt secundi pedis exempla a nominibus venientia; ut felix, pernix, perdex, index, inlex, cortex, remex, cornix, bombix, cervix, audax, forfex, forceps, anceps, auceps, princeps, praeceps, virtus, tellus, aetas, aestas, pumex, iudex, rumex, vertex, caudex, codex, mordax, fornax, fallax, pollex, murex, ilex, carex, id est herba asperrima; ut Vergilius -- et carice pastus acuta; -- nam carica fructus de ficulnea nuncupatur, unde massas caricarum conficiunt de recentibus ficis. Unde inconvenienter a quibusdam famosus ille eremita Syrorum et Sarracenorum confinio strictis parsimoniae legibus vitam solitariam degens, exhausta membrorum vitalia et marcida praecordiorum ilia quin-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

que caricibus contra rerum naturam sustentasse et aluisse describitur: cum humanae sit naturae caricis quae post grossos maturescunt nutriri, brutorum vero bobulorum et tragelaphorum simulque ibicum caricibus educari et vesci. Simplex, duplex, triplex, vervex, fornix, radix, matrix, lodix, victrix, natrix, vivax, verax, pellax, edax, radix, mendax, imbrex, quae ab arcendis imbribus dicitur, auspex id est qui avium auguria intendit, auceps vero qui aucupium exercet, conplex, duplex, triplex, elix; elices dicuntur sulci maiores ad siccandos agros ducti; celox, atrox, Pollux, coniux, quod nomen in nominativo et vocativo cum additamento ·n· litterae libro ·VI. de nomine recolo disseruisse, licet in obliquis casibus penitus deficiat. Veniunt etiam a monosyllabis cum in nominativo et accusativo plurali flectuntur, ut flos flores, mos mores, ros rores, pons pontes, fons fontes, rex reges, lex leges, lanx lances, glans glandes, plus plures, mus mures, cors cortes, cos cotes, sors sortes, dos dotes, ars artes, pars partes, calx calces, merx merces, sol soles, cum ad dies pertinebit, ut -- quadraginta illi fuerunt ex ordine soles; -- vox voces, nox noctes, lis lites, dis dites, glis glires, puls pultes.

Δ. Da coniugationum exempla. M. Prima et secunda coniugatio. In secunda persona et tertia plura concordant, ut libo libas libant, sedo sedas sedant, sudo sudas sudant· Item caneo canes canent, polleo polles pollent, frondeo frondes frondent· In quarta autem coniugatione secunda tantum persona, ut hinnio hinnis, tinnio tinnis, grunnio grunnis, grundio grundis, trinnio trinnis, grincio grincis· Sunt etiam verba secundae coniugationis, quae indicativo modo tempore praeterito perfecto, prima persona spondaeum gignunt.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Similiter et imperativo modo tempore praesenti secunda persona numero singulari, ut iubeo iussi iube, fulgeo fulsi fulge, rideo risi ride, mulgeo mulsi mulge. Sunt alia eiusdem coniugationis quae in praeterito perfecto concordant, sed imperativo praedicta persona iambum non spondaeum eliciunt, ut faveo favi fave; ut, Christe fave votis; moveo movi move, maneo mansi mane, paveo pavi pave; ut, — Heliam corvi quondam pavere ministri. — Et longe inferius — agmen pavit inorme. — Sedeo sedi sede, video vidi vide, et cetera similia. A tertia quoque coniugatione cum in praeteritum perfectum prima persona vergit, spondaeus figuratur, ut scribo scribsi, scalpo scalpsi, sculpo sculpsi, repo repsi, mergo mersi, serpo serpsi, cudo cudi, rumpo rupi, cedo cessi, saepio saepsi, plaudo plausi, farcio farsi, haurio hausi, sarcio sarsi, flecto flexi, rego rexi, veho vexi, figo fixi, vivo vixi, meio minxi, tingo tinxi, cingo cinxi, sugo suxi, uro ussi, trudo trusi, coquo coxi, duco duxi. Sumuntur etiam eiusdem pedis exempla ab adverbio qualitatis et quantitatis, ut sancte, caste, docte, care, late, longe. Si autem haec nomina fuerint vocativi casus, ad trochaeum rediguntur non ad spondaeum. Plurima quoque participia tempore praesenti spondaei legibus non refragantur sed suffragantur, ut dicens, ducens, vivens, turgens, trudens, sternens, stertens, scandens. Δ Partes orationum quae spondaeo subduntur quo accentu proferendae sunt? M. Omnes quidem tam positione quam natura longae regulariter acuuntur.

Incipit de iambo.

Δ. Iambici pedis exempla primitus a nomine venien-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tia congerere non pigeat ·M· Nomina, quae iambicis legibus concurrunt, haec esse noscuntur, ut silex, senex, calix, calex, apex, latex, tenax, rapax, fugax, sagax, procax, minax, edax, emax, varix unde varicosus dicitur qui varicibus id est tortuosis venarum anfractibus in poplite et suris pulparum deformatur; trilex, triplex, salex, culex, ut Virgilium distichon fecisse commentaria declarant — parve culex pecudum custos tibi tale merenti — funeris officium vitae pro munere reddit. — Scanditur ita, parvecu, lex pecu, dumcu, stostibi, taleme, renti; et hic versus bucolicus vocatur; ferox, ferax, sequax, loquax, procax, parens, frequens, recens, cliens, fides, dies, salus: palus paludis si tertiae declinationis fuerit, ad iambum pertinere haud dubium est. Ut Vergilius libro ·VI· — gemuit sub pondere cymba sutilis, et multam accepit rimosa paludem. — Ast vero si secunda declinatione genitivus in ·i· terminabitur, trochaicis legibus rite mancipabitur, ut ille versificus septimo divinae legis libro de pelice fraudulenta Sampsonis, quae subdola pelicatus persuasione synagogae typum praetulit, eleganter cecinisse memoratur dicens — suspensa nectit dextra palisque reflectens. Et infra exiliens, inquit, reicit palos crinemque renodat. — Quaedam etiam verba tam primae quam secundae coniugationis iambo conveniunt in secunda persona numero singulari, indicativo et imperativo modo, ut amas ama, putas puta, paras para, aras ara, secas seca, necas neca, vocas voca, locas loca. Item de secunda coniugatione tantundem repperiuntur, ut doces doce, moves move, viges vige, riges rige, pates pate, unde inchoativa forma patesce, tenes tene, times time, cares care, caves cave, studes stude, manes mane, lates late. Sed accepta loquellari positione

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

·a· corrumpitur, ut lateo lates latet, delitesco delitescis delitescit, et praeterito perfecto delituit non delatuit dicimus; ut poëta — sol nube coruscus delituit. — A tertia quoque coniugatione infinitivo modo tempore praesenti tam verbi passivi quam deponentis iambum formari censeo, ut geri, teri, seri, tegi, legi, regi, trahi, vehi, mori. A praedictis quoque monosyllabis, quas in pyrrhichio explanandarum rerum gratia praetulimus, cum dativo singulari aut nominativo plurali declinantur, iambicos pedes derivari certissima metrorum ratio declarat, ut crux cruci cruces, adstipulante Prospero — nec crucis asperitas potuit terrere volentem. — Fax faci faces, trux truci truces, nux nucii nuces, dux duci duces. Sic grues sues et cetera similia. Sumuntur etiam iambici pedes a participiis illorum dumtaxat verborum quae in pyrrhichio superius degessimus, ut rigans, litans; sicut poëta probat — stellisque litant quae luce fugantur. — Scanditur lisque li, dactylus; secans, necans, negans, vorans, volans, curvans, lavans, ligans, micans. Veniunt nihilominus a secunda coniugatione, quando tribrachus in iambum transmutatur, id est cum significationes verbi activi et neutralis in participia praesentis temporis convertuntur, doceo docens, careo carens, rigeo rigens, faveo favens, sileo silens, caleo calens, rubeo rubens. Ut Iuvencus — si ruber astrifero procedit vesper olympo. — Et Vergilius - vento semper rubet aurea Phoebe. — Nec a tertia coniugatione correpta participia venientia iambum gigni arbitror: a quarta autem nusquam repperi ut puta gero gerens, gemo gemens, tero terens, sero serens, ruo ruens, struo struens, alo alens, colo colens, emo emens, lego legens, premo premens, cano canens. Omnia igitur nomina seu verba vel participia

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

praedicta ad iambum pertinentia acuto accentu pronuntiari legitima grammaticorum suadet regula.

De trochaeo.

Δ. Da exempla ad trochaicam legem conpetentia. M. Nomina primitus quae trochao congruere videntur haec sunt, almus, sanctus, nympha, lympha, abba, offa, occa, sapa id est defructum, ostrum, rostrum, rastrum, sceptrum, scalprum a quo deminutive scalpellum, labrum unde labellum, bulla, bucca, gilbus, gippus, burrus, barrus, floccus, soccus, muscus, luscus, fuscus, tuscus. Verum haec sufficiant de positione longis, quae passim in publico et in propatulo sita a metricis facillime deprehenduntur. Nunc illa quae naturaliter productione gaudent, et quae poëtica exemplorum adstipulatione plurimum indigent breviter adnectam, ut musa, meta, seta, creta, theta, feta, spina. Roma, ruma, rima, lima, bruma, fama, mirus, dirus, funus, munus, fumus, prunus, pirus, pinus, taxus, malus, flavus, canus, sanus, fatus, nanus id est pumilio, crinis, finis, funis, clunis unde clunaculum dicitur. Sic Iulius Solinus in collecta rerum memorabilium — et lassorum, inquit, capita clunibus per vices sustinent. - Nudus, udus, ludus, mutus, nutus, tutus, fotus, lotus, totus, motus, notus, nodus, nisus, risus, visus, fretus, spretus, cretus, fulmen, famen, flamen id est sacerdos delubri, numen, lumen, rumen, plemen, limen, crimen, vimen, gramen, stamen. Unde Lucanus de Orpheo - nunc, inquit, plenas posuere colos et stamina Parcae - multaque delatis haeserunt saecula filis. - A pronominibus quoque trochaici pedes formantur positione

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

longis, ut ille, iste, ipse, noster, vester, quisquam, quisnam, isdem. Veniunt et a verborum significationibus, quae positionum legibus producuntur, ut prendo, scando, necto, pecto, cerno, pingo, ningo, mingo, fingo, pinso, hisco, quasso, lasso, laxo, taxo, faxo quod anomalum est, sperno, texo, vexo, mando, pando, linquo, vinco, subdo, abdo, condo, pango, cingo, tingo, pungo quod pupugi praeterito dicitur.

Δ. Quae sunt verba, quae naturae regulis produci maiorum auctoritas decrevit? M. Absque scrupulorum obstaculo haec esse creduntur, rado, fumo, dico, duco, giro, promo, prodo, cudo, lego legas, at vero lego legis corripitur, subdo, sedo, udo, cogo, dedo, trado. Ut in georgicis — truditur e sicco radix oleage ligno; credo, nolo, malo; ut - malo manere niger *, minus ultima fata verebor -; pono, laudo, laedo, oro, clamo, duro, edo, fido, libo, privo, vivo, quaero quaesivi, nam queror questus sum pyrrhichius est, ludo, sumo, suo, plaudo, demo, dego. Huic regulae concordant etiam passiva communia et deponentia tam positione quam natura longa, ut promor, prodor, scrutor, vador, praedor, laetor, bachor, nascor, rutor, tutor, venor, fungor. Nitor si verbum deponens est, trochaeus erit, ut — aliquos nitor contingere ramos. — Et infra — nititur aversi vel filum tangere Christi. - Quod si nitor nomen fuerit, pyrrhichius erit; ut idem poëta - quis fuit ille nitor Mariae. - Et Vergilius libro qui paedagogus praetitulatur — reddetur titulus purpureusque nitor. - Sed hic versus non ita scandendus est, ut heroicus quia colophon in medio et fine retinetur, labor, liquor, vescor, causor, tristor, testor, mercor, rimor, piscor, metor, grator, ringor, miror, frustror, grassor. Participia similiter prae-

* An *miser?*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

teriti temporis interdum trochaico pedi congruunt, ut dictus, lectus, captus, raptus, scriptus, tensus, mersus flexus, vexus, nexus. Nam praesentia et futura significationum participia ad trochaeum pertinentia, ni fallor, non repperi. Δ. Trochaici pedes quo tenore quibusve accentibus pronuntiandi sunt? seu arsis et thesis qua divisionum formula dirimuntur, et quibus temporum lancibus trutinantur? M. Si trochaeus extiterit, acuto accentu profertur, ut lappa, mappa; napta, cirrus, birris, burrus, barrus; poples, cespes. Si vero natura littera producitur, cimcumflexo accentu pronunciari lex metrica sanxit. Arsis vero recipit tempora duo, et thesis unum, ut fanum, frenum, granum, bubo, bufo, tufus, tubus, limes, stipes, remes.

De tribracho.

Δ. Expositis disyllaborum pedum regulis, iam nunc pedester deposcit, ut trisyllabos pedes iuxta pollicitationem prologi patefacias. M. Hii sunt tribrachi ex tribus brevibus graece sic nuncupati, primae declinationis, anima, aquila, pedica, palea, tonina, macula, famula, patera, hedera, ulula, galea, lacryma, Asia, Libya. Item de secunda declinatione tam masculina quam neutralia nomina ad tribrachum pertinentia, dominus, radius, catulus, capulus, querulus, licinus, puteus, pavidus, patulus, zephyrus, socius, medius, medicus, numerus, rutilus, placidus, titulus, loculus, modulus, modicus, bibulus, gerulus, gemitus, fremitus, humerus, platanus, tumidus, thalamus, fluvius, uterus, oculus, cumulus, solidus, stolidus, stupidus, rigidus, calidus, validus, varius,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

monitus, sonitus, gelidus, trepidus, timidus, laqueus, tremulus, vetulus, olidus, cuneus, pelagus, geminus, cupidus, nitidus, digitus. Item neutra eiusdem declinationis eiusdemque pedis, ut meritum, pretium, gremium, stabulum, studium, barathrum, proprium, lolium, iugulum, iaculum, spolium, bivium, trivium, spatium, corium, vitium, speculum. Sic tertiae quoque, facilis, gracilis, viridis, facinus, tenuis.

Verba similiter ex triplici coniugatione deducta tribracho conveniunt. A prima haec sunt: ut numero, rogito, maculo, propero, dubito, habito, vacuo, temero, ululo, socio, gemino, saturo, satio, tolero, tenuo, onero, brevio, resero, violo, revoco, mitto, cumulo, glomero, radio, rutilo, titulo, titubo, solido, vaior, trepido, iugulo, spolio, vitio, numero, rogito, maculo, propero, memoro, vigilo, supero, educo quod est nutrio, remeo, stimulo, similo, simulo, lapido, crepito, volito, crucio, itero, glacio, macero, lacero, lanio, genero, agito. Item de secunda coniugatione, iubeo, doceo, soleo, studeo, stupeo, video, rigeo, tepeo, noceo, tabeo, rubeo, taceo, habeo, vigeo, egeo, caleo, doleo, oleo, ut poëta – atque olido consuetum vivere coeno. – Careo, iaceo, caveo, maneo, tumeo, teneo valeo, niteo, lateo, pateo, cieo, voveo, vireo, moneo, paveo, foveo, moveo. Item de tertia: fodio, quatio, redimo, venio, facio, rapio, capio, fugio, cupio, metuo, tribuo, statuo, polio, iacio, ferio, nequeo. Item verba passiva, communia, et deponentia, quae finali ·r· littera in prima persona terminantur, tribracho conveniunt, numeror, temeror, operor, imitor, veneror, dominor, modulor, famulor, iaculor, stabulor, comitor, stipulor medicor et medeor tam primae quam secundae coniugationis poëtae

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

declarant. Sedulius - nec tibi parva salus Domino medicante, Maria. - Item Prosper - inque putres fibras descendat cura medentis. -- Populor, iaculor, epulor, comitor, spatior, speculor, moderor, medicor, mereor, fateor, vereor, tueor, gradior, patior, potior, morior. A pronominibus vero vel participiis cuiuslibet temporis tribrachum haud umquam derivatum reminiscor, quamvis in ceteris orationum partibus crebro poëmatibus insertum recorder, ut igitur, et quoniam, etenim, et his similia. Δ. Praedicta sermonum exempla quo accentu proferuntur? M. Omnia propemodum acuuntur; et quia antepenultima accentu notatur, idcirco ut arbitror duo tempora in tribracho ad arsin, et unum ad thesin pertinebunt.

De molosso.

Δ. Da rationem nominum et verborum ad molossum pedem pertinentem. M. Nomina primitus strictim et summatim digerere nitor, tam singulari quam plurali numero congesto, ut maiestas, libertas, tempestas, paupertas, ubertas, sermones, mangones, lenones, praedones, musmones, caupones, perones, sutores, praecones, lurcones, doctores, lectores, tortores, crabrones, rumores. Ut Prosper - non faciles pateant scaevis rumoribus aures. - Romani, humani, divini, formosi, frontosi, setosi, muscosi, dumosi, obsceni, cancelli, rostrati, nervosi, herbosi, hirsuti, rugosi. Nascitur etiam molossus a verborum generibus tempore praeterito perfecto, ut dixisti, vexisti, promsisti, sepsisti, repsisti, scalpsisti, sculpsisti, serpsisti, et cetera. A participiis quoque tam praesentis temporis quam futuri oriri molossus dinoscitur, ut dicentes dicturi,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

viventes victuri, mergentes mersuri scindentes, scissuri, prandentes pransuri, pingentes picturi, tondentes tonsuri. Hic ergo pes duplam divisionis normam partitur, et acuto accentu pronuntiatur, et quia penultima acuitur, arsin habere reor tempora et thesin quattuor.

De anapaesto.

Δ. Quae sunt exempla anapaesticis regulis mancipata ac subiecta? M. Haec sunt nomina anapaesto subfragantia et concordi ratione respondentia, utpote deitas, pietas, bonitas, novitas, brevitas, levitas, gravitas, probitas, feritas, species, sanies, macies, glacies, rabies, scabies, series, facies, acies, et reliqua similia. Verum haec paucula exemplis anapaesticis congruentia sufficiant: quia de praedictis nominibus, quae in tribracho congessimus, anapaestus legitime generatur, tam genitivo, dativo, et ablativo singulari quam nominativo, accusativo, vocativo, et ablativo plurali, si masculina seu feminina fuerint primae et secundae declinationis, ut anima, aquila, pedica, hedera: item dominus, radius, catulus. Neutralia autem illa in singulari quidem numero per eosdem casus anapaesto concordant, sed in plurali exceptis dativo et ablativo discordant. At vero quarta declinatio casibus discrepat, ut sonitus, fremitus, gemitus, rugitus, reditus, ruditus. Verba autem tam primae coniugationis quam tertiae, quae in tribracho proposuimus, quando ad significationes participiorum rediguntur solutione ultimae syllabae in ans aut in ens, anapaesti legibus rite famulabuntur, ut numerans, rogitans, maculans, properans, dubitans. Haec vero de tertia: veniens, ut -

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

pulchro veniens in corpore virtus. - Faciens, rapiens, capiens, fugiens, metuens; ut in georgicis - hoc metuens caeli menses et sidera serva. -- Porro verba secundae coniugationis, quae in tribracho praediximus participiorum significationibus subnexa, nequaquam anapaesto, sed iambo mancipari censeo, quandoquidem statu trisyllaborum pedum amisso ad regulam disyllaborum rediguntur, ut iubeo iubens, doceo docens, caleo calens, madeo madens, oleo olens. Δ. Anapaestus qua divisionis formula partitur, et quo accen- profertur? M. Eidem anapaesto aequa divisio conpetit, quia totidem tempora arsis sibi usurpat, quot in thesi continentur. Acutus vero accentus in antepenultima ponendus est, dum penultima naturaliter corripitur.

De dactylo.

Δ. Dactylus unde vocabulum nominis proprietate sortitus est? M. Auctoritas graecae interpretationis dactylum digitum nuncupavit, qui tribus articulis formatur, sic isdem pes ternis syllabis continetur. Δ. Dicito dactylici pedis exempla ad eundem regulariter congruentia. M. Nomina primitus breviter ponenda sunt, ut fibula, fabula, alea; unde aliter, calculus, et tesseris ludens per aleam. - Area, ardea, simia, vernula, garrula, tippula, tessera, fistula, castula, calculus, luridus, squalidus, horridus, frigidus, humidus, aridus, carbasus, Caucasus, Maenalus, frivolus, cernuus, culleus, caerulus, anulus; ut illud epithalamii - anulus e digitis tollatur mollibus asper. - Quaedam ex his principalia sunt, et primae positionis, ut Allia, tessera, Caucasus. Quaedam epitheta, quae

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nominibus copulantur, ut garrulus, squalidus, luridus. Item populus si ad arborem pertinet dactylus est, ut - populus Alcidae gratissima, vitis Iaccho. - Et ·IIII· liber georgicorum - qualis populea maerens philomela sub umbra. - Si populus plebs est, tribrachus erit, ut - mores et studia et populos et proelia dicam. - Item neutra, ut vinculum, simpulum, serpulum, symbolum, cymbalum, tympanum, sarculum, nabulum, lilium, spiculum, crustulum, Tusculum, plusculum, clanculum, ferculum, sucinum. Unde Iunius Iuvenalis satyricus libro ·III· - en cui tu viridem umbellam et sucina mittis. - De quo Plinius Secundus physicas rerum historias sagaciter explanans libro ·XXX· sic ait: Transpadanorum agrestibus feminis monilium vice sucina gestantibus. - Et infra - sucinis, inquit, inficiuntur; ceterum attritu digitorum accepta anima caloris trahunt in se paleas ac folia arida, ut magnes ferrum, et reliqua. -

Solet etiam dactylus a nominibus figurae compositae provenire, quando a verborum significationibus gero et sero conponuntur, ut setiger, squamiger, turriger, naviger, flammiger, belliger, floriger, fumifer, somnifer, pinnifer, aliger, ferriger, furcifer, fatifer, corniger, crinifer, armiger, pomifer, astrifer, ostrifer, umbifer *, grandifer, buxifer, spumifer, lotifer, lanifer. Ut - lanigerae pecudes et equorum duellica proles -, Δ. Quadrifaria coniugationum discrimina possunt ne dactylico pedi regulariter congruere? M. Omnis quidem coniugationum quadripertita qualitas conpetenter dactylo mancipatur, ut verbero, strangulo, postulo, castigo, mastico, bassio, pastino, milito, exsulo, pectino, navigo. Ut - gens inimica mihi tyrrenum navigat aequor. - Commeo, recreo, remi-

* Umbrifer?

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

go, praeparo, advolo, conputo, dedico, confrico. Vergilius – et pede prosubigit terram, fricat arbore costas. – Da secundae coniugationis exempla quae dactylo suppeditent. M. Mordeo, torqueo, haereo, debeo, misereo, arceo, splendeo, turgeo, luceo, algeo, palleo, urgeo, censeo, horreo, torpeo, polleo, torreo, squaleo, floreo, caneo. Ut in georgicis – et glauca canentia fronde salicta. – Mulgeo, luceo, fulgeo, rideo, inpleo, repleo, tondeo, spondeo, terreo, arceo. Δ. Da tertiae coniugationis formulas. M. Haec sunt a tertia coniugatione verba venientia, ut desero, dissero, adsero, insero, consero, degero, ingero, suggero, aggero, adstruo, destruo, instruo, adluo, confluo, induo, exsuo, imbuo, diruo, eruo, obruo, contero, protero, inpeto, competo, ingemo, perstrepo, excolo, describo, dirigo, conveho, adveho, contraho, retraho.

Δ. Da quartae. M. Fulcio, farcio, sarcio, audio, punio, mugio, sopio, sancio, prurio, garrio, finio, servio, munio, exeo, hinnio, mollio, sepio, accio, saevio, ambio, tinnio, bullio, gestio, nutrio, vestio, dormio, condio, haurio, vincio, sentio. Item in ·r· terminata, criminor, demoror, suspicor, auspicor, cornicor, aemulor, arbitror, proelior, ordior, osculor, nundinor, glorior, gratulor, muneror, molior, machinor, praestolor, partior, sortior, largior, blandior, mentior. Sic passiva sopior, sepior, fulcior, accior, ambior, et reliqua. Participia dactylo congruentia uspiam reperire nequiveram, excepto praeterito tempore, ut deditus, editus, traditus, inditus, additus. Nam tempus participii praeteritum triplicem continet regulam, in ·tus· ut scriptus, sopitus, fultus, accitus, septus: aut in ·sus· occisus,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

visus, mersus, tersus, sparsus, missus: aut in ·xus·, crucifixus, conplexus, adnexus. Futura vero participia qualibet significatione venientia, si penultima naturaliter producuntur, circumflexo accentu proferuntur, ut scripturus, lecturus. Si autem positione longa fuerint, acuuntur, ut audiendus, sarciendus; et neutrum dactylo suffragabitur. Nam aequis divisionum legibus dirimuntur arsis et thesis tempore bino et bino.

De amphibracho.

Δ. Q. Quare vocitatus est amphibrachus? M. Quod ex utraque parte brevibus ambiatur syllabis, sicut amphitapete genus vestimenti utrimque villosum et hirsutum dicitur, et amphitheatrum ubi altrinsecus scenicorum ludibria histrionumque ridiculosa commenta exercentur, et praesidente agonotheta theatrales pancratiariorum pompae in scamma palaestrico peraguntur. Ergo ἀμφὶ utrimque, βραχὺς brevis interpretatum dicitur. Δ. Da exempla ad amphibrachum pertinentia. M. Haec sunt nomina primae declinationis, eandem pedis regulam adstipulantia, ut corona, carina, lacerna, acerva, acerra, harena, arista, papilla, mamilla, capella, catena, popina, culina, amurca, tabella, querella, locusta, marisca, rubeta, pharetra, camina, sagitta, loquella, medulla, medella, taberna, caverna, caterva, latebra, terebra. Item masculina camelus, caminus, caninus, egenus, opimus, alumnus, eburnus, cothurnus, togatus, anhelus, libellus, amicus, iniquus, propinquus, profanus, ocellus, avitus, subulcus, bubulcus, cinaedus, Quirinus, tumultus, tyrannus, severus, honestus, triumphus, cachinnus, capillus, lapillus, latinus, amarus, amoenus,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

agellus, asellus, magister, minister, equester, pedester, sequester, sinister. Item neutralia macellum, metallum cylindrum, aratrum, sacellum, tropaeum, talentum, fritillum, lupercal, tribunal, quadrantal, minutal. Unde Iuvenalis libro ·V· - hesternum medio servare minutal - septembri, canistrum.

Δ. Da verborum quoque exempla coniugationum qualitatibus collecta, quas Graeci synzugias vocant: congerere, quaeso, ne pigeat. M. Saluto, sagitto, sagino, ut poëta - non parvam sumo saginam. - Et infra - desuper ex alto virides exspecta saginas. Orosius in prosa historica - informe, inquit, prodigium Graeciae luminibus saginabant - id est creticum Minotaurum. Sic honoro, coloro, laboro, adoro, requiro, anhelo refuto, corusco, cachinno, inesco, inundo, redundo, capesso, lacesso, quiesco, cruento, secundo, propago, recuso, gelasco, recondo, saburro. Ut Solinus de gruibus ait - sublatisque lapillulis ad moderatam gravitatem saburrantur. - Vergilius - saepe lapillos ut cymbae instabiles fluctu iactante suburram tollunt. - Fatigo, ut - noctemque diemque fatigant. - Oritur etiam idem pes a verbis primae coniugationis, quae in pyrrhichio iam congessimus, his personis: vocamus vocatis vocabam vocabat, vetamus vetatis vetabam vetabat, litamus litatis litabam litabat. Unde Persius Flaccus - admoveam templis et farre litabo. - A passivo litamus, litantur, litabar, et futurum litabor. Prosper - et de virtutum munere sacra litat. - Vergilius - sanguine quaerendi reditus animaque litandum. -

Secunda itidem coniugatio hisdem liniarum tramitibus amphibracho concurrit ab ea dumtaxat sermonum serie, quae in tribracho superius coacervavimus, ut docemus, docebis, doceb am, docebat. A passivo docemur, docen-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tur, docebar, et futuro docebor. Sic foveo, voveo, iubeo, moveo, moneo declinantur. Inchoativa similiter verba tertiae coniugationis a radicibus secundae coniugationis pullulantia amphibrachum rite generabunt, ut rigeo, rigesco, tepeo tepesco, stupeo stupesco, tabeo tabesco, madeo madesco, rubeo rubesco, caleo calesco, tumeo tumesco, niteo nitesco, aceo acesco, vireo viresco. Δ. Potest ne amphibrachus a participiorum significationibus oriundus his regularum sanctionibus subiugari? M. Praeteritum et futurum participii tempus non reor refragari, ut amatus amandus, litatus litandus, necatus necandus, cavatus cavandus; sic docendus, movendus, fovendus; sic tegendus, terendus, gerendus, serendus. Δ. Amphibrachus quo accentu pronuntiatur? M. Si penultima positione longa fuerit, acuitur; ut marisca, noverca, madasca, ladasca. Quod si naturaliter penultima producitur, circumflexo accentu profertur, ut carina, catena, camera, rubeta. Δ. Qua divisionis formula famulatur? M. Cum praedictis pedibus non servat parem divisionis regulam, sed triplum condicionis incrementum contra simplum temporis detrimentum repugnat, dum arsis continet unum, et thesis ·III·

De amphimacro.

Δ. Luculentum exemplar et evidens indicium amphimacroque conveniens profer. M. Almitas, trinitas, unitas, caritas, castitas, veritas, orbitas, sanctitas, dignitas, claritas, qualitas, quantitas, densitas, lenitas, caecitas, siccitas, civitas, vilitas, largitas, vastitas, suavitas, torvitas. Solinus in collectanea rerum memorabilium de panthera — nec terreri, inquit, nisi sola oris torvitate. — Aequitas, falsitas, sanitas,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

firmitas, vanitas, paucitas, raritas. Eodem modo in plurali numero inveniuntur, ut margines, cardines, furfures, fomites, cespides, cuspides, termites, stipites, poplites, remites, murices, sandices, et similia. Ita quoque singulari pontifex, artifex, carnifex, aurifex, extipex qui et aruspex, opifex vero anapaesto conpetit. A verbis autem exempla amphimacro conpetentia prima persona invenire nequivi, nisi forte finalis syllaba authenticis inlustrium poëtarum exemplis repperitur produci. Vergilius — horrendum et dictu video miserabile monstrum. — Et alibi — teucrosque penates commendo sociis. — Sed hoc auctoritate potius quam ratione valet. Nam in ceteris personarum declinationibus amphimacrus crebro insertus annotatur, ut conglobas conglobant, ambulas ambulant, cursitas cursitant, somnias somniant, bassias bassiant. Ut Ovidius — dulce quiescenti bassia blanda dabas. — Expias expiant. Oritur et a tertia coniugatione producta in tertia persona plurali, ut farciunt, sarciunt, tinniunt, hinniunt, sopiunt, sepiunt, sanciunt, bulliunt, acciunt. A participiis nihilominus tempore praesenti gignitur, ut territans, bassians, amplians, expians, imbuens, induens, exuens, ambiens, garriens, pruriens. Δ. Amphimacrus unde vocabulum sumpsit? Quod ab utraque parte longis syllabis circumclusa brevis cingitur; nam μακρὰ longa, et macrologia longa sententia dicitur. Qua divisionis specie idem pes sequestratur? M. Amphimacrum sescupla divisione partimur, quia arsis et thesis bina et trina temporum intercapedine dirimuntur.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

De bacchio.

Δ. Dictio exempla ad pedestrem bacchii regulam pertinentia. M. Voluntas, voluptas, facultas, potestas, honestas, iuventus, senectus, et propemodum omnia nomina primae vel secundae coniugationis, quae ad amphibrachum superius accumulantes catervatim congessimus, haec eadem versa vice bacchium reformabunt in ceteris casibus, excepto nominativo, accusativo et vocativo singulari, et genitivo plurali, ut popinae, culinae, rubetae, popinas, culinas, rubetas, popinis, culinis, rubetis. Sic masculina cothurni, triumphi, tyranni, et reliqua. Eodem modo bachio concurrunt quae secuntur, ut kalendae, cathedrae, cicutae, cicadae, tiarae, tabellae, polentae, patellae, olivae, lagoenae, fenestrae, saginae, sybillae, supinae, columbae, palumbae, columnae, podagrae, Minervae, modestae, molestae, farinae. Sic et masculina, ut benigni, maligni, saligni. Vergilius — salignas umbonum crates — papyri, phaselli *, lacerti, cruenti, suelli, miselli, tribuni, gulosi, pusilli, pupilli, lupini, mariti, silari, iuvenci, caballi, coculli. Sic et neutra, ut theatri, sepulchri, flagelli, labelli, tigilli, fritilli, sacelli, macelli. Haec in genetivo quidem singulari praedictis respondent; sed nominativo, accusativo, vocativo plurali discrepant, quia in his casibus denuo ad amphibrachum redire noscuntur. Δ. Bacchius unde appellatus est? M. A Baccho qui et Dionysius vocabatur, ipse et Liber pater, unde sacra quae Libero a bacchantibus litabantur, liberalia et bacchanalia nec non et orgia nuncupari veterum antiquitas verae religionis expers decreverat.

* cod. *phaphelli*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

De quibus Vergilius — qualis, inquit, commotis excita sacris thyasis ubi audito stimulant trieterica Baccho orgia. — Idem libro VI. — illa chorum simulans Evanthis orgia —; quae graece nycthelia vocantur, id est nocturna. Unde Vergilius -- nocturnusque vocat clamore Cytheron. -- Nycticorax nocturnus corvus dicitur. Hic ergo pes in sescupla divisione est.

De palimbacchio.

Δ. Ob quam rem antibacchius vel palimbacchius dictus est? Antibacchius contrarius bacchio, sicut antitheta contraposita, et Antichristus contrarius Christo: palimbacchius vero iterum bacchius reciprocis vicibus syllaba inmutata vocari dinoscitur. Δ. Da exempla a nominibus venientia et palimbacchio conpetentia. M. Natura, fortuna, pressura, tonsura, bascauda, aurora, ut -- aurora in roseis fulgebat lutea bigis. -- Captura, foetura, matura, rasura, strictura, basterna, persona, fixura, pictura, factura, scriptura, censura, caesura, farrago, Carthago, sartago, aerugo, salsugo, ferrugo, lanugo, prurigo, uligo, caligo*, formido, fiscella, tessella, umbella, lanterna, regina, Europa, urina, formica, testudo, aulaeum, portentum, sarmentum, electrum, antiquus, argutus, cristatus quod tamen participium est sine origine verbi, ut cristatus Achilles, id est crista et cono galeatus, vittatus, versutus, cornutus, nervosus, frontosus, squamosus, exosus, barbatus, larvatus, cerritus. Unde Hieronymus -- floccipendentes, inquit, imagines umbrasque larvarum, quarum natura esse dicitur terrere parvulos, et in angulis garrire tenebrosis. -- Sic pauxillus, tantillus, taxillus, cultellus;

* Cod. calido.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quorum primitiva sunt paulus, palus, talus, tantus, culter. Δ. Da verborum regulas, quae palimbacchii legibus pariter adminiculentur. M. Conclamo, desquamo, reclamo, ieiuno, insulto, exulto, obsecro, adiuro, conrado, coniuro, periuro; ut -- et coniurati veniunt ad classica venti. -- Commendo, desudo, defendo, extendo, inpingo, depromo, exantlo id est exhaurio; nam rota putei exhaustoria anthlia vocatur; consterno, emungo, invergo, desterno, convecto, conpello, detrudo, conpungo, contundo, impendo, ulciscor, percontor, contemplor, irascor, perfungor, amplector, nanciscor, indignor, infirmor, comentor. Ita inchoativa squalesco, algesco, haeresco, frondesco, fulgesco, ignesco, turgesco, raresco, torresco, torpesco, canesco, floresco, lentesco quod Valerius a prima coniugatione ortum testatur, quod lento lentas lentat, quod raro contingit, ut amasco, lavasco, gelasco.

Sed haec de prima et tertia coniugatione particulatim deprompsimus, quandoquidem de secunda coniugatione in prima persona indicativi modi antibacchius haud facile repperiri potest, quamvis in ceteris modorum et temporum declinationibus adsciscatur. Nam a verbis quartae coniugationis, quae in dactylo superius nexuimus, palimbacchius infinitivo modo oriundus extat; ut sopire, sancire, accire, bullire, hinnire, farcire, sarcire, haurire, gestire, sepire, ambire, et cetera. Participia quoque futuri temporis praedicti pedis famulatum minime repudiant, ut recturus, mersurus, sumpturus, missurus, lecturus, acturus, visurus. Sic et passiva significatione, ut mergendus, sumendus, mittendus. At vero regendus, legendus, agendus, vivendus, amphibracho mancipan-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tur. Quaedam participia praeteriti temporis palimbacchio suppeditant, ut conpactus, infectus, mactatus, gestatus, detrusus, retortus, perpessus, depressus, adnexus, conplexus, defexus, contritus, consultus. Sed attritus et consultus et nomina sunt et participia: ubi autem regula participiorum fungantur, Vergilius declarat dicens -- et sulco attritus splendescere vomer. -- Et rursus idem -- inconsulte abeunt sedemque odere Sibyllae. -- Nomen vero est ubi dicitur -- ex totius senatus consultu decretum est. -- Et Plinius physicus -- ceterum, inquit, attritu digitorum accepta caloris anima, et reliqua. -- Δ. Quo accentu palimbacchius pronuntiatur? M. Si penultima positione producitur, acutum accentum habebit, ut devexus, congestus. Si vero naturarum decreto proteletur, circumflexa prosodia describitur, ut indutus, exutus, inbutus, obrutus, explosus, conplosus, conrosus.

De proceleumatico.

Δ. Enucleatis igitur trisyllaborum pedum regulis, operae pretium reor ut tetrasyllabos pedes, sicut praefationis ordo spopondit, examussim digeras. M. Exempla pedum sequentium cursim et particulatim propalanda censeo; siquidem de disyllabis pedibus, quorum exemplar aliquantula explanatione utcumque digessimus, praedicti tetrasyllabi pedes resupinis et reciprocis varietatum vicibus conponuntur. Denique haec sunt nomina ad proceleusmaticum pertinentia, qui pro geminata pyrrhichii vicissitudine singulariter positus duplicatum revolutionis officium et recapitulationis seriem continet, crocotula, animula, miseria, memoria, Italia quamvis per ectasin producatur, apicula, ca-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

nicula, avicula, fidicula, cuticula, crucicula, benivola, malivola, lapideus, equuleus, aculeus, itinera, facinora, pelagicus, puerulus, manipulus quod nomen in dactylico hexametro integrum non congruit, idcirco saepissime a poëtis per syncopam vocalis ·u· exploditur. Sedulius -- portantes nostro Christo veniente maniplos. -- Vergilius -- non ore soluto inmundi meminere sues iactare maniplos; -- geniculum, latibulum, patibulum. Solet etiam interdum proceleusmaticus a tertia declinatione per obliquos casus dativo et ablativo progigni, ut nemoribus, operibus, oneribus, lateribus, comitibus, segetibus, cineribus, sceleribus, pecoribus, leporibus, generibus, gracilibus, facilibus, agilibus, teretibus, veteribus, proceribus. Genera verborum concordi suffragio proceleumatici regulis obsecundare noscuntur, ut misereor, opitulor, arieto, humilio, aperio, operio, reperio, sepelio. Unde Prosper elegiaco versu non desonam protulit syllabarum regulam dicens -- fitque novus vita. -- Subiunctivus quoque tempore praeterito perfecto proceleumatico suffragatur a secunda dumtaxat vel tertia coniugatione, ut docuerim, timuerim, viguerim, habuerim, stupuerim. Ut -- sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas - Scanditur nastupu - dactylus; patuerim, latuerim, statuerim; ut -- nam statuit genitor rerum; -- rapuerim, tribuerim, metuerim, nequiverim. Nam ·e· in penultimo subiunctivi modi tempore perfecto praeterito semper corripitur, ut Prisciani auctoritas approbat. Δ. Da divisionis et partitionis qualitatem. M· Aequa discretionis formula proceleumaticus discriminatur. Idcirco arsis et thesis aequa syllabarum trutina et aequiperante temporum exagio pariter ponderabuntur, hoc est bino et bino. Δ. Quo tenore pro-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

celeumaticus profertur? M. Indirupta et inconvulsa firmitatis censura semper acuitur.

De dispondaeo.

Δ. Quae sunt nomina ad dispondaeum rite congruentia? M. Servatores, praeceptores, bellatores, oratores, pastorales, aeternales, inmortales, infelices, scrutatores, dictatores, mercatores, piscatores, regnatores, curatores, luctatores, rimatores, auditores, nutritores, venatores, vespellones id est fossarii qui corpora humant; unde Orosius -- per vespellones, inquit, in Tiberim tractum est. — Verba quoque tam praeteriti quam futuri temporis his regulis opitulantur, ut mulcaverunt, sulcaverunt, stipaverunt, sudaverunt, inlexerunt, perrexerunt. Item futuri conquassabunt, umectabunt, exanthlabunt, resultabunt, et reliqua. Sunt itidentidem nomina verbialia in ·trix· desinentia feminina, sicut masculina in ·tor· terminantur; sed feminina dispondaeo mancipantur, masculina vero correptione ultimae syllabae epitriti quarti subiectionis iugum ferre non recusant; ut indagator indagatrix, conlaudator conlaudatrix, declamator declamatrix, suffragator suffragatrix, exaltator exaltatrix, commendator commendatrix, commentator commentatrix, quod oritur a verbo commentor commentaris commentatur; unde et commentum et commentarium. Inflammatrix, insultatrix, dispensatrix, assentatrix. Unde Prosper cum de crimine adulationis loqueretur, subiunxit dicens -- lingua assentatrix vitium peccantis acervat. -- Oritur etiam a participiorum significationibus praedicti pedis regula, ut contorquentes, inpingentes, suffragantes, allegantes, retrudentes, ic-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

iunantes, exudantes, emungentes, fecundantes. Ita futuri, truncaturi, sulcaturi, surrecturi, porrecturi, summersuri, possessuri, consessuri. Δ. Da rationem accentus. M. Dispondaeus semper acuto accentu profertur, dum arsis et thesis aequali temporum discrimine dirimuntur, hoc est bis quaterno.

De diiambo.

Δ. Quae sunt nominum exempla ad iambum pertinentia? M. Haec actutum prompta depromere non me pertaesum pigebit; utpote paternitas, inormitas, iniquitas, propinquitas, fidelitas, profunditas, severitas, ferocitas, atrocitas, acerbitas, latinitas, procacitas, benignitas, cupiditas, inanitas. Verum haec nomina tertii ordinis in singulari numero secundum regulam casualis formae pentaptota esse noscuntur, plurali triptota. Item imagines, origines, hirundines, harundines, propagines, voragines. Verba similiter tempore praeterito plus quam perfecto his legibus subduntur, ut amaverant, ligaverant, necaverant, putaverant, litaverant, rigaverant, negaverant, et cetera. Δ. Quae prosodia tenoris in diiambo statuitur? M. Nomina seu verba diiambo mancipata acuuntur quidem ut dispondaeus, sed in hoc discrepare cernuntur, quod dispondaeus in penultima, diiambus vero in antepenultima acutum habebit accentum, et cetera gravabuntur.

De ditrochaeo.

Δ. Da formulas exemplorum, quibus ditrochaei regula conpetenter clarescat. M. Cartilago, cantilena, celsitudo, altitudo, gippitudo, lippitudo, longitudo,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

latitudo, fortitudo, magnitudo, crassitudo, spissitudo, aegritudo, pulchritudo, turpitudo, fortitudo, rectitudo. Haec omnia pentoptota. Excipitur cantilena quod triptotum nomen est. Item de secunda declinatione, ut publicanus, tusculanus, passerinus, anserinus, oppidanus, rusticanus, Claudianus, Hadrianus, masculinus, femininus, gaditanus, gallicanus, formicinus, Maximinus, bombycinus derivatum nomen epitheton a bombycibus, id est vermibus quos seres vulgo nuncupant, unde serica vestis lestis * filorum staminibus contexitur; ludibundus, iracundus, fraudulentus, pompulentus, corpulentus, vinolentus, merulentus, principatus, paludatus, id est paludamento indutus, sicut togatus toga vestitus dicitur. In verborum quoque modis et personarum declinationibus ditrochaeus repperitur, ut castigamus, lectitamus, inrogamus, subrogamus, clamitamus, fascinamus, pastinamus, ruminamus; ut -- ilice sub nigra pallentes ruminat herbas; -- expiamus, sauciamus, confricamus, strangulamus, sciscitamur, machinamur, praestulamur. Sic infinitivo modo fascinare, pastinare, remigare. Excipiuntur passiva et deponentia eiusdem modi, ut sciscitari, machinari, strangulari, quae in regulam epitriti secundi transire noscuntur. Interdum trochaicae legis normula a participiorum significationibus oriunda constat, ut verberandus, masticandus, calculandus, calcitrandus, dedicandus, ventilandus, vellicandus. Sic a tertia vel quarta, ut inbuendus, obruendus, exprimendus, sopiendus, sarciendus, saepiendus, sanciendus, fulciendus. Δ. Da regulam divisionis. M. Aequa ditrochaeus lance libratur, dum arsis et thesis bis ternis temporum trutinis aequiperantur. Δ. Quali accentu ditrochaeus figuratur? M. Si

* Ita cod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

penultima positione producitur, acuto accentu praenotabitur, ut adgregandus, digerandus, bassiandus. Ast vero si naturaliter penultima longa fuerit, sine ambiguo circumflectitur, ut passerinus, vulturinus, anserinus, et cetera derivativa, quae superius de primitivis congessimus.

De antespasto.

Δ. Antespasti quaeso proferantur exempla. M. Harenosus, lacertosus, querellosus, lapillosus, latebrosus, cavernosus, tenebrosus, coronatus, capillatus vel capillosus; sic venenosus, papillatus, paludatus id est paludamento togatus, catenatus, pharetratus, palumbinus, columbinus. Δ. Haec nomina seu participia cui formae casuali aptabuntur? M. Omnia pentaptota esse veterum actoritas declarat. Δ. Da exempla de personis verborum antespasto congruentia. M. Amabam amabatis, amaremus amaretis, litabamus litabatis, litarem litaretis, necabamus necabatis, necaremus necaretis; sic negabamus negabatis, favebamus favebatis, emebamus emebatis, serebamus serebatis, agebamus agebatis. Ita in ceteris modorum temporibus et personarum declinationibus eiusdem pedis formula crebro reperitur inserta, quam singillatim evolvere et universaliter enudare taedet. Nam aliter in participiorum declinationibus antespastus indagatur, tempore quidem praesenti a forma inchoativa per genetivum singularem, ut nitescens nitescentis, rubescens rubescentis, virescens virescentis, madescens madescentis, rigescens rigescentis. Sic tempore praeterito et futuro per genetivum pluralem amati amatorum, necati necatorum, litati litatorum, amandi amandorum, necandi necandorum, li-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tandi litandorum; sic docendorum, legendorum, regendorum, gerendorum. Δ. Antespastus quo accentu profertur? M. Interdum acuitur, ut tepescentis, tabescentis, acescentis. Nonnumquam vero circumflectitur, ut paludatus, palumbinus, columbinus. Harum autem rerum ratio utrum acuto an circumflexo pronuntietur, accentus positio vel natura luce clarius manifestant. Hic pro aequa divisionis specie sequestratur, dum arsis et thesis paribus temporum legibus concordant, id est ternis et ternis.

De choriambo.

Δ. Choriambus unde vocabulum sortitus est? M. Quia ex choreo et iambo simpla pedum structura in duplum geminatus constat: choreus quippe trochaeus cognomento nuncupatur. Δ. Exempla choriambo congruentia congerere, quaeso, non recuses. M. Omnipotens, ignipotens, pinnipotens, armipotens, arcitenens, caesaries, canities, progenies, esuries, planities, luxuries; ut in georgicis - luxuriem segetum tenera depascit in herba; -- temperies, segnities, calvities, ingluvies, inluvies, sinceritas, posteritas; ut illud - et sit priscorum nescia posteritas; - crudelitas, sedulitas, ebrietas, sobrietas, simplicitas, duplicitas, impietas, nobilitas, utilitas, calliditas, asperitas, virginitas. Ut Prosper in epigrammatibus - nec crucis asperitas potuit terrere volentem. -- Ex his quae tertiae declinationis sunt pentaptota certissime fiunt: quae autem quintae fuerint, ad tetraptotam formulam rediguntur. Item nomina feminini generis singulari numero carentia ad choriambum pertinentia, ut exuviae, deliciae, divitiae, inferiae, blanditiae, primitiae, insidiae, exe-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

quiae, reliquiae, excubiae, haec tetraptota sunt. Sed et nomina primae et secundae, quae ad paeonis primi regulas subterinserere explanandarum rerum necessitate constricti conabimur, choriambo rite mancipabuntur per ceteros casus utriusque numeri, exceptis nominativo accusativo et vocativo singularibus, et genetivo plurali si masculina vel feminina fuerint (neutra vero in quibusdam casibus discrepant) ut iustitia, laetitia, spurcitia, maestitia, tristitia, munditia; item purpureus, caeruleus, discipulus, egregius, legitimus: item auxilium, augurium, discidium, concilium. Oritur etiam choriambus a praedictis nominibus quae superius edidimus cum de dactylo niteremur comminisci: illius dumtaxat qui ex gero vel fero conponuntur per obliquos casus, ut paulo ante promulgamus, ut setiger setigeri, ros roris, squamiger squamigeri; sic lauiger, corniger, lucifer, umbrifer, furcifer. Δ. Hunc pedem quibus divisionum speciebus partimur? M. Aequis temporum discerniculis. Δ. Da exemplar a verborum personis diremtum. M. Secunda persona singularis numeri, et tertia pluralis, legitime declarat, ut conglomeras conglomerant, ingeminas ingeminant, praetitulas praetitulant, adceleras adcelerant, commemoras commemorant. Sic participia instantis temporis conglomerans, ingeminans, praetitulans, et cetera.

De ionico minori.

Δ. Quae nomina seu verba ionico minori conpetunt? M. Ionico minori hiuscemodi pauxillula sufficiant exempla, ut rapientes, populares, seniores, furibundi, rubicundi, verecundi, moribundi, rudibundi id est rudentes et boantes, nam ruditus proprie asellorum asi-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

norum est, ut poëta — linguaque rudenti edidit pecuale loquellas. Et quia apta se vocis occasio praebuit, non modo propter structuram pedum et rationem metrorum, verum etiam ob differentiam vocum et discretionem sonorum, non absurdum arbitror quadripedum et volucrum et reptilium voces cum generalitate pluralitatis et specialitate singularitatis subtiliter dirimere; siquidem vocis qualitatem quadripertitam esse tam philosophorum quam grammaticorum auctoritas propalavit, articulatam inarticulatam, litteratam inlitteratam; quamvis alii duas esse vocis species attestentur, hoc est articulatam et confusam; nam articulata hominum tantummodo est dicta quod articulo scribenti conprehendi possit; confusa est quae scribi non potest. Δ. Pande exempla vocis confusae de diversis rerum naturis congesta. M.

Hae sunt species vocis confusae, ut maiorum auctoritas tradidit. Nam apes ambizant vel bombizant, aquilae clangunt, anseres crinciunt vel trinsiunt, aves minnuriunt vel vernant vel vernicant, accipitres pipant vel pipilant*, anates teretissant, arietes trissitant vel blaterant, asini oncant vel rudiunt, apri frendunt, arma crepant, aes tinnit, amphora profusa bilibit, boves mugiunt vel reboant, cornices butant, cicni desistant, cicadae fretinniunt, ciconiae gratulant vel glottorant vel critalant, corvi crocitant vel croccant, caprae mucciunt, canes baubantur vel latrant vel ganniunt, catuli glattilant, cervi rugiunt, citharae sonant, canis venatica cusnitit, elephanti barriunt vel stridunt, equi hinniunt, ferae mussitant, grues gruddant vel gruunt vel grugulant, gallinae cacillant, galli cantant vel cucurriunt, galvae fringilliunt, graculi griciunt, hirundines trutissant vel trissant, hyenae hirriunt, haedi balant vel bebant,

* Cod. pli-piant.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Iuppiter tonat, ut fabulae fingunt, infantes vagiunt, leones fremunt, lynces hyrcant, lepores vagitant, lupi ululant, litora murmurant, milvi lugiunt vel vigilant vel luriunt, meruli zinzitant, mustelae dindrant, mures mintriunt vel muniunt, noctuae cucubiunt, olores drensitant, oves balant, onagri vagillant, palumbes raucitant, passeres titiant, parri tinnipant, pavi paululant, perdices cacabant, pulli et pueri pipant, pantherae chauriunt, pardi feliunt, porcelli grunniunt, porci grundiunt, ranae coaxant, sturni parsitant, sorices denticant, serpentes sibillant *, silvae strepunt, turdi soccitant vel faccilant, tigrides raccant, tubae clangiunt, tauri mugiunt, vultures pionpant, venti flant vel tremunt vel sibilant, ursi urgant vel saeviunt, vulpes eiulant, verres quiritant Item homines loquuntur, rustici iubilant, et reliqua similia. Haec genera vocum non ad ionicum pertinebunt, sed discretionis gratia prolata sunt.

* Ita cod.

Δ. Da verborum exempla ionico minori subdita. M. Sumuntur a verbis primae coniugationis, quae in tribracho edidimus, tempore futuro, ut numerabunt, rogitabunt, glomerabunt, sociabunt, temerabunt, maculabunt, dubitabunt. Sic et infinitivo tempore praesenti a passivo numerari, rogitari, glomerari, sociari. Veniunt a tertia coniugatione tempore praeterito inperfecto, veniebant, capiebant, rapiebant, poliebant, metuebant, tribuebant. Ita quoque a participiis tempore praesenti, ut numerantes, glomerantes, titulantes, polientes, statuentes, iaculantes, modulantes, spatiantes, speculantes, et reliqua. Δ. Ionicus minor cui divisioni famulatur? M. Ad duplam divisionis regulam pertinet. Δ. Dic ergo utrum arsis aut thesis in temporum distributione palmam victoriae promere-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

bitur. M. Thesis procul dubio ·IIII· temporum curricula gubernat, et arsis duorum. Δ. Unde hoc evenit? M. Quia ultima acuitur et antepenultima gravatur, ut populantes, maculantes, glomerantes, numerantes, venerantes, et omnia propemodum verba primae coniugationis quae in tribracho congessimus, cum ad participiorum significationes derivantur, ionici minoris legibus subduntur.

De ionico maiori.

Δ. Da regulas ionico minori rite congruentes. M. Clementia, sententia, concordia, discordia, prudentia, vecordia, vaesania, dementia, Germania, Saxonia, contentio, conventio, possessio, confessio, insania, infamia, confectio, defectio, refectio, protectio, virguncula, fornacula, cunabula, paupercula, matertera, matercula, maiuscula, cervicula, vulpecula, veprecula, nubecula, mercedula, ficedula. In his ·V· nominibus .e. producitur, ut Priscianus libro ·III· commentabatur. Ex his primae declinationis nomina triptota sunt in singulari, tetraptota in plurali. Quae autem de tertia declinatione ad regulam ionici maioris decerpsimus, in singulari numero pentaptota sunt, in plurali triptota. Item masculina vel communia triptota utroque numero, ut mirabilis, laudabilis, affabilis, effabilis. Vergilius — nec visu facilis nec dictu effabilis, — spectabilis, triplabilis. Sedulius — quod simplex triplicet, quodque est triplabile simplex; — ramusculus, rumusculus quod est rumoris diminutivum, fraterculus, laterculus; nam paterculus paeon secundus esse dinoscitur, maiusculus, complusculus, latrunculus, furunclus, carbunculus, lenunculus, authen-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ticus, pauxillulus, tirunculus, ranunculus, arnotinus, hornotinus, quorum primitiva sunt maior, plus, latro, fur, carbo, leno, paulus, tiro, rana, arnus, horno. Nam diminutiva diminutivorum inveniuntur, ut paulus paululus, pauxillus pauxillulus; ita agnus agniculus agnicellus agnicellulus; sic mons, et reliqua. Haec pentaptota sunt singulariter, et tetraptota pluraliter. Item neutra, ut fastidium, ludibrium. Vergilius — rapidis ludibria ventis —, plumarium, aerarium, proscenium. Vergilius — ineunt proscenia ludi —, collarium, plantarium, palmarium, quod in palma est, id est in laude victoriae, convivium, colludium, cospusculum, turpisculum, spiraculum, solacium, caenaculum, venabulum, spectaculum, mastigium, miraculum, connubium. Haec neutralia in utroque numero triptota sunt.

Δ. Da regulas verborum quae huic pedi minime refragentur. M. Elimino, ingurgito, procrastino, eradico, insignio, lascinio, exhaurio, emollio, obstetrico, ut in exodo - ut quando obstetricabitis hebraeas; - enuntio, adnuntio, congaudeo, enucleo, adsentio, consentio, inretio, praesagio, insanio, custodio, discrimino, determino, fastidio, contorqueo, resplendeo, adrideo. Ita futurum tempus eiusdem modi indicativi binas admittit personas, gaudebimus gaudebitis, mulcabimus tis, sculcabimus tis, truncabimus tis, lentabimus tis. Vergilius ante trinacria lentandus remus in unda —, quassabimus tis. Sic de tertia correpta sed tempore praesenti, conpescimus conpescitis, infindimus infinditis, adnectimus adnectitis, rescindimus rescinditis, depectimus depectitis. Ut in georgicis — velleraque ut foliis depectant tenuia Seres —. Ita infinitivo modo conpescere, infindere, adnectere, rescindere, depectere, exclude-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

re, detrudere, conradere, conrodere, inlidere, depromere, conludere, emergere, lentescere, canescere, haerescere, ut in epithalamio — mellea tunc roseis haerescunt labia labris. — Δ. Arsis et thesis quomodo vel qualiter syllabarum tempora in ionico maiore partiuntur? M. Arsis octies semis continet, et thesis quater semis, id est duplum temporis augmentum arsis usurpat, et simplum thesis gubernat, quia sunt ·IIII· contra ·II· Δ. Da regulam accentuum. M. Ionicus maior in omnibus orationum partibus acuto accentu in antepenultima titulabitur: idcirco arsis, ut diximus, geminato triumphorum tropaeo coronabitur.

De paeone primo.

Δ. Restant epitriti et paeones, quorum exemplar nondum commentando propalaveras. M. Formulas paeonis primi pedetemtim expediens nullatenus conperendinabo, cuius exempla summatim congerere nitar, ut ecclesia, iustitia, laetitia, duritia, luxuria, spurcitia, navicula, clavicula, lenticula, particula, dulcicula, adsecula, coticula, graticula, Ausonia, Arcadia, harmonia, ambrosia. Fidiculam vero reor ad proceleumaticum pertinere; cuius primitivum est fidis, ut — fretus cithara fidibusque canoris; — sic cuticulam. Omnia ista diminutiva tam penultimam quam antepenultimam corripiunt, quamvis cuticula antepenultimam producat Iuvenalis in satyris dicens — cum bibet aestivum contracta cuticula solem —; quod eum facere metri necessitas conpulit; ·IIII· enim habens dictio breves in heroico poni non aliter poterat: licet Vergilius in huiuscemodi nominibus, id est, quattuor breves habentibus, soleat proceleumaticos ponere,

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ut — labat ariete crebro —. Et — depectunt tenuia seres. – Et – genua labant. – Item masculina ad paeonem primum pertinentia, ut ponticulus, folliculus, panniculus a panno, panucula a pano, quamvis diminutivum a primitivo discrepet; fonticulus, marticulus, igniculus, testiculus, funiculus, criniculus, pisciculus, curriculus et hoc curriculum neutraliter dicitur, versiculus, flucticulus, articulus, ridiculus, aniculus, vermiculus, agniculus, fasciculus, ensiculus, cuniculus, ventriculus. Iuvenalis in I. — infra ventriculum tenui distantia rima —.

Nascuntur vero haec diminutiva aut de monosyllabis ut pons ponticulus; aut de disyllabis, ut ensis ensiculus, dulcis dulciculus. Item mobilia, purpureus, caeruleus, marmoreus, aequoreus, funereus, herculeus. Ut Iuvenalis - audiet herculeo stridentem gurgite solem -; tartareus, carbaseus, pampineus, puniceus; ut Vergilius — tota puniceo stabis suras evincta cothurno -; sanguineus, sidereus, corporeus, femineus, virgineus, populeus, aethereus, elyseus, gorgoneus. Vergilius — exin gorgoneis Allecto insecta venenis —; egregius, exiguus, praecipuus, ad siduus, inriguus, rorifluus, horrisonus, raucisonus, grandisonus, ut poëta - grandisonis pompare modis tragicoque boatu, ridiculove Geta —; quem versum imperiti et metricae artis ignari obtunsaque mentis acrimonia freti satis turpiter interpretantur - vegeta - quasi sub una orationis adserentes parte, et pendeat sensus de praelato nomine neutrali id est -- figmenta —; quod nec scandendi ratio, nec syllabarum regula consentit; siquidem .ve. coniunctio est disiunctiva, Geta vero principale et primitivum est: unde Terentius afer in Phormione sic ait — amicus summus meus et popularis Geta heri ad me venit —. Et infra — Geta pro-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

vinciam cepisti duram. — Quid si vegeta neutrale nomen esset accusativo plurali, heroicae versificationis regula vacillaret, quia semper neutra in plurali corripiunt .a. in nominativo accusativo et vocativo, ut arma virumque cano — Et — arma amycleumque canem cressamque pharetram —. Ergo non est vegeta accusativus pluralis, sed Geta ablativus singularis, qui semper in prima declinatione .a. producit in omnibus generibus, ut proretha, agonotheta, lanista, archinirata *, pirata, satrapa, rabula, athleta, psalmista, exorcista, Baptista, Agrippa.

* Ita cod.

Item feminina sica, amica, pica, rima, lima, mima, ruga, bibliotheca, umbella, libella, serula, columella, tympanistria. Ut - in medio iuvencularum tympanistriarum. - Communia, ut advena, verna, unde vernaculus, quod melius per ·b· quam per digammon scribi veterum auctoritas orthographorum testatur; quia ver, unde vernum derivativum ducitur, per ·v· constat. Verum haec nomina non ad paeonem primum pertinentia protulimus, sed ad ostendendam primae declinationis in ablativo finalitatem, ubi semper .a. producitur, ut Geta. Scanditur autem ita: - ridicu, loveGe, taseu, qualibet, arteca, nendi. Alioquin taseu non esset spondaeus sed iambus, quod heroici hexametri regula abnuit. Item neutra paeonis primi, ut concilium, augurium, supplicium, discidium, principium, servitium, vestibulum, turibulum, coniugium, auxilium, eloquium colloquium, consilium, peniculum id est spongia; unde poëta cum de patibulo Salvatoris poëmate pangeret ait — peniculo infusum calamo porrexit acetum —; ingenium, iudicium, arbitrium, imperium, solstitium, hospitium. Item caelicola, agricola, christicola, ruricola, phoebigena, troiugena, graiugena, folligena, nubigena hoc est cen-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

taurus, ut Lucanus — ixionidas centauros foeta pelithroniis nubes effundet in arvis. —

Δ. Da regulas verborum. M. Sanctifico, aedifico, vivifico, clarifico, glorifico, magnifico, mellifico, mirifico, laetifico, testificor, ludificor, polliceor, confiteor, auxilior, progredior, adstipulor, adpretior, intueor, contueor, inradio, discrucio, invigilo, conglomero, inficio, perficio, efficio, adficio, sufficio, officio, conficio, cio, interimo, conperio, advenio, invenio, deripio, eripio, invideo, admoneo, contineo, commoneo, edoceo, confugio, effugio, ingemino, delapido, dispolio, evacuo, adnumero, exsupero, adsimulo, commemoro, exacuo, retribuo, constituo, instituo, restituo, concupio, desipio, excorio, febricito, effodio, delacero, delanio, esurio, mellifico. Ita Vergilius in tetrasticis theatralibus — sic vos non vobis mellificatis apes; -- degenero, adbrevio, suppedito, quadripedo. Vergilius — quadripedante putrem cursu quatit ungula campum. — Δ. Quo pacto quave ratione dividitur paeon primus? M. Sescupla divisione dirimitur, dum caret aequa divisionis regula et dupla et tripla. Δ. Quot tempora moderatur arsis aut thesis? M. Arsis trium temporum dominatur, thesis duorum, quia antepenultima acuto profertur accentu.

De paeone secundo.

Δ. Da nomina ad paeonem secundum pertinentia. M. Potentia, frequentia, colonia, crepacula, novacula, novacula, sororcula, diecula, domuncula, laguncula, puellula, bonoria, puerpera, pecuscula. Ut Iuvencus— foveam si forte pecuscula vestra inciderit. — Item lepusculus, pedunculus, homunculus vel homuncio vel

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

homullulus aut homullus; ut Cicero: homullus ex argilla et luto fictus. Homullus ad amphibrachum pertinet. Solet etiam paeon secundus a superlativis gradibus derivari ubi geminantur ·r· vel ·l· litterae, ut acer acerrimus, vetus veterrimus. Vergilius — veterrima laurus relligione patrum multos servata per annos: — quamvis analogia exigat ut epitheta in ·r· terminantia superlativum geminata ·r· littera promantur, ut teter teterrimus, creber creberrimus: unde antiquissimi non vetus sed veter; ut Ennius — cum veter occubuit Priamus sub Marte pelasgo —; niger nigerrimus, miser miserrimus, celer celerrimus, piger pigerrimus, tener tenerrimus; ut in Basilion cautum est — quasi vermiculus ligni tenerrimus. — Nam pauper pauperrimus, et pulcher pulcherrimus ionico maiori mancipantur. Excipiuntur anomala sinistimus et dextimus, quorum primitiva sunt sinister et dexter. Unde Sallustius historiographus in iugurthino — Sylla, inquit, cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte Mallius cum funditoribus. — Nam secundum analogiam sinisterrimus et dexterrimus diceretur· Item facillimus, gracillimus, humillimus, simillimus, agillimus. Neutralia quoque in hanc regulam rediguntur, ut opusculum, maiusculum, holusculum, crepusculum, pecusculum cuius pturale iam protulimus, piaculum, periculum, silentium Nec non etiam in verborum modis et personis ac temporum declinationibus idem paeon repperitur insertus a prima coniugatione, quae in pyrrhichio digessimus; vel secunda, quae in tribracho tempore futuro, ut amabimus amabitis, beabimus beabitis, meabimus meabitis, creabimus creabitis, cavabimus cavabitis, secabimus secabitis· A secunda de activis et neutralibus, ut docebimus docebitis, stupebimus

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

stupebitis, fovebimus fovebitis, ciebimus ciebitis, rigebimus rigebitis. Passiva, communia, et deponentia utroque numero concordant, doceberis docebitur docebimur, medeberis medebitur medebimur, fateberis fatebitur fatebimur, vereberis verebitur verebimur. Sic et a forma inchoativa, sed a tempore praesenti, ut virescimus virescitis, rigescimus rigescitis, tumescimus tumescitis, madescimus madescitis, rubescimus rubescitis: ut in poëta — quem magis offendit quisquis sperando tepescit. — Participia nihilominus paeoni secundo congruere videntur in nominativo et dativo plurali genere neutro, ut videntia videntibus, vigentia vigentibus, olentia olentibus, nitentia nitentibus quae nitorem non nisum designant, litantia litantibus, micantia micantibus, luentia luentibus, fruentia fruentibus, euntia euntibus. Δ. Da divisionis legem in paeone secundo. M. Quemadmodum antecessor sescupla discretione dirimitur: arsis vero et thesis et accentus eadem temporum regula funguntur quam in paeone priore praefati sumus.

De paeone tertio.

Δ. Exempla paeonis tertii depromantur. M. Nemorosus, id est nemoribus plenus. Sic decorosus, speciosus, rabiosus, variosus id est varicibus plenus, scabiosus, generosus, macilentus, truculentus, gracilentus, faeculentus, opulentus, oriundus, moribundus, rudibundus, Palinurus, paliurus: ut illud — carduus et spinis surgat paliurus acutis —; alienus, sceleratus, galeatus, tunicatus, trabeatus, cuneatus, equitatus, peditatus, comitatus, capitalis, glacialis, specialis, generalis, lateralis, cerealis: ut cereale pa-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

paver tempus humo tegere — ; operosus, maculosus, numerosus, honerosus, animosus, populosus, spatiosus, oculosus et oculatus. Ut apocalyseos — animalia antrinsecus oculata. — Δ. Praepositorum da differentiam nominum. M. Quod omnia mobilia sunt et epitheta dicuntur, exceptis paliuro et Palinuro, et illis quae ab equite et pedite ac comite derivata protulimus; quia eques et equetus unum idemque est. Sic pedes et pedester: equitatus vero et peditatus ad numerum equitum et peditum pertinebunt. Δ. Cui formae casuali praelata nominum exempla mancipantur? M. Omnia secundae declinationis in ·us· terminata pentaptota sunt in singulari numero, tetraptota in plurali. Δ. Quae sunt verborum exempla paeoni tertio congruentia? M. Sumuntur quidem a prima et tertia coniugatione tempore praesenti et futuro indicativi modi, praesertim a verbis quae superius coaptavimus, cum de tribracho commentaremur: glomeramus glomeratis, glomerabo glomerabis glomerabit, properamus properatis, properabo properabis properabit, geminamus geminatis, bo bis bit, rogitamus tis bo bis bit, rapiemus tis, capiemus tis, poliemus tis, veniemus tis. Vergilius in bucolicis — rapidum Cretae veniemus Oaxen. — Passiva vero communia et deponentia per easdem personas passim non congruentia; sed hoc modo, iugulamur iugulentur iugulabor, veneramur venerantur venerabor, stipulamur stipulantur stipulabor, stomachamur stomachantur stomachabor. Infinitivus quoque modus in activis et neutralibus paeoni tertio mancipatur tempore praesenti et praeterito, ut stipulare stipulasse, titulare titulasse, ululare ululasse, spoliare spoliasse, temerare temerasse. Unde Proba inter poëtas clarissima in exordio Vergiliocentonis, quamvis apocrypho-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rum frivola sub specie prophetica continentis, sed tamen legitimam hexametri regulam servantis, eleganter deprompsit dicens - iam dudum temerasse duces pia foedera pacis — Scanditur ita iamdu, dumteme, rassedu, cespia, foedera pacis. Δ. Da exempla significationibus participiorum approbata. M. Praeteriti et futuri temporis participia a passivo, communi, et deponenti venientia, paeonem tertium non repudiant, ut glomeratus glomerandus, veneratus venerandus, iaculatus iaculandus, imitatus imitandus. Ut — demens perpetui qui non imitanda parentis — iura caducorum gradibus simulavit honorum. — Ab activo quoque et neutro, ut fugiturus, ruiturus, trahiturus, doliturus, domiturus. Ut in georgicis — et durum Bacchi domitura saporem; — petiturus, periturus. Δ. Paeon tertius qua discretione sequestratur? M. Sescupla divisione dirimitur, sed arsis et thesis paeoni primo et secundo reluctantur, dum arsis usurpat tempora bina, et thesis trina. Δ. Unde, rogo, ista diversitas et veluti inconveniens diaphonia nascatur, cum in praedictis. X. pedibus aequo divisionis exagio trutinantis quasi quaedam organicae modulationis melodia ita concors temporum harmonia teneatur. M. Quia paeon tertius semper acuto accentu penultimam producit, ut calamistrum, unde derivatur calamistratus epithetum; aut circumflexo, ut medicina. Paeon vero primus et secundus semper ante penultimam acuere accentum legibus compelluntur.

De paeone IIII.

Δ. Promito tandem paeonis quarti regulares exemplorum formulas. M. Strictius hunc pedem commentaturus expediam, dum plura exempli documenta uber-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tim minime suppeditent, ut humilitas, saturitas, satietas, varietas, temeritas, agilitas, facilitas, gracilitas, celeritas, viriditas, tenuitas, cupiditas, stabilitas — Ut Prosper in epigrammatibus — lex aeterna Dei stabili regit omnia nutu. — Sic stoliditas, proceritas. Nec non etiam illa nomina quae recto casu in proceleumatico superius congessimus, per genetivum huic pedi regulariter aptabuntur, fidicula fidiculae, miseria miseriae, crucicola lae, apicula lae, avicula lae, crucicula lae. Quamvis Iuvenalis auctoritas variaverit, ut supra retulimus. Coticula vero, cuius primitivum cos, paeoni primo adsciscitur versifico de aqua contradictionis—rumpuntur cotibus amnes—. Sic paeon quartus latibulum latibuli, patibulum li, manipulus li, puerulus li. At vero proceleumatico per obliquos casus genetivum et ablativum accumulantes adgregavimus, ad paeonis quarti documentum minime concurrant. Verba autem tam indicativi quam subiunctivi modi, quae in proceleumatico promulgavimus, huic regulae rite concordant tertia dumtaxat persona, ut humilio humiliant, arieto arietant; sic operiunt. Et in subiunctivo modo docuerim docuerint, tumuerim rint, statuerint, patuerint. Animadverte, quaeso, perplexam metricae artis subtilitatem: nam patuerunt indicativi modi est temporis praeteriti perfecti, ubi semper ·e· producitur; ut — pervia divisi patuerunt caerula ponti. — Scanditur pervia, divi, sipatu, erunt. Et infra — et ieiuna novum vomuerunt marmora potum. — Scanditur etie, iunano, vumvomu, erunt. Ast vero patuerunt, vomuerunt, in subiunctivo modo tempore praeterito perfecto ·e· semper fixa definitione corripitur. Δ. Dicito participiorum exemplar. M. Nulla participia, nisi praesentis tantum tempo-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ris apta paeoni quarto investigare valui a praedictis verborum significationibus ; ut arietans, humilians, sepeliens, operiens, aperiens. Quae vero in subiunctivo modo posuimus, huic regulae participiorum discrepant ; sed aut iambo mancipantur, ut docens, vigens, stupens ; aut anapaestum legitime formabunt, ut statuens, metuens, tribuens, poliens. Δ. Da rationem accentuum. M. Paeon quartus semper in antepenultima acuto pronuntiatur accentu. Ceterum in arsi tempora duo, et in thesi tria, quae per sescuplam divisionem trutinata quasi obliqua potius quam aequa discretionis lance librabuntur.

De epitrito primo.

Δ. Expositis ad liquidum et defaecatis paeonum regulis epitriti primi promulgentur exempla. M. Facultates, potestates, honestates, voluntates, voluptates, sacerdotes, puellares, novercales, maritales, theatrales, loquellares, quirinales, palatini, numantini, palumbini, columbini, tiarati, capistrati, medullati ; ut psalmigraphus — holocausta medullata offeram tibi ; — capillati, papillati, pharetrati, lapillosi, paludosi lacertosi, et propemodum omnia nomina vel derivativa vel quae sub specie participiorum numero singulari in antespato protulimus, haec eadem in plurali ad epitriti primi regulam liquido mancipabuntur. Simili modo verborum genera concordant tempore praeterito perfecto, hoc est activa tantum et neutra primae coniugationis, quae in pyrrhichio edidimus, et quae perfectum tempus in avi syllabas desinunt, haec eadem in plurali epitritum primum reformabunt, ut amavi amaverunt, rogavi rogaverunt, dicavi di-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

caverunt, piavi piaverunt, unde compositum est expiavi, volavi volaverunt, meavi meaverunt, beavi beaverunt; ut — famamque beavit gurgitis; — rotavi rotaverunt, plicavi plicaverunt, et plicui plicuerunt, utramque formam sequitur; unde compositum explicavi et explicui; ut illud — et cum conplicuisset librum — Quae vero praeteritum in ·ui· mittunt hanc refutant, ut crepo crepui, tono tonui, mico micui, frico fricui, domo domui. Nam crepuerunt, tonuerunt, micuerunt, fricuerunt, domuerunt, non epitritum primum sed ionicum minorem amplectuntur. Et notandum quod Phocas grammaticus praeteritum tempus frico fricui exposuit; Gregorius vero in tertio dialogi volumine non fricuit sed fricavit retulit dicens — faciem defuncti fricavit. — Et infra — cumque diutius fricaretur — et cetera.

Δ. Possunt ne participia huiuscemodi definitionibus epitrito primo subiugari? M· Quemadmodum significationes participiorum ab inchoativis speciebus venientes per genetivum antespati legibus patuisse iam retulimus, ita huic epitrito per dativum suffragari contestamur, ut nitescens nitescenti, rubescens rubescenti, tepescens tepescenti; sic tumescenti, fatescenti, tremescenti, calescenti, acescenti. Ita quoque futuri temporis participia a forma perfecta primae coniugationis derivata, quae in pyrrhichio digesta sunt, per omnes casus, exceptis nominativo accusativo vocativo singularibus et genetivo plurali, epitrito primo famulantur, ut litaturi litaturo litaturis litaturos· Sic amaturi, crepaturi, beaturi, meaturi, ligaturi, fricaturi, plicaturi, necaturi, negaturi, araturi. Δ. Da regulam divisionis et qualitatem prosodiae. M. Epitriti quidem praedictarum legibus divisionum minime gubernantur; et quia

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

penultima epitriti primi syllaba acuitur, in arsi procul dubio colliguntur tempora terna, et in thesi quaterna.

De epitrito II.

Δ. Partes orationum, quae epitriti secundi structuris rite obsecundent, absque conperendinatione subdantur. M. Vinitores, proditores, debitores, creditores, traditores, conditores, venditores, portitores, limitores, funditores, hoc est qui fundibulorum exertationibus duellum committunt. Ita saeculares, corporales, carcerales, cardinales, temporales, criminosi, calculosi, ponderosi, ulcerosi, cancerosi, vultuosi. Item feminina dignitates, qualitates, quantitates, vastitates, vanitates, almitates, sanitates, summitates, caecitates, densitates. Sic et cetera quae in singulari numero in amphimacro coartavimus, in plurali huic epitrito adnectentur. Verba quoque primae coniugationis activa vel neutralia, quae prima persona dactylum gignunt, eadem tempore futuro his regulis adsciscuntur in plurali numero, ut verbero verberabunt, pignero pignerabunt, foenero foenerabunt, exsulo exsulabunt, expio expiabunt, inrigo inrigabunt, reprobo reprobabunt, fascino fascinabunt; ut — quis teneros mihi fascinat agros. — Sic et ceteris coniugationibus. Sed tempore praeterito perfecto, si secundae coniugationis fuerint, ut palleo palluerunt, censeo censuerunt, caneo canuerunt, torpeo torpuerunt, horruerunt, terruerunt, floruerunt, arcuerunt, marcuerunt, languerunt. Quod si subiunctivo modo dixeris censuerint, palluerint, canuerint, procul dubio non epitrito sed choriambo copulantur. A tertia au-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

tem coniugatione tam praeterito perfecto quam inperfecto exempla suffragantur, ut eruebant eruerunt, diluebant diluerunt, obruebant obruerunt, diruebant diruerunt, adferebant adtulerunt, conferebant contulerunt. Participia quoque trium temporum ab activis dumtaxat et communibus venientia non discrepant, ut dedicati dedicandi, strangulati strangulandi strangulantes, pastinati pastinandi pastinantes, osculati osculandi osculantes. Ita a tertia vel quarta absque praeterito, ut conterentes conterendi, inserentes inserendi, diluentes diluendi. Arsis vero et thesis epitriti secundi tempora haud secus dirimere noscuntur quam primi.

De epitrito III.

Δ. Exempla nominum, quae epitrito tertio regulariter adminiculentur, in propatulo promulgata quaeso nullatenus delitescant. M. Divinitas, vicinitas, aequalitas, finalitas, felicitas, maturitas, aeternitas, inpunitas. Eusebius in chronicis — ob asyli inpunitatem magna Romulo multitudo coniungitur; — crudelitas, audacitas, inmanitas, humanitas, obscenitas, obscuritas, moralitas, antiquitas, velocitas, infirmitas, deformitas, fecunditas, urbanitas, adfinitas, pluralitas, vivacitas, fraternitas, germanitas. Sunt praeterea nomina in plurali numero huius epitriti formis famulantia, ut fuligines *, prurigines, sartagines, caligines, ferrugines, testudines, uligines. Verum haec et superiora singulariter pentaptotam sequuntur regulam, et pluraliter triptotam. Δ. Haec exempla queunt in verborum declinationibus reperiri nec ne? M. Equidem reor a tertia coniugatione subiunctivo et optati-

* Cod. *fal.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

vo modo epitritum tertium derivari, ut emungerent, excuterent, retruderent, rarescerent, vilescerent, lentescerent, squalescerent, ignoscerent, depromerent, depecterent, conecterent. Δ. Quare prima et secunda coniugatio per hanc personarum in subiunctivo modo epitrito tertio minime congruunt? M. Quod utrarumque verba coniugationum in praedicto modo tempore praeterito inperfecto loco penultimo producuntur, ut macerarent, lacerarent; item maderent, vigerent, squalerent. Nam utrasque coniugationes imperativus producit, quae res penultimas praedictorum syllabas verborum correptas fore nequaquam patitur. Δ. Arsis et thesis quibus discriminibus alternatim temporum particula sequestrant? M. Modo arsis temporum tropaeo triumphat dum octies semis gubernat; thesis vero versa vice sexies semis usurpat; et quae prius in praecedentibus epitritis arsis subiugando victrix extiterat, nunc demum in succedentibus idem serviliter mancipando et enerviter cedendo succumbit. Δ. Operae pretium est ut manifestandarum rerum gratia replices unde hoc constare credatur. M. Nempe hoc prosodiae causa contingere solet, quia hic epitritus de quo in praesentiarum parumper comminisci nitimur, in antepenultima acuto proferatur accentu, sicut praecessor penultima.

De epitrito quarto.

Δ. Regulas ex partibus orationum quae epitriti legibus congruant quantocius depromito. M. Constantius, Marcellinus Saturninus, cancellatus, fortunatus, contignatus, aerumnosus, libertinus, conlibertus, Augustinus, Caelestinus, crystallinus, smaragdinus. Haec

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

denique tam propria quam appellativa in singulari numero pentaptota sunt: appellativa vero pluraliter tetraptota: item neutra utroque numero triptota; ut fundamentum, sacramentum, iuramentum, spiramentum. Vergilius in ·VIII· — spiramenta animae lethali vulnere rupit —; salsamentum, atramentum, purgamentum, firmamentum, nutrimentum, fulcimentum, ornamentum, ostimentum, armamentum. Locus vero receptaculi quo armamenta reconduntur armamentarium nuncupatur, quod ad nauclerios proretasque pertinet. Nam arma unius militis armatura, aut totius expeditionis: armentum quod armentarius, seu bobulcus procurat. Δ. Uberrimis argumentorum indiciis mihi patenter enucleare precor quid sit quod inlustris grammaticae artis commentator, praepositiones inquit aut verba corrumpunt aut ipsae corrumpuntur. M. Haec sententia triplices continere regulas dinoscitur, quae tamen quadripertita figurarum ratione colliguntur. Δ. Hac responsione ut arbitror non est interrogationis nodus patenter solutus, sed veluti panucula quaestionis involuta. M. Tripertita, ut diximus, praepositionum definitio huiuscemodi differentia colligitur, aut ipsae praepositiones corrumpuntur, ut accedo, succedo, oppono, appono; aut ceteras orationum partes quibus praepositae fuerint corrumpunt, et ipsae incorruptae permanent, ut quaero, exquiro, inquiro, requiro, et frango, confringo, infringo, spargo, dispergo, sparsi, dispersi: aut certe altrinsecus corrumpuntur, id est tam praepositio quam ceterae orationis partes, quae praepositionibus ritu figurae conpositae successerint, ut corripio, coërceo, corrigo, sinciput, occiput.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Δ. Da praepositiones quae corrumpant ceteras partes, vel quae acceptis reliquis partibus corrumpantur. M. Ex, ad, ob, in, sub, trans, con, circum, ante. Ex praepositio interdum ·x· litteram aut in ·f· commutat, ut effringo, effugio, effluo, effundo, effatur, effabilis, ferus efferus, frenatus effrenatus, facio efficio, factus effectus efficax: aut ex integra manet subnexa. Corrumpuntur, ut aestimo, existimo, carpo excerpo, quaero exquiro, arceo exerceo, cado excido, effodio, effodio, effossus. Aut omnino eadem littera carebit, ut evenio evenit, egero egessi, egredior egressus, emano emanavi, elicio elicui, elimino eliminavi, elido elisi, enarro enarravi, enucleo enucleavi. Ad praepositio saepe finalem ·d· litteram in eandem convertit litteram, a qua sequens orationis inchoat pars, ut cedo accedo accessi non adcessi, accommodo, accolo, accipio, accepto, acciugo, accumulo; ut — accumulant quorum famam lausdesque poëtae —, accubo, accubitus; ut — cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. — Cantus, accepta praepositione ad, utrimque corrumpitur; ut accentus, qui graece prosodia nuncupatur. Sic eadem ·d· littera in ·t· transmutatur, ut Lucius Anneus Seneca in sexto volumine tetrametro brachycatalecto sic ait - geminumque duplices Argos attollit domus. — Et infra — dubia labat cervice, famuli attollite. — Attuli, attero attrivi attritus. Vergilius in georgicis — saepe etiam in duris errando cotibus alas attrivere —. In ·p· interdum transit, ut appono apposui, appareo, approbo, appello, applico. Nonnumquam vero in ·l· mutatur, laedo allido allisi, ligo alligo alligavi, allicio allecto allegatio. Solvitur et in ·r· ut arripio arripui, cui simplex est rapio, sed accepta praepositione ·ad· neutra

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

pars corruptione carebit, arreptus arrepticius, arrigo arrexi, arrogo arrogans arrogantia. Transit et in ·n·, ut anno quemadmodum in proverbiis inconstantis et lubrici passivus notatur obtutus — annuit oculis, terit pede —. Vergilius in decimo — annuit et totum nutu tremefecit olympum. — Mutatur nihilominus in ·f· semivocalem afflatus, effectus, affixus, affabilis, afflatus. Ut — angelicis tremefacta minis affatur asella.— Solvitur in ·g· mutam, ut aggrego, aggredior aggressus, aggero aggestus. Unde aggerem aggestis de fossato sablonibus et collectis in cumulum glareis dici etymologia declarat, sicut congeriem a congerendo. Transit aliquoties in ·m· ut ammoneo ammonitus, amminiculor amminiculabor amminiculum.

Sub praepositio utriusque casus interdum ·b· litteram admittens, in eam convertitur qua sequens oritur vocabulum seu verbum; aut ex corrupto et integro partem orationis conponit, ut suffulcio suffultus, suffodio, suppono supposituria *, suggestio suggero suggessit. Vergilius in ·X· — suggere tela mihi —. Suffero suffert, ut — beatus vir qui suffert temptationes —. Suffusio, ut — cui oculorum suffusio — quam Graeci glaucoma dicunt. Summoveo summotus, succubo succubui, successus succedo successi. Vergilius — Mezentius ardens succedit pugnae —. Succurro, succedo, succingo, succresco succrevi, plico supplico, puto supputo, peto suppeto. Aut certe ex duobus corruptis, ut supprimo, sustineo, sufficio, suscipio, quorum primitiva integra sunt sub et premo, facio, capio; sed in conpositione figurarum ·b· e· a· in alios litterarum characteres vertuntur. Verumtamen haec verba tempore perfecto et plus quam perfecto ex corruptis et integris

* Ita cod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

conponuntur, ut suppressi suppresseram, sustinui sustinueram, suffeci suffeceram, suscepi susceperam.

Ob praepositio accusativi casus plerumque ·b· mutat in eam conversa literam quae sequentem inchoat orationis particulam, ut peto appeto; ut — Troiae sub moenibus altis contigit oppetere —. Oppono opposui, occumbo occubui, cado occido quod est patientis et agentis, ut ruo: ommutesco ommutui, officio offeci id est nocui, offero obtuli. Ad statum pristinum reversa, offulcio offulsi, offusco offuscavi, offuit, offendit, occurrit, occalluit. In praepositio interdum .n. litteram in .m. commutat, ut pius pietas, impius impietas, improbus improbitas, imploro. Cicero in libro * ·XV· omnes imploro et obtestor — Immunis, immunitas, immanis, immanitas, impunitas· Augustinus afer - nihil est infelicius felicitate peccantum, quo poenalis nutritur impunitas -. Imbuo imbutus immortalis. Aut ipsa praepositione integra cohaerentia corrumpuntur, ut salsus impulsus, sapiens insipiens, aptus ineptus, castus incestus. Vergilius — in thalamos ausum incestare novercae —. Facio inficio, capio incipio, amicus inimicus, aequus iniquus, quaero inquiro, partior inpertior, armatus inermis, barbatus inberbis, damnatus indemnis. Con praepositio aut ipsa in conpositione corrumpitur, ut commoveo, commercium, meo commeo, meatus commeatus, corroboro corruo, corrumpo, colloquor colloquium, collega collegium, collectio, collectanea, colludium: aut accedentes orationum partes corrumpit, ipsa manente integra, fateor confiteor confessus, gradior congredior congressus, cantus concentus, scando conscendo, statuo constituo, cano concino, iacio conicio; ut — princeps ardentem coniecit lampada Turnus —. Cado concido; ut — quare concidit vultus tuus —,

* Id est *oratione.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

taceo conticeo ; ut — conticuere omnes intentique ora tenebant — ; unde incohativum conticesco ; genetrice Samuhelis vaticinante — et impii in tenebris conticescent — ; teneo contineo , tango contingo , calco conculco , facio conficio , capio concipio , quaero conquiro , quaestio conquisitio. Nam queror deponens corripitur. Unde querella querimonia derivatur; sicut in historia ecclesiastica cautum est — omnes querimoniarum libros iussit incendi —. Seu utraque corrumpuntur , videlicet tam praepositio quam subiecta pars ut rapio corripio , mando commendo , plector complector. Cicero libro ·XIII· — nullo modo possum aut memoria consequi aut oratione conplecti —. Laedo collido collisio. Unde poëta — vix tamen effugi totis collisa medullis — ; rego corrigo , lego colligo. Interdum vero eadem ·con· praepositio ·n· litteram non corrumpit , sed omnino amittit ; si sequens pars a vocali inchoat , ut aeternus coaeternus , coaevus coaetaneus , coepiscopus , coacervo , coarto — et angelus Domini coartans eos —. Lactantius ad Demetrianum — et levi , inquit , et non coarto spiritu quoties volumus efficitur vox. Occipio ; Terentius in Adelphis — recte aedepol spero modo dolores meatu occipiunt —. Caput occiput sinciput , ex duobus corruptis id est semis caput.

In praepositio corrumpit verba , ut facio , inficio , capio incipio , gradior congredior : partior inpertior. Ut Tullius Cicero Lucanus libro ·X· — Atque opifex rerum certo sub iure coërcet — . Cohibeo , coaequo , coalesco vel inolesco. Vergilius - udoque docent inolescere libro· — Ago per synalipham cogo , ut nolo malo , quod in praeterito manifestius liquet coëgi. Re praepositio aut subnexas orationum

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

partes corrumpit, et ipsa detrimentum non patitur, ut salio resilio. Prosper in epigrammatibus — si resilit, misero deget in exilio -. Capio recipio captio receptio captus receptus, sapio resipio resipisco, facio reficio, factus refectus, cano recino, gradior regredior, statuo restituo, statutus restitutus, quaero requiro, teneo retineo, taceo reticeo, premo reprimo, spargo respargo. Aut eadem ·re· praepositio si ad verba a vocalibus incipientia accesserit, ·d· litteram crebro adsumit, ut emo, redimo, emptio redemptio, emptus redemptus, arguo redarguo, ago redigo, actus redactus, undo redundo; ut — omnia flumina exeunt in mare, et mare non redundat —. Eo redeo reditus, euntes redeuntes, iturus rediturus, redintegro, redhibeo redhibitio, oleo redoleo, olere redolere redolentes. Vergilius — et olentia Medi ora fovent illo —. Si vero a digamma verba incipient, id est ·u· loco consonantis posita, ·d· litteram praedicta repudiat praepositio, ut revertor revolvo revinco.

Trans praepositio interdum ·n· et ·s· perdit, ut traductus traducit; ut - noluit eam traducere. - Augustinus libro ·XX· civitatis Dei — etiamsi eos, inquit, per haec ad sua traducere non potuerint -, et cetera; traiectus traiecit. Vergilius in ·X· — tum Pallas biiugis fugientem Rhetea praeter traicit —. Trano tranas tranat, cuius simplicia sunt trans et no nas nat monosyllaba. Vergilius — sub nubibus atris strymoniae dant signa grues atque aethera tranant —. Solinus quoque in collectanea rerum de cervis — si maria, inquit, tranent, non aspectu petunt litora sed olfactu —. Circum praepositio aliquoties amittit cum, ut circuitus. Sic ante praepositio ·e· in ·i· commutat, ut anticipo, psalmigrapho adstipulante, ut — antici-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

paverunt oculi mei vigilias —. Dis praepositio interdum ·s· litteram in conpositione perdit, ut diluto dilusus, dilanio, diluo, dilabor dilapsus; ut — foveam dilapsus in atram —, dilancino dilancinatus. Idem Solinus de leontophono bestia ait — morsu quidem abstinent sed dilancinatas exanimant pedum nisibus. — Quod si ·s· littera in principio verbi ponatur, eadem praepositio non perdit ·s·, ut disspolio, dissolvo, dissero. Interdum ·s· in ·f· mutatur, ut fido diffido diffidentia, fero differo, differentia, fundo diffundo. Vergilius in ·X· — undantique animam diffundit in arma cruore —. Unde Iulius Solinus in collectanea rerum memorabilium ait — idque in centum viginti milia passuum diffundi, qui fidem advenarum ratiocinati sunt, aestimaverunt —. Facultas difficultas, ut idem Solinus — multisque difficultatibus fatigatus rhiphaeis se iugis adnectit —. Facilis difficilis tam praepositione corrupta quam nomine: sequentibus autem ·c· p· t. dis praepositio integra manet, ut cerno discerno discerniculum, crepo discrepo, curro discurro, calcio discalcio, credo discredo, cingo discingo: placeo displiceo placuit displicuit, ·a· corrupta in ·i· mutata: puto disputo, perdo disperdo, pono dispono, tendo distendo, tribuo distribuo, traho distraho, tingo distingo, pecto dispecto id est pectino, pendo dispendo.

Sunt aliae praepositiones quae similiter in conpositione figurarum conrumpunt adnexas orationum partes, ut ·per· prae· pro· de· re·, ut perficio, praecipio, proficio, decipio, rapio deripio. Vergilius — tergora deripiunt costis —. Paro separo, cerno secerno, pono repono, cedo secedo, cubo secubo, duco reduco, cado decido, ut folium eius non decidit --. Et alibi — aruit foenum et flos decidit —. Patior perpetior, pas-

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

sus perpessus, et cetera similia. Δ. Tripertitam praepositionis regulam cum quadrifaria figurarum conpositione velut quoddam atrae caliginis chaos adhibitis documentorum laternis luculente inlustrasti; restat ut omissa praepositione et conpositione, positionis tamen elevationisque tempora epitrito quarto congruentia regulariter edisseras. M. Epitriti quidem non serviunt divisionibus, cum tamen in epitrito quarto arsis anticipat tempora quaterna, et thesis terna. Δ. Lex prosodiae promulgetur. M. Epitritus quartus si penultima positione longa fuerit, acuto pronuntiatur accentu, ut hostimentum, id est aequamentum vel exagium trutinae. Si vero penultima naturarum legibus protelabitur, absque scrupulosa ambiguitate circumflexo proferatur accentu, ut contignatus fortunatus.

De prosodia.

Prosodia est signum sermonis iter rectum faciens legenti. Sunt autem prosodiae decem, acutus, gravis, circumflexus, longa, brevis, dasia, psile, apostrophus, hyphen, hypodiastole. Dividuntur autem haec in ·IIII, in tonos, in tempora, in respirationes, in passiones. Tonus autem aut pertrahitur, aut attrahitur, aut medietas syllabae bonam vocem habens. Toni sunt tres, acutus, gravis, circumflexus. Acutus tonus est nota per oblicum ascendens in dexteram partem, ut pax, pix, nux. Gravis est a summo in dexteram partem descendens, ut est homo, bonus, parvus. Circumflexus est nota de acuta et gravi facta ut est môeta, musa, côepi. Tempus est significatio extensionis sive contractionis, invisibilia discernens. Tempora sunt duo, longum et breve. Longum est significatio productae litterae vocalis; ut est — arma virumque cano Troiae

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

qui primus ab oris. Breve est significatio correptae vocalis, ut est – ingens * acutus carmina nostra canunt –. Spiritus est productio vocis quae aut citata aut lenis de ore profertur. Spiritus sunt duo dasia et psile. Dasia est qualitas syllabae iuxta sonitum spirantis, ut est homo, habitans, habens. Psile est qualitas syllabae quae iuxta extremitatem labiorum profertur, ut orator adiit orare. Passio est vox passibilis coniuncta et unita et divisibilia discernens. Passiones sunt ·III·, apostrophos, hyphen, hypodiastole. Apostrophos est signum extritae vocalis unius aut duarum, quos non habent Latini sed Graeci. Hyphen est coniunctio dictionis ex duabus perfectis imperfectisve compositae, ut est lucifer, unigenitus primogenitus. Hypodiastole est divisio compositarum litterarum propter ambiguitates, ut est – viridique in litore conspicitur sus — Ut non erret qui legat, ne prorsus ursum legat. Acutus loca habet tria, quomodo dicunt Graeci, Latini duo, penultimam, antepenultimam. Penultima nomen est ante unam syllabam a fine habens accentum, ut árma órna, hónus. Antepenultima est nomen ante duas syllabas habens a fine accentum, ut est Basílius, Gregórius, Bobátius. Circumflexus nomen est loca habens duo, sicut dicunt Graeci, Latini autem unum· Circumflexus nomen est ante unam syllabam a fine habens accentum, caelum caelorum. Tempora ponuntur in vocalibus litteris, ubi producuntur vel corripiuntur, ut est nihil, amnis, flamina, munus. Spiritus ponitur initio vocalium litterarum, rarius in medio, ut est huius, traho, inruho. Apostrophus ponitur supra, sicut diximus, quo non utuntur Latini sed Graeci. Hyphen ponitur infra ad dexteram partem, ut est suburbanus· Hypodiastole ponitur infra contrarietate hyphen, ut est Constantinopolis.

* marg. *ingente.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Enucleatis igitur grammaticorum regulis et metrorum pedibus, qui septies, ut iam promulgavimus, quaternario concluduntur laterculo, operae pretium arbitror ut multimodas alternantes synzugiae replicationes, quae rhetoricis mancipantur disciplinis, stimulo festinationis conpulsi praeterire studeamus; quarum vocabula haec esse noscuntur, proxilius, diprolius (1), diopros, trampus, cribussus, namprossimalus, phymarus, atrorbus, rivatus, pranulus, linuatus, machaus, matrimus, phynulus, febrinus. Hii sunt proprie rhetorum pedes, qui quaternarum mensuram syllabarum transeuntes a metricis magnopere spreti repudiantur: siquidem proxilius ex tribus longis et tribus brevibus constans huiuscemodi schematibus conponitur, ut ---*vvv*. Diplodius vero versa vice ex tribus brevibus et tribus longis constat tali figura *vvv* ---. Diopros autem et trampus reciproca duarum syllabarum alternatione variantur, utpote -- *vvvv*; et iterum *vvvv* --. Sic et ceteri synzugiarum pedes huiusmodi praeposteris vicissitudinum ordinibus alternare noscuntur. Constat praeterea nomen synzugiae serviens figurae conpositae, quod in genetivo plurali novem syllabarum et ·XX· litterarum esse deprehenditur, ut constantinopolitanus, si dicatur pontifex constantinopolitanus, et genetivo pontificum constantinopolitanorum.

Appropinquante iam stili termino, o reverentissime fili, subnixis precibus satagens velut flexis genuum poplitibus suppliciter inploro, ut hoc opusculum, quo manifestissime declaratur quod tua sagaci eruditione non livescam, et strenua instructione non tabescam, contra omnes aemulorum catapultas et venenata garrulo-

(1) Ita cod. At infra *diplodius*.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

rum iacula, quae de pharetra obliqui livoris plerumque intorquere nituntur, inexpugnabilis metrorum pelta et grammaticorum parma protegere digneris, meique laboris industriam, si voti compotem summus olympi regnator effecerit, tanto velim devotae mentis affectum ostendens, enixius mireris et uberius venereris, ut hoc sit quaedam fessae menti rata reconpensationis portio, ac oblata remunerationis vicissitudo, quanto constat neminem nostrae stirpis prosapia genitum, et germanicae gentis cunabulis confotum, in huiuscemodi negotio ante nostram mediocritatem tantopere desudasse (1), propriorumque argumenta ingeniorum iuxta metricae artis disciplinam, litterarum textum tradidisse: praesertim inter tot tantosque saecularium rerum tumultuantes strepitus constitutum, et ecclesiastica pastoralis curae sollicitudine depressum, quibus mens meticulosa ac scrupulosa quasi quodam artissimo catenarum repagulo constringitur. Non enim hoc proferendo horrendis superciliorum iaculis me vulnerandum arbitror, neque dirissimae elationis turgidae phalarica confixum perhorresco, si paulisper de gratuita divini muneris gratia, quae singulis quibusque non meritorum praecurrentium praerogativa, sed caelestis beneficii munificentia confertur fretus Domino glorier. Siquidem inlustris ille qui dicebat — primus ego in patriam, mecum modo vita supersit, aonio rediens deducam vertice musas; primus idumaeas referam tibi Mantua palmas —; et longiuscule idem poëta infra prosequitur — iuvat, inquit, ire iugis qua nulla priorum castalium ut molli devertitur orbita clivo —; hoc, inquam, ille versificans significari voluit, nullum ante

(1) Merito igitur aiebat Camdenus primum Aldhelmum gentiles suos metricam artem docuisse.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

se Latinorum georgica Romuli descripsisse, quamvis Hesiodus et Homerus et ceteri Graeci disertitudinis facundia freti, et argolicae urbanitatis privilegio praediti quadrifariam agriculturam lingua pelasga deprompserint.

Denique prius quam sermo supremus conpetenti calculo terminetur, paterna sollicitudine coactus, quae solet natorum commodis consulere, commoneo ut ea quae difficillima sudoris et laboris industria, ac si gravi sarcina oppressus dictando descripseram, sine sudoris et laboris contritione rimanda et recensenda nullatenus spernendo contemnas, ac solertis ingenii gratiam prae ceteris contribulibus et coaetaneis tibi divinitus collatam torpentis otii segnitie squalescere patiaris. Et absurdum nempe arbitror si te pertaesum sit affabiliter investigando et ventilando percurrere, quod me pertaesum non fuit difficulter commentando et coacervando digerere, si illud inquam te pigeat velut insolescentem ac delicatum paulatim masticare ac ruminare, quod me non piguit, utpote pistoris pinsentis officio functum commolere et tollere. Quamvis ergo mundanae dispensationis curis, velut scopulis refluis algarum inlisionibus et undarum circumlatrantium vorticibus, fatigatus populorum frena conmissorum moderando gubernes, nequaquam tamen huius rei gratia praepeditus melliflua divinarum studia scripturarum neglegenda, et sub huiusmodi occasionis praetextu parvi pendenda ducas.

Nam inclytus ille Theodosius, ut prisca veterum opuscula produnt, qui totius propemodum mundi gubernans monarchiam maritabatur * et regali bus florentis imperii sceptris undecies labente annorum circulo feliciter fungebatur, cotidiani sumptus alimoniam

* Ita cod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

et corporeae sustentationis edulium, in quibus mortalium vivacitas vescitur, in praecelso potestatis culmine antiquarii scriptoris mercimonia indemptus est, malens scripturarum emolumento litterarum carnalis vitae nutrimenta per laboris exercitium adipisci, quam inertis desidiae torpore tabescens gratuitis epularum deliciis saginari. Unde etiam cum Prisciani grammatici ·XVIII· volumina, qui romanae lumen facundiae vocabatur, propriis palmarum digitulis calce tenus digesta describeret, inauditam antecessoribus et inexpertam praeteritis saeculorum imperatoribus promulgabat sententiam; posteris, ut reor, exemplum industriae derelinquens. Ego, inquit, Theodosius totius orbis imperator inter curas palatii hoc volumen propria manu descripsi, et cetera. Propterea caelestis tubae clangor et supernae salpicis clasisca concrepuerunt dicentis — non recedat liber legis de ore tuo, et meditaberis in ea die ac nocte —. Idcirco in omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis. Quae est enim labentis mundi prosperitas, aut fallentis vitae felicitas? Nonne simillima conlatione ut somnium evanescit, ut fumus fatescit, ut spuma marcescit? Divitiae, inquit psalmigraphus si adfuerint, nolite cor adponere. Utinam nobis praesentium rerum possessio non sit futurorum remuneratio! caducarum copia, secutarum non sit inopia! Utinam lenocinantis mundi oblectamenta, aeternae beatitudinis non gignant detrimenta! Quin potius transacto fragilis vitae intervallo succedant, suffragante Christo, perpetua praemia meritorum! Quod ipse praestare dignetur, qui pro nobis in patibulo pependit, cum aeterno Patre vivens ac regnans cum Spiritu sancto per infinita semper saecula saeculorum. Amen.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

DE TRIBUS PAPYRIS AEGYPTIACIS GRAECE SCRIPTIS.

Ante quam huic volumini finem imponerem, commode accidit, ut tres ptolemaici temporis papyri, ex Aegypto allatae, in manus meas inciderent, quas pretio comparatas in vaticanam intuli bibliothecam. Scriptura haud valde lectu difficilis, rei natura sincera et indubitabilis, siquis certe vel brevi intuitu has papyros vetustate detritas, et genuinas litterarum formas aspiciet. Ego vero vix paucis horis in hac lectione consumptis, nec omnia verba propter papyri damna et quasdam obscuritates legi, neque magnopere in re tali desidendum putavi. Primae scripturae argumentum est epistola Dionysii ad Hephaestionem fatrem, qui magnis elapsus periculis ad genitale solum redierat, neque tamen in carorum suorum conspectum adhuc venerat. Secundae tertiaeque scripturae auctor est Ptolemaeus ille Glauciae filius, cuius tum in hoc volumine, tum in quarto, supplices alios libellos edidi. Papyri utriusque exile ineptumque argumentum est, cuiusmodi scripturarum aegyptiacarum esse solet, quaedam scilicet expostulatio hominis qui demensum suum rite non acceperat.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

I

Διονύσιος Ἡφαιστίωνι τῷ ἀδελφῷ χαίρειν.

Εἰ ἐρρωμένῳ σοι τἆλλα κατὰ λόγον ἀπαντᾷ, εἰμὶ ἂν ὡς βούλομαι, καὶ αὐτὸς δ' ὑγιαίνων (a) καὶ εὐδαιμονῶν (b), καὶ τὰ παιδία καὶ Ἰσιὰς καὶ τὸ παιδίον σου καὶ οἱ ἐν οἴκῳ πάντες. Κομισάμενος τὴν παρά σου ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ διέγραφες διασεσῶσθαι ἐκ (c) μεγάλων κινδύνων, καὶ εἶναι ἐν κατοχῇ, ἐπὶ μὲν τῷ ἐρρῶσθαι σε τοῖς θεοῖς ἐπευχαρίστου· ἠβουλόμην δὲ καί σε παραγεγονέναι εἰς τὴν πόλιν, καθάπερ καὶ Κόνων καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἀπειλημ . . . νότες ο . . Καὶ ἡ Ἰσιὰς (d) τοῦ παιδίου σου εἰς τὰ ἔσχατα ἐληλυθότος διασεσωκυῖα αὐτὸν ἐκ παντὸς τρόπου, ἔτι δὲ καὶ τοιούτους καιροὺς ἀνηντληκυία, νῦν γε ἰδοῦσα σε τύχῃ τινὸς ἀναψυχῆς· οὐ γὰρ πάντως δεῖ στενῶς ἐπαναγαγόντα σε περιμένειν ἕως τοῦ πορίσαι τι καὶ κατενεγκεῖν· ἀλλὰ πᾶς τις πειρᾶται ὁπηνίκα ἐκ κινδύνων διασωθῇ, ταχέως παραγενέσθαι καὶ ἀσπάζεσθαι τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδία καὶ τοὺς φίλους· καλῶς οὖν ποιήσεις, εἴπερ μὴ καὶ ἀναγκαιότερόν τι πε-

(a) Pap. υγιαινον. (b) Pap. videtur ευδαιμονης. (c) Pap. εγ.
(d) Ita videtur in pap.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ρισπᾷ, συντόμως πειραθεὶς παραγενέσθαι, καὶ τοῦ σώματος ἐπιμελόμενος, ἵν' ὑγιαίνῃς· ἔῤῥωσο. Lβ ἐπεφὶ (1) α̅.

Retro

Ἡφαιςίωνι.

II

Σαραπίωνι τῶν διαδόχων καὶ ὑποδιοικητῇ παρὰ Πτολεμαίου μακεδόνος τοῦ ὄντος ἐν κατοχῇ ἐν τῷ μεγάλῳ σαραπιείῳ τοῦτο ἔτος ια̅.

Καὶ τῶν διδύμων ἐντυχόντων ἡμῶν σοι ἔτι πρότερον ὑπὲρ τῶν ὀφειλομένων πρὸς τὴν σύνταξιν τοῦ ιηL ἐκ τοῦ σαραπιείου ὀλύρων ιρξ (a), ἀφ' ὧν δεδόσθαι μηνῶν ς, εἰς δὲ τὸ ιθ̅, ς̅ μηνὸς, κL μηθὲν εἰληφέναι, συνέταξας καθ' ἣν ἔχεις εἰς τὸ θεῖον εὐσέβειαν ἀποδοῦναι· ὅθεν καὶ γράψαι Με(σομή)δην τὸν ἐπιμελητὴν Ψιντάκτι ἀποδοῦναι τά τε προγεγραμμένα· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν γινομένην ἐκ τοῦ ἀσκληπιείου· καὶ εἰς τὸ λοιπὸν εὐτάκτως ἀπαρτιζώμεθα ἀκολούθως τοῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων

(a) Prima nota similis quodammodo in papyro huic ιρ est, significatque fortasse modium aut aliud mensurae aridorum genus.

(1) Ἐπεφὶ est iunius mensis.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ὑποκειμένοις· ἐπεὶ οὖν οὐδ' ἕως τοῦ νῦν γέγονεν ἡμῖν ἡ ἀπόδοσις, τόν τε βασιλέα πλειονάκις δι' ἐντεύξεων παρηνωχλήκαμεν, ἔτι δὲ καὶ τὸν Φεριτ . . καί σε, συστήσαντός σοι τὸ παρ' ἡμῶν παιδάριον ἐν τῷ ἱερῷ· ἀξιοῦμεν σε καὶ ἐν τούτοις ἡμῖν συνεργήσαντα συντάξαι ἐπιστρεφέστερον ἀποδοῦναι ἡμῖν τὰ προγεγραμμένα, ὅπως δυνώμεθα τὰς ἐν τῷ ἱερῷ λειτουργίας . . . ἀνακαλέσασθαι δὲ ἀμ(είβ)ειν τὸν διαδεχόμενον αὐτὸν ὅπως ἀπροφάσιστα ᾖ. Εὐτύχει.

III

Σαραπίωνι τῶν διαδόχων καὶ ὑποδιοικητῇ παρὰ Πτολεμαίου τοῦ Γλαυκίου μακεδόνος τοῦ . . . ος τῶν ἐν τῷ μεγάλῳ σαραπιείῳ δι-δύμων, ὄντος δὲ ἐν κατοχῇ ἔτος ἤδη ἑνδέκατον . . . τῶν δυδύμων Ταύητος καὶ Τάουτος.

Προσοφειλομένων ἡμῖν πρὸς τὴν γινομένην συνταξιν ὀλυρίνης πρὸς μὲν τὸ ιηL τῆς θερινῆς ἑξαμήνου, καὶ τοῦ ιθL ὁμοίως, ἀποστερουμένων δὲ καὶ ὑπὸ τῶν προεστηκότων τοῦ ἀσκληπιείου τῶν γινομένων ἡμῖν ἐκεῖθεν καθὼς καὶ αἱ πρότερον ἐλαμβάνοσαν (a), ἀξιοῦμεν . . . ἐν ἄλλοις ἡμῖν

(a) Ita in pap.

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

ἀντιλῆψαι· ἀνθ' ὧν ὁ Σάραπις καὶ Ισις ἀντιλάβοιντο καὶ σοὶ καθ' ἣν ἔχεις εὐσέβειαν μὴ ὑπεριδεῖν ἡμᾶς θλιβομένους· ἀλλ' ἐπεὶ συνάγεται ἡμῖν τὰ προσοφειλόμενα τῶν βL ὀλύρων ψπ, χωρὶς τῶν τοῦ κL, καὶ τῶν ἐκ τοῦ ἀσκληπιείου τῶν πρότερον διδύμων ταῖς πρὸ ἡμῶν διδύμαις, ἀξιοῦμέν σε συντάξαι ὡς καθήκει ἀποδοῦναι ἡμῖν τὰ προγεγραμμένα, καὶ εἰς τὸ λοιπὸν εὐτάττειν· τούτου δὲ γενομένου, τευξόμεθα διά σε ἀντιλήψεως. Εὐτύχει.

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA DE LA FAC. DE FILOSOFIA

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

EMENDATIONES.

Pag. 3. v. 10. *examine.*

P. 19. v. 13. *monosyllabus*

P. 27. n. 3. v. 5. *nostras.*

P. 50. v. 10. *omnino.*

P. 55. v. 11. *antiquitus.*

P. 63. v. 8. pro *aceram* dic *ceram.*

P. 79. v. 24. *recto gradum.*

P. 90. v. 8. *pyrinaeum.*

P. 103. v. 23. *scinduntur.*

P. 119. n. 1. Immo Iulii Germani patriam existimo Augustudunum in Gallia.

P. 121. v. 20. *a. per.* corr. *aper.*

P. 274. v. 31. *accusativis.*

P. 275. v. 22. *praeter.*

P. 286. v. 6. *deficiunt.*

P. 378. n. 1. v. 2. *a me.*

P. 419. v. penult. *nobilior.*

P. 421. v. 5. *dialectica.*

P. 441. v. 16. *Sina.*

P. 503. v. 10. *tristega.*

P. 508. v. 18. *claviger.*

P. 517. v. 1. *tripertitamque.*

P. 533. v. 1. *sphicode.*

P. 570. v. 13. *clangunt.*

P. 572. v. 2. a fin. *seres* pro *Seres.*

P. 574. v. 11. *tenui.*

P. 578. v. 23. *Annaeus.*

Digitized by Google
Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID
Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

IMPRIMATUR

Fr. Dom. Buttaoni S. P. A. Magister.

Antonius Piatti Arch. Trapez. Vicesgerens.

Digitized by Google

Original from UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

IMPRIMATUR

Fr. Dom. Buccaro S. O. P. Magister.

Antonius Flavi Arch. Tarpet. Vicesgerens.

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID

Generated for Ryan Baumann (Duke University) on 2020-02-18 19:59 GMT / http://hdl.handle.net/2027/ucm.5324724708
Public Domain, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-google
Digitized by Google
Original from
UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID